COLLECTIO

LATINORVM SCRIPTORVM

TOM. [illegible]

TAVRINI

[illegible]

REI RVSTICAE

SCRIPTORES



G. Terzaghi inc.

SCRIPTORES
REI RVSTICAE

EX RECENSIONE

IO. GOTTLOB SCHNEIDER

CVM NOTIS

TOMVS PRIMVS

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS IOSEPHI POMBA
ANNO MDCCCXXVIII.

TYPOGRAPHVS TAVRINENSIS

L. S.

Perlustrato ferme integro litterario et philosophico tum prosaico tum poëtico Latio, nec sine plausu doctorum complurium diligentiam constantiamque in salebroso ac

praerupto curriculo prope admirantium, in aliam nec fortasse planiorem arenam descendo, in medios nempe eiusdem sermonis rerum physicarum artiumque scriptores, quos animus est, perinde ac ceteros, sinceriore, quae hactenus liqueat, forma proponere, instructos et ipsos perpetuis commentariis praestantissimorum, qui in eadem palaestra versati sint, hominum. Atque a rusticis exordiens, artis temporumque ordo postulat, ut a Catone auspicer illo vetere, non minus in publica quam in re privata administranda, solertissimo ac plane mirabili, hîc autem prae consummatissima agrorum experientia, per aphorismata aculeatasque sententias, nullo verborum lenimine, at censoria gravitate,

leges, oraculi more, ferente. Catonem Varro (Marcus Terentius) excipiet, monstrum illud Romanae eruditionis, qui omnigenam aevi sui doctrinam, notitiam simul historiamque omnium temporum est complexus; neque indignum ingenio famaque sua duxit, militari, politicae ac philologicae coronae praediorum etiam spicas pampinosque innectere; documentum insigne quanti apud magnanimas gentes melioribusque temporibus aratra ligonesque pensi fiant, nec triumphos ipsos dedecorent.

Tertius uti aevo, ita et serie, idemque ob maiorem temporum elegantiam forma et stylo cultior, prodibit Columella, Gaditanus licet, Latinus omnino venustissimusque

Geoponicus auctor, ut nihil in ipso non exquisitissimam redoleat Tyberinam suavitatem. Claudunt agmen Palladius et Vegetius, prioribus longe inferiores styli vernanti et ingenua felicitate, tamen ad integritatem veteris agriculturae latinae omnino necessarii.

Egregium hoc agronomum Collegium eo quo decet cultu adornaturus, fateor me nihil ferme addere potuisse studio, quo idem tricenis antehac annis prosecutus est Schneiderus (Ioh. Gottlob), Saxo ille philologus, physicusque eximius, qui, ob coniunctam critices et naturae scientiam fere universam, nihil desiderandum in illustratore veterum naturalium Scriptorum relinquere visus est. Quae laus ipsius

post intercisos morte labores, nondum vel minimum subsedit, in ea praesertim civitate, quae omnium maxime hoc investigationum genere floret.

Hunc igitur editorem et lectionis assertorem secutus sum fideliter, nisi quod non pauca, ad maiorem operis perfectionem, ab ipso Schneidero non suo loco praestita, transtuli et emendavi. Recudebat is Lipsiae anno 1794 et seqq. Cuius exemplar exprimendum unice ratus, eius tamen notas coacervatas in calce, proprio textui subieci, consulendas facilius faciliusque lectionem admissam vindicaturas. Quod etiam de curis posthumis Pontederae religiosissime observavi, quas laudatus Schneiderus adeo magni, uti par

est, habuit, ut ipsas undique sedulo compilaret, compilatasque contraheret, excubias nempe Itali viri in eadem palaestra cum iisdem pene viribus versati. Tum innumera ferme Lipsiensis Typographi sphalmata atque omissa, quae in retractatione ab absente editore festinata quinquagenis vix paginis indicantur, oculatissime vitavi; nec accusantem ipsum Schneiderum satis fuit audire, qui ne herculeo suo quidem labore illud Augiae stabulum repurgatum fatetur, defessusque tandem ingratae revisionis reliquam perspicaci et benevolo lectori resignat: quam tamen ego ad exitum operis continuandam curavi, ne quid voluminum nitori deesset. Accedunt dissertationes absolutissimae de trapeto torculari et

prelo Catoniano, nec non de Varronis Ornithone tabulis illustratae; index demum copiosissimus rerum et verborum. In quibus omnibus ornamentis studiose conquirendis, constantem operam meam, candide lector, velim animadvertas, quo magis magisque haec tibi Latina bibliotheca probetur.

Dabam Taurini kal. Septembr. MDCCCXXVIII.

LECTVRIS S.

IO. GOTTL. SCHNEIDER.

Collegii Scriptorum R. R. quos mihi post Gesneri curas corrigendos atque explicandos sumsi, duumviros principes, non magis antiquitate sua venerandos quam sermonis vetustate obscuros et difficiles, prodire nunc iubeo. Antiquissimas Editiones Ienonianam 1470 et 1472, Bononiensem anni 1494, Regiensem 1496 et 1499 comparaverat ipse Gesn. aliena tamen opera ea in re usus. Parum autem diligentiae adhibitum fuisse in comparandis istis Editionibus, quae Codicum manuscriptorum lectiones fideliter exprimere videntur, tum demum coepi suspicari, quum ipse Bruschianam Regii anno 1482 impressam cum editione Gesneriana utraque contenderem, quae plerumque cum Iensoniana facit, suas tamen interdum lectiones sibi peculiares habet. Hanc absolutis demum commentariis egregia immortalis Heynii humanitas usibus meis suppeditavit; in qua comparanda quum occupatus essem, et Catone absoluto, perverso ordine ad Varronis tertium librum transvolassem, subito iniecta mihi est suspicio, Aldinam priorem

anni 1513 vel 1514 a Gesnero nunquam fuisse inspectam. Sumsi igitur eam statim in manum, et taedium Aldinae lectionis a Iucundo Veronensi architecto emendatae cum vulgata comparandae, invitus, etsi non sine magno laboris fructu, devoravi. Atque ita confirmatam vidi suspicionem meam de Aldina priore a Gesnero neglecta. Omnes enim eius lectiones, a vulgata diversas, quas quidem ipse annotavit, (plurimas enim omisit) non ex ipso fonte Aldino, sed ex rivis Iuntinae utriusque anni 1515 et 1521, Gymnici 1536, Basileensis 1521, vel Gryphianae 1535, et Tigurinae 1528 duxit. Quo factum est, ut lectorum iudicium de lectionis variantis auctoritate mire turbaretur, ut egregie nuperrime animadvertit medicus Hauniensis *Cr. Fr. Rottboell*, cuius observationes in Catonem exstant in nova collectione Actor. Societ. regiae Hauniensis, et seorsum Hauniae 1790 impressae. Idem Aldinam posteriorem 1533, discriminibus haud paucis a priore differre, et Editionem anni 1528 sine loci nota a Gesnero memoratam, quam et ipse inspexi, Tiguri factam esse docuit. Inter fontes lectionis Catonianae et Varronianae nominari debet Plinius et Petrus de Crescentiis. Plinii editionem, Harduini nomine inscriptam, omnium maxime infidelem expertus, novissimam etiam Gabr. Brottier auctore factam Parisiis 1779, et Lugdunensem 1615, cum Dalecampii, B. Rhenani, Piutiani Commentariis et Codd. lectionibus Gallicorum, denique Vin-

centii Bellovacensis Speculum naturale ex editione Norimbergensi partim Duacensi (ubi loci plurimi Plinii descripti leguntur) diligenter consului. Petri Crescentiensis Editionem Basileensem 1538 a Pontedera consultam et ipse diligenter ubique adhibui; Lovaniensis lectionem apposuerat Gesner; tertiam sub nomine antiquae meae laudavi, quam omnium primam esse suspicor, anni, loci typographique nota plane carentem, sed figuris ligno incisis exornatam. Haec egregias lectiones multis in locis mihi suppeditavit. Ceterum lectorem meminisse velim in Commentariis nostris legendis, serius et absolutis fere animadversionibus meis allatam ad me et comparatam fuisse Bruschianam, cuius me usus deinde permovit, ut Aldinam priorem accuratius inspicerem, eiusque omnem varietatem annotarem. Atque ita accidit, ut in serie variarum lectionum, quas in multis foliis bis terque adeo transcribere necesse habui, Bruschiana tamen lectio interdum post trium Editionum principum I. B. R. lectionem, et Aldina nonnunquam post Iuntinam et Gymnici Editionem (I. I. G.) commemoraretur, quum Bruschiana lectio Iensonianam sequi, Aldina vero Iuntinam antecedere deberet. Scilicet ad Aldinam usque una fere atque eadem est secta Editionum principum, quae Codicum fidem sequi videntur, et saepenumero cum antiquissimo Politiani libro consentiunt, quamquam raro eas Victorius inspexisse et comparasse videtur. Aldinae auctor Iucundus, Veronensis architectus, cum

antiquis exemplaribus contulisse se profitetur hos libros, accurateque emendasse adhibito iudicio amicorum et doctorum hominum. Codices scriptos quos atque unde depromptos habuerit non dixit, ex quibus tamen lacunas priorum Editionum supplevisse videri voluit. Multa sane is loca tentavit et mutavit, sed omnia fere corrupit et pervertit, iudice etiam Pontedera. Iuntina utraque Aldinam satis fideliter expressit, nisi quod perpaucis in locis lectionem eam posuit, quam deinde ex Codicibus suis protulit Victorius; itaque credere licebit, Nicolaum Angelium Buccinensem, qui eam curavit, Codices scriptos adhibuisse ad corrigendos hos rei rusticae Scriptores. Victorii merita in Scriptores eosdem sunt sane illa permagna, eaque egregie olim enarravit Gesner; sed mira quamquam hominis perspicacitas non suffecit omnibus Codicum suorum lectionibus, interdum minutis, investigandis; eorumque auctoritatem nimis saepe deseruit, Aldinumque exemplum repraesentavit, a Iucundo correctum, quum redire potius ad primarum Editionum cum libris scriptis suis consentientem lectionem deberet. Contra saepissime Codicum suorum scripturam, quamquam vitiosam et perversam, nimis vel studiose vel religiose secutus, primae lectionis atque adeo sententiae ipsius veritatem vel obscuravit vel pervertit. In eadem tamen Victorium sequi via, quam novam sibi ingenio et diligentia sternere, et in tanta et rerum rusticarum et sermonis antiqui obscuritate facem

lectori praeferre maluit Gesner, cuius qui recoxit Editionem anno 1774, Io. Aug. Ernesti, praeclara profecto excusatione usus, defendit rationem Gesnerianam, ita praefatus Volumini alteri: *nec dubitamus hunc eodem fere modo iudicaturum et textum emendaturum fuisse, si ei libuisset totum textum ex copiis illis lectionum variarum constituere, et non maluisset interpretem agere, quem plerique maxime requirunt.* Ego vero maluissem, virum doctum, cuius disciplinae multum me debere gratus profiteor, multa et insignia Gesnerianae Editionis vitia correxisse, quam morositatem vel iniquitatem conqueri Iulii Pontederae, cuius ipse curas secundas non tam excerpsit, quam miserum in modum truncavit, omissis plurimis annotationibus atque emendationibus plane egregiis viri doctissimi, cuius eruditioni et acumini plurimum post Iucundi Veronensis, Victorii, Turnebi atque Vrsini sagacitatem debent Scriptores R. R. Scaligerum enim in hac rustica disciplina ingenium acerrimum plane destituit. Meursium cum Popma ridere saepe libuit, quum illum veluti gallum galinaccum sterquilinium scalpturire, hunc vero graculi Aesopii instar alienis plumis exornatum gestire viderem. Morgagni paucae nimis observationes ingenium suave atque eruditionem egregiam medici peritissimi totae spirare mihi visae sunt. Horum vero interpretum omnium observationes cum L. Io. Conr. Schwarzii ieiunis annotationibus, multis antea locis

dissipatas, velut in compendium redactas collegi atque ita lectoribus ante oculos posui, ut uno oculorum coniectu omnem opinionum atque interpretationum varietatem dispicere et iudicare possent. Praeter *Alb. Ludov. Fred. Meisteri de Torculario Catonis vasis quadrinis* libellum, Goëttingae 1764 impressum, comparavi etiam Gallicam versionem, Parisiis anno 1771 editam, auctore *Saboureux de la Bonnetrie.*

Ex antiquitatum latinarum graecarumque Enarrationibus atque Emendationibus praecipue ad veteris anni rationem attinentibus Iulii Pontederae Patavii 1740 in charta quadruplicata editis, quibus Gesnerianam Editionem atque anni latini rationes egregie illustravit atque explicuit, tabulam XXXIII. in qua annus a Iulio Caesare correctus ob oculos lectoris ponitur, excerptam repetii, quo facilius lectores rationes emendati a Pontedera capitis 28 libri I Varronis, qui Iuliam correctionem secutus est, et notationes intervallorum anni, a rusticis observatorum, intelligere possent. Ex eodem libro transtuli priores duas Pontederae Epistolas de veteri scribendi ratione ad emendationem atque interpretationem librorum Catonis et Varronis appositissimas atque exquisita eruditione refertas, quas in compendium redactas paginarum trium non integrarum spatio comprehendit ipse olim Pontedera, absolutae iam editionis Lipsiensis angustiis exclusus, ita ut lectori saepe observationibus maxime necessariis ad lectionem Catonis vel Var-

ronis librorum carendum esset, nec omnino egregiae viri observationes de originibus latinae linguae in communem hominum nostrorum notitiam venire possent. Indidem excerptam Tabulam XXXVII, quae arbustii Italici imaginem exhibet Columellae apponam. Contra Inscriptionem, caeremonias Fratrum Arvalium prodentem et a F. Vrsino olim publicatam, omisi, quoniam in variis Inscriptionum veterum latinarum Collectionibus repetita exstabat. Excerpsi tamen inde, quae ad Catonem cap. 134 illustrandum facere visa sunt, comparatis similium recentiorumque Inscriptionum verbis et caeremoniis. Kalendarium item Farnesianum omisi, quod ab homine inepto et barbaro confictum esse multis atque idoneis argumentis vicit Pontedera Antiqq. p. 393 seqq. Denique posteaquam hos commentarios Lipsiam typis exscribendos iam transmiseram, singulari viri doctissimi et de literis egregie meriti, Davidis Ruhnkenii, humanitate et liberalitate pervenerunt in manus meas copiae Gronovianae, ex quibus quae ad Catonem et Varronem emendandum pertinent, breviter hic annotabo. Primum Editionem Popmae anni 1620 cum Codice Parisiensi Regio, numero 1600 signato, comparatam a I. F. Gronovio habui. Quae tamen varietas ultra Catonis caput 15 non pertingit. Consentit fere ubique cum lectione Editionum quatuor principum, quae adhuc comparatae fuerunt; in perpaucis dissentit locis, ubi Codicem Parisiensem nominavi. Vbicumque is cum Bruschiana facit, re-

liquas etiam Editiones principes consentire suspicor, negligenter a Gesneri scriba inspectas. Deinde habui Editionem Catonis Commelinianam, ab eodem I. Fr. Gronovio comparatam cum Codice scripto, cuius nec numerum nec patriam editam ullibi videre potui. Consentit is liber in plerisque omnibus locis cum Politiani libro. Igitur suspicor, eundem fuisse in Bibliotheca regia Parisiensi, et iam olim a Ios. Mercerio comparatum fuisse cum Varrone. Is enim quasdam eius libri lectiones prodidit in notis ad Nonium alterum a se editum, a Gesnero neglectas, quas diligenter annotavi. Hunc igitur Codicem Gronoviani nomine in varietate lectionis signavi. Postea tractavi Abr. Gronovii manuscriptas in Catonem annotationes, iisque immixtas reperi I. Fr. Gronovii perpaucas animadversiones, unde si quid in usum lectorum converti, fideliter auctorem indicavi. In Varrone praesto mihi fuit Editio Commeliniana, passim varietate lectionis et annotatione Abr. Gronovii in charta interposita separatim notata, unde egregias I. Fr. Gronovii emendationes aliquot derivavi. Codices ibi duos nominatos reperi Bibliothecae regiae Parisiensis, alterum numero 5992, alterum 5028 signatos; sed qui factum sit, ut varietas Codicum integra in Margine non adscriberetur, ignoro. Varronis Codicem geminum ex Bibliotheca Vaticana commemoravit Io. Rhodius in Lexico Scriboniano, numero 1524, alterum 3310 signatum; unde p. 397, ad Varron. libr. III, c. 9 lectionem *cornum*,

p. 411, ad Libr. I, cap. 63 *pinsere* pro *pisare* affert. Posteriori tamen hoc in loco addit: Horum tamen exigua est ab annis auctoritas. His forte Vrsinus antea fuit usus. Praeterea *Alium Varronem Patavinum* MS. memorat Rhodius in Indice Auctorum sub Varronis nomine; sed nullibi nominatum eum Codicem a Rhodio reperire potui. In Columella olim plura et maiora subsidia Abr. Gronovii commemorabo, quibus adiutus efficere conabor, ut egregium Dav. Ruhnkenium, cui publice etiam gratias agendas hic censeo, etiam apud lectores Columellae in summa gratia ponam. In Varrone Nonium Guelferbytanum, in membrana scriptum comparavi, eumque in plerisque locis consentientem reperi cum antiquo Codice S. Victoris, a Merecrio expresso. Vsum eius perhumane mecum communicavit amicissimus *Langerus*, Bibliothecae Ducali praefectus; brevem notitiam dedit Heusingerus nepos in Praefat. ad Ciceronis Libr. de Officiis p. XXXIX. Ceterum lectorem, si quis forte ipse lectionis vulgatae antiquaeque fontes indagare voluerit, admoneo, ut quibus in locis Editionis principis Iensonianae scripturam annotatam legerit, eandem simul librorum, a Politiano et deinde a Victorio comparatorum, intelligi debere meminerit. Iensonianam enim eum Codicibus contenderat Politianus, cuius Syllogen qui ad Editionis suae usum transferat Gesnerus, cum Iensoniana una libros Politiani nominare debebat. Quod tamen is facere neglexit, atque illis tan-

tum in locis librorum Politiani mentionem fecit, ubi diversi a Iensoniana lectione abeunt. Ipse serius animadverso errore lectores hic atque iterum initio Varietatis lectionis, infra Scriptorum verba appositae, admonere ea de re quam nauseam istius farraginis quartum quintum transscribendae devorare malui. Quae de mea ipse penu ex diuturna Geoponicorum Graecorum, Italicorum, Gallicorum scriptorum lectione, ex historiae naturalis antiquae et novae studio, denique ex critica diligentia et sera nimis antiquitatum latinae linguae investigatione attuli ad corrigendos et explicandos hos libros, his pretium iustum statuent lectores docti atque aequi. Haud longo hos duumviros intervallo sequetur politissimus atque elegantissimus omnium disciplinae rusticae scriptor, Columella, ex gemino Codice Sangermanensi plane in integrum restitutus, quem multo maiore cum voluptate et fructu legent, qui veteris romanae rusticae rei praecepta accuratissime tradita legere desiderant. Catonis enim aphorismata et Varronis hiulcae atque antiquariis etymologicisque nugis admistae disputationes idoneae esse videntur, quae lectorum desiderium pungant magis quam expleant.

DE CODICIBVS MSS.

QVIBVS

P. VICTORIVS SECVTIQVE EVM EDITORES IN CORRIGENDO CATONE ET VARRONE ANTE NOS VSI SVNT.

P. Victorius, quibus sit usus libris scriptis, ipse declaravit in Praefatione ad Explicationes suarum in Catonem, Varronem, Columellam castigationum. Vetustissimum volumen fuit in divi Marci bibliotheca, in quo M. Catonis unus liber et M. Terentii Varronis rerum rusticarum tres inerant. Extrema Varronis pars deficiebat; et duo alii auctores, olim eodem volumine comprehensi, vetustate toti collapsi erant. Rubrica enim tituli paene evanida nominabat praeter Catonem et Varronem unum Claudii Martialis et Iunii Moderati Columellae libros XII. Ceterum Florentiae fuisse Codicem hunc Catonis et Varronis, apparet ex iis, quae de eodem tradit Victorius in Explicat. Castigat. suarum in Ciceronem Lugd. 1560, p. 636.

Minus vetustum et fidele nominat alterum Mediceae Bibliothecae volumen, gallicis literis scriptum, ubi Cato cum Varrone inerat. Praeterea non paucos alios eiusdem Bibliothecae codices tractasse se ait, quos omnes non sit necesse nominare. Vnum tamen excipit, qui fuerat olim Franc. Barbari, patricii Veneti, diligenter exaratum et e bono exemplari Patavii exscriptum. Reliquorum utpote aut de optimo illo descriptorum aut mendose et negligenter scriptorum, testimonium parvum pondus habiturum esse existimabat.

Eosdem codices iam ante Victorium tractaverat Politianus et cum Iensoniana principe Editione comparaverat; unde descriptam varietatem omnem, quae hodieque in Bibliotheca

Medicea Florentiae asservatur, ad Gesnerum transmiserat H. Brenkmann. Manifestum erit utramque varietatem contendenti, multo diligentius in hoc negotio versatum esse Politianum, a quo locis aliquot (veluti ad Caton. 95, 3, et XI, 1) plane diversus abit Victorius, qui Iensonianam reliquasque principes Editiones aut nunquam viderat, aut negligenter admodum inspexerat, veluti ad Varron. I, 19, 4, ubi Venetiis excusos libros nominat; ad eosdem videtur respicere ad Varr. III, 9, 18. Igitur nec Politiani opera abusus esse videri potest. Alia res est in Columella, cuius codicem optimum in eadem divi Marci bibliotheca iam antea a Politiano tractatum et laudatum fuisse ipse profitetur alicubi Victorius.

Optimum omnium illum D. Marci Codicem iam evanuisse ait Iul. Pontedera in Epist. III, p. 25, quod ad Catonis et Varronis Codicem pertinere puto. Idem itaque Pontedera transscribenda sibi curavit ab Hier. Lagomarsino, quae Politianus olim ex illo Codice transscripserat, item ex alio, qui ad S. Reparatae servatur Florentiae. Vnde accidit, ut Pontedera lectiones aliquot commemoraret, quae Gesneriana Editio omiserat. Qua de re et reliquis scriptorum librorum subsidiis, quibus Pontedera usus est, accuratius dicetur in Praefatione ad Columellam, partim ipse exposuit Pontedera in Epistola ad Facciolatum, inserta Gesnerianae Editioni p. XLIII—XLV.

Post Victorium Vrsinus scriptis Codicibus aliquot usus est; quorum tamen ipse numerum, patriam aetatemque tacuit. Vaticanos fuisse suspicor.

Gesnerus demum praeter Excerpta Politiani adhibuit varietatem lectionis, ex antiquo Codice factam a Theod. Ryckio et cum Schoettgenio communicatam rogatu Perizonii. De Codicis patria atque aetate nihil prodidit Gesnerus. Denique habuit specimina, ex Codice membranaceo Wratislaviensi bibliothecae Rhedingerianae saeculo XV, anno 1472 scripto, lemmatibus et capitum distinctione carente, descripta, quae monstrose vitiosum librum arguunt, adeoque me deterruerunt, quominus taedium libri integri comparandi in me susciperem.

I. M. GESNERI

INDEX EDITIONVM

CATONIS ET RELIQVORVM REI RVSTICAE SCRIPTORVM.

QVIBVS ASTERISCVS PRAEFIXVS EST, EAS IPSI TRACTAVIMVS: QVIBVS CRVX, DE IIS DVBITAMVS.

I.

CATO, VARRO, COLVMELLA, PALLADIVS.

* 1470 fol. Venetiis per Nic. Iensonum, Gallicum, recensente Georgio Merula.

* 1472 fol. Venetiis, Nicolao Throno Duce Venetiarum inclyto, opera et impensis Nicolai Ienson Galli.

Est in bibliotheca publica Norimbergensi, unde utendam opera amici fato iam functi accepimus, quod grati agnoscimus. Postea venit etiam in thesauros illustrissimi BVNAVII (inde in Electoralem Dresdensem). Vsus etiam est Cl. Pontedera.

* 1482 fol. Regii, opera et impensis Bartholomaei Bruschii, aliter Bottoni Regiensis.

Exstat, Fabricio teste, Hieronymi Commelini manu passim annotata in bibliotheca publica Academiae Franequeranae. Vsus eius lectionibus Roma sibi missis Cl. Pontedera: quas nonnunquam diversas esse ab aliis omnibus, apparet cap. 5, 1. (Submissam ab immortali Heynio adhibui, varietatemque inde excerptam Gesnerianae addidi. Iensonianam expressit, habet tamen peculiares etiam lectiones, ex emendatione an vitio operarum ortas).

* 1494 sive MCCCCLXXXXIV fol. Bononiae, impensis Benedicti Hectoris Bononiensis, Ioanne Bentino. II reip. bono habenas feliciter moderante.

Exstat Lipsiae in bibliotheca Paullina. Consentit cum Iensoniana.

† 1496 fol. Bonon. per Benedictum Hectorem.

In catalogo Hulsiano tom. I, p. 108, n. 1848.

† 1496 fol. Venet.

Habebat Fabricius.

* 1496 sive MCCCCLXXXXVI fol. Regii, impensis Dionysii Bertochi Regiens., imperante divo Hercule Esten.

Est Lipsiae in bibliotheca Paullina. Fuit in bibliotheca Boisiana n. 2807.

† 1496 fol. Regiensis apud Franc. Mazalum.

Fabricius in literis. Quatuor igitur, si istae omnes verae sunt, quod vehementer mirer, editiones eodem anno in Italia factae. Crucem tribus apposui, sine iniuria, spero, commemorantium. Potest fieri, ut fucum fecerint Bibliopolae.

1498 fol. Regii, apud Dionysium Bertochium.

Fabricius in literis.

* 1499 fol. Regii, impensis Francisci Mazali, imperante divo Hercule Esten.

Est in bibliotheca Dresdensi, et Academiae Ienensis. Mihi videbatur nihil differre, nisi in sphalmatis a Bonon. 1494, adeoque et a Iensoniana.

1504 fol. Bonon. ap. Maittaire t. II, p. 168. Ea usus est Lag. Marsinus, et Rottboëll.

1513 fol. Paris.

Schoettgenius negat se in ea quidquam diversi ab ante editis observasse. (Huius anni Parisiensem apud Ascensium, repetitam 1520, et tertiam apud Parisium 1533 ibidem eadem forma editam repetere Aldinum textum iudicat Fabricius bibl. Latin. t. I, p. 33 reformatae ab Ernesti).

† 1513 8.vo apud Aldum.

In catalogo Hulsiano n. 4072. Sed non diversa videtur ab sequente.

* 1514 8.vo mai. Venet. apud Aldum.

Huius anni exempla non raro in bibliothecis reperiuntur. (Hanc a priore non diversam esse ex privilegio Leonis X. Novembri 28 anni 1513 dato, conficere conatur *Rottboell* l. c. p. 231, vel p. 3. Ab hac Aldina et Iucundi Veronensis correctione orta est nova Editionum familia. — Mendose in Schneideri praefatione pag. 1, lin. penult. utraque Aldina editio memoratur sub anno 1573 vel 1574. Typothetae mendam correxi. Typ.)

* 1515 8.vo mai. Florentiae opera et impressa (*sic scriptum*) Philippi Iuntae, ex recognitione et cum indice Nic. Angelii.

1521 8.vo Basil. *vid. sub classe proxima.*

* 1521 8.vo mai. apud Iuntas.

Habuit Cl. Pontedera: nihil diversum habet a superiore Iuntina: nisi quod adiuncta habet Cudri scholia ad Palladium de insitione.

* 1528 8.vo ad Aldinum exemplar, quod in fine dicitur, expressa (et cum aliis exemplaribus collata) nescio ubi.

Nihil ab Aldinis diversum habet, nisi quod Codri ad Palladium de insitione scholia adiecta sunt e praecedente Iuntina. (Quae verba ex suo exemplo laudat *Rottboell* p. 3. *Excussa sunt opera Tiguri apud Iacobum Mazochium an. salutis* MDXXVIII, non exstant in meo exemplo, sed annus seorsum annotatus est).

* 1529 fol. Parisiis. Venundantur Iodoco Badio Ascensio.

Promittuntur in tituli pagina aversa etiam scholia Codri in Palladium de insitione, quae in libro ipso non dantur. Sequitur alioquin fere sectam Aldi. Argumenta et quaedam varietates notantur in margine: paucae adnotationes pagina proxima a Catonis initiis: praefationem habet Iucundi Veronensis, et eam, quam libro de Arboribus praefixit Aldus.

* 1533 fol. Parisiis apud Galeotum a Prato, in aula maiore Regii Palatii, ad primam columnam: prelo Antonii Augerelli, impensis autem Ioannis Parvi et Galeoti a Prato.

Fuit in bibliotheca Boisiana n. 2838. Est et Lipsiae in Kaesiana, adscripta Goësiani codicis varietate manu Iani Broukhusii. Videtur autem ex asse referre Ascensianam 1529, descripta etiam vana illa scholiorum Codri promissione. Sed margines hic vacui sunt.

* 1533 8.vo mai. Aldi editio repetita.

Nulla, quam observarim, differentia a priore. (Quam docet *Hottboell* l. c. p. 232, seu Diss. p. 4, qui solam Aldinam a Gesnero consultam fuisse, statuit).

† 1534 8.vo Aldi.

Sic catal. Hulsian. n. 4079. Sed non dubito, quin sit eadem, quam modo laudavimus.

* 1535 8.vo mai. Basileae apud Hervagium.

Ad Aldinam et ipsa expressa est.

* 1535 8.vo Lugduni apud Sebastian. Gryphium.

Est certe apud me volumen, Catonem, Varronem, Palladium complexum, nec de altero tomo, qui Columellam cum Ge. Alexandrini et Beroaldi explicationibus et enarrationibus, habere solet in Gryphianis et Stephanianis, dubito. (Alterum volumen Columellam, tertium Georgii

Alexandrini Enarrationes, Ph. Beroaldi Annotat. in Columellam, et Aldi libellum de dierum generibus, de umbris et horis apud Palladium continet. S.) Nondum hic fit mentio Victorii: neque quidquam praefationis hic est vel adnotationis. Lectio etiam aperte ad sectam ante Victorianam pertinet.

* 1536 8.vo Coloniae apud Io. Gymnicum. cum Ge. Alexandrini et Beroaldi explicationibus et enarrationibus.

* 1541 8.vo Lugduni apud Gryphium. Vol. 2.

In primo sunt Cato et Varro, qui in titulo dicuntur *per Petrum Victorium ad veterum exemplarium fidem suae integritati restituti.* In altero Columella et Palladius. Est in bibl. Dresd. Praefixa praefatio Victorii, quam damus n. X, et in peculiari pagina *Loci aliquot Columellae ad vetustorum exemplarium collationem emendati.* Respondent paginae et versus qui hic laudantur Columellae etiam editioni Gryphianae 1548. Haec prima videtur Victorii editio; indicat dies epistolae Victorii adscriptus: nisi eodem tempore in Italia edidit, cuius tamen rei nusquam vestigium observavi.

* 1542 8.vo Lugduni apud Gryphium Pet.Victorii Explicatio suarum in Catonem, Varronem, Columellam castigationum separatim edita.

* 1543 8.vo Parisiis apud Robertum Stephanum.

Nihil differt a Gryphiana modo commemorata: quod quidem memorabile sit in contexto et praefationibus. Nam in Victoriana explicatione quaedam auctiora inveniuntur ea quam ex editione Gryphiana descripta erant iussu Cl. Schoettgenii; eaque in hac editione expleta sunt.

* 1548 et 1549 8.vo Lugduni apud Gryphium.

Nimirum Columella adscriptum habet annum 1548. Palladius autem 1549. Victoriana explicatio huic editioni adiecta non est.

* 1595 8.vo ex Hier. Commelini typographio. Cato, Varro, Columella e vetustissimis editionibus; Palladius e veteribus membranis aliquammultis in locis emendatiores. (Anni 1591 editionem memoravit Fabricius p. 34).

† 1629 fol. Paris.

In catal. bibl. Menarsia. p. 29. Sed recte Cl. Fabricius monet legendum 1529.

† 1635 4.to Basil.

In catal. Hulsiano n. 4246. Sed est haud dubie Hervagiana 1535.

II.

CATO ET VARRO.

* 1521 8.vo Basileae apud Adamum Petri M. Terentii Varronis in omni literarum genere principis III de agricultura libri. M. Catonis Latinarum literarum parentis (teste Plin.) lib 1 de rebus rusticis. Habes praeterea Graecarum et priscarum dictionum enarrationem.

In fine praefationis, cui subscripsit VL. HVG. nihil repetitu dignum est, praeter ista: » His duobus Adamus » noster periculum facturus est, quam non defuturi sitis » (Lectores) industriae eius; et ubi viderit, se operam et » oleum non perdere, ex Graecis et Latinis alios rei ru» sticae scriptores pari exarabit diligentia. Nec solum post » Aldum hos auctores imprimere conatur, ut omnes ei » minoris emere possint, sed ut emendatiores quoque post» hac habeantur. Valete in Christo, et vivat in his studiis, » qui dulcissimos soles voluerit experiri ». Num quid igitur spes iam tum erat edendorum γεωπονικῶν Graecorum? Num hic *Adamus Petri* cognatione aliqua contingit Henricum Petri? Ceterum hic est ille ipse liber Meursianus quem tanto semper opere commendat, sed quem nos ab Aldino rarissime abire deprehendimus.

1535, 1541, 1543. vid. Ord. praeced.

* 1576 8.vo Basileae: adiuncti methodo rusticae Catonis atque Varronis praeceptis aphoristicis per loços communes digestis a Theod. Zuingero typice delineatae et illustratae.

Catonem dedit ex recensione Victoriana, ex Scaligerana Varronem.

III.

CATO SOLVS CVM FRAGMENTIS ALIORVM LIBRORVM.

* 1590 8.vo Lugd. Bat. ex officina Plantin. c. n. Ausonii Popmae.

In bibliotheca Vinariensi.

* 1598 8.vo ibidem (*titulo tantum immutato*) adiectis notis Io. Meursii. *vid. praef.*

* 1620 8.vo Franequerae sumtibus I. Commelini viduae. A. Popma iterum recensuit et notas addidit. Acc. Io. Meursii notae, et Popmae liber de instrumento fundi.

In biblioth. Vinar.

Exstat versio italica Io. Hier. Pagani, 3 vol. 8° in Collectione Scriptorum R. R. Venetiis 1792—93. Typ.

IV.

VARRO SOLVS.

1545 4.to Paris. per P. Victorium ad veterum exemplarium fidem suae integritati restitutus ap. Lodoic. Tiletanum. Ibidem eodem modo editus Palladius. v. infra.

VARRO SOLVS, CVM RELIQVIS LIBRIS ET FRAGMENTIS.

1569 8.vo apud H. Stephanum, c. n. Victorii et Scaligeri.

Fabric. vid. pr. §. 5.

* 1573 8.vo apud eundem cum iisdem.

* 1581 8.vo apud eund. c. iisd.

Est in biblioth. Vinar.

1585 8.vo Parisiis ap. Fabricium.

* 1601 8.vo min. Lugd. Bat. apud Christoph. Raphelengium, edente et recensente A. Popma cum suis notis.

Vsus est Cl. Pontedera.

* 1619 8.vo Durdrechti ex offic. Io. Berewout.

Convenit cum Stephanianis, nisi quod passim habet varias lectiones in margine.

1623 8.vo Amstelod. apud Io. Iansonium.

Exstat versio italica Io. Hier. Pagani 4 vol. 8.o in Collectione Scriptorum R. R. Venet. 1792—99. Typ.

V.

COLVMELLA SOLVS.

Separatim quidem impressus est in Iensoniana, Bruschiana, Gryphianis ac Ro. Stephani; sed tamen ut collectionis totius pars esset. Sed

— 4.to Columellae de cultura hortorum Carmen sine loco et anno. Subscriptio: Et sic est finis, per me Iacobum de Breda. Vnde patet, esse Daventriae

editum. Literae sunt Gothicae. Habet Freytagius V. C. consul Numburgensis. Consentit plane cum ed. Iensoni 1472, Bononiensi 1494 et Rhegiensibus 1496 et 1499.

1543 4.to Paris. Columellae liber x s. Hortus cum annotationibus Pomponii, Pii, Beroaldi et aliorum.
ap. Fabricium.

— 8.vo sine mentione anni; Argentorati cum Caena Baptistae Fierae de herbarum virtutibus.
Lipsiae in bibliotheca Paullina.

1543 4.to cum Nicolai Bartholomaei carmine de cultu hortorum, et Georgii Vercellani, Annibalis Crucei Mopso et Carpo Hieron. Fracastorii.

1549 4.to Paris. ap. Morellium — Maittaire.

* 1655 8.vo As veterum nonnullorum, ut et mediae vergentisque aetatis scriptorum fere metricorum et medicorum, de re herbaria, videlicet: I. L. Iun. Moderati Columellae cultus hort. II. Palladii Rutilii Tauri Aemiliani de insitione: cum aliorum villaticis carm. III. Walafridi Strabi Germani Hortulus: cum Auli Septimii Sereni Moreto. IV. Macri de viribus herbarum cum appendice. V. Incerti scriptoris Graeci de facultatibus plantarum quarundam Epos cum prosa. VI. Thessali mysterium ad Hermen, de XII herbis per XII signa zodiaci et de VII aliis secundum VII planetas. VII. Alexandri Imp. de VII herbarum virtutibus quas percipiant ab influentia planetarum. VIII. Io. Mediolanensis schola Salernit. IX. Thesaurus pauperum methodici Barb. X. Apuleii de nominibus et medicami-

nibus herbar. XI. Antonii Musae de Betonica. XII. Vestii Valentis Antiochei de planetar. naturis, et quibus praesint in regno minerali, vegetabili et animali. Qui iunctim nunc ita compacti, ut invicem conferri, emaculari, illustrari et enarrari valeant, praemissa simul de auctoribus ipsis praefatione et subiuncto indice herbarum macti ab An. Rivino, Phil. et Med. D. ac P. P. Lipsiae, ubi prostant in Bibliopolio Ellingeriano. Aera Christi ∞ Iↄ CLV. 8.vo 1 Alph. pl. 3.

In fine monet auctor: » Quum auctores praemissi omnes » singuli ex antea editis recusi sint, itaque prout ibi iace- » bant, fere fuerant relicti; neque naevi ipsi, qui plerisque » adhaerebant, ubique sublati, nec ipsa adeo sphalmata » typographica, quorum correctionem B. Lectori commen- » damus, reliqua animadversionibus nostris reservantes ». Has vero animadversiones nunquam prodiisse credibile est. Certe nec volam nec vestigium earum uspiam reperi.

COLVMELLAE VERSIONES.

ITALICAE.

1554 et 1564 8.vo Venetiis Petro Lauro Mutinensi interprete. FABRIC.

1792 8.vo vol. 10. Venetiis ex versione Io. Hier. Pagani, in Collectione Scriptorum R. R. TYP.

GALLICA.

1551 4.to Paris. Les douze livres de Lucius Iunius Moderatus Columella des choses rustiques traduits par Claude Cotereau Chânoine de Paris, imprimés par Guil. Morel.

Halae in biblioth. publica.

1556 — reveus et corrigez par Jean Thierry de Beauvais, et imprimez à Paris chez Kerver.

Haec la Croix du Maine p. 55, ut notavit in libro suo Almeloveenius. Cl. Fabricius habet annum 1554.

Recentissimam in praefatione ad Catonem et Varronem annotavi.

GERMANICAE.

1538 f. *Strasburg* L. Columellae *und* Palladii *Ackerwerk verteutscht durch Mich. Herren.*

Fuit in biblioth. Rivin n. 1356.

* 1612 fol. *Magdeburg*, Agricultur *oder Ackerbau* Columellae *und* Palladii etc. *durch* Theodorum Maium.

In praefatione reprehendit superiorem ut obsoletam et obscuram. Fuit in bibl. Rivin. n. 1357.

1613 f. quam Fabricius laudat et Catal. Kaesianus, credo, eadem est, itemque ea cui typorum, ut suspicor, culpa adscriptus est apud Fabricium 1621.

1769. Hamburgi et Bremae versionem librorum XII Columellae prodidit M. C. Curtius, professor Marpurgensis, textum Gesnerianum sequutus; cui

1791. Dresdae addidit versionem libri de Arboribus I. Riem, additis annotationibus quibusdam, unde constare lectoribus poterit, auctorem versionis parum calluisse rem rusticam romanam, multo minus intellexisse verba Columellae. Elegantiam Columellae neuter vel sensisse vel attigisse videtur oratione vernaeula. Posterior interpres plures in reliquos Columellae libros annotationes minatus est.

VI.

PALLADIVS SOLVS.

* 1536 4.to Paris. apud Io. Lodoicum Teletanum, e regione collegii Remensis. In fine scriptus annus MDXXXIX. uter verior?

Nihil observavi diversum ab Aldina. Praefationem non habet, ne Aldi quidem de horis Palladii epistolam: unde suspicabar, esse partem totius corporis, quod edidisset idem typographus. Certe paginae et quam *signaturam* vocant typographi, ostendunt, suum sibi opus integrum hoc voluisse typographos.

PALLADII VERSIONES.

ITALICAE.

1528 4.to Venet. Petri Marini.

1560 4.to Venet. Sansovini.

Italica Palladii versio commemoratur a Iulio Nigro pag. 539. Historiae scriptorum Florentinorum. Add. Cl. Morgag. Epist. I, 12 et 13. (Pontedera adhibuit versionem Italicam Venetiis 1536 typis Bernardini de Viano proditam, alteram Florentiae 1605 Cosma Iunta curante. Tertiam manuscriptam in codice Salvinii Florentini in consilium advocavit; quam item Morgagnius secum communicatam adhibuit in corrigendo Palladio).

GALLICA.

1553 8.vo Paris. auctore Io. Darcio Fabric. memorat ex Crucimanio etc. Sed Maittaire adsignat a. 1554 8 — et officinae Vascosani tribuit. Darcium dicit Aumonier du Card. de Tournon.

GERMANICAE.

In Columella commemoratae.

VII.

VEGETIVS.

* 1528 4.to Basileae excudit Io. Faber Emmeus Iuliacensis. Editio prima.

* 1574 4.to Basileae per Pe. Pernam. opera Io. Sambuci Pannonii.

VERSIONES.

ITALICA.

1543 8.vo Venetiis cum Hippiatricis Graecis, et Rufio. Fabricius. (Vegezio Renato della Medicina de' cavalli e altri giumenti, o sia dell'arte de'Mariscalchi nella lingua volgare, stampato in Venezia per Mich. Tramezzino, 1544, 8.vo laudante Brugnone de Cura equorum et mulorum p. 228 vers. germanicae).

GALLICAE.

— — Carolus Stephanus, teste Crucimanio apud Fabricium.

1563 4.to Parisiis Bernardus Podius (du Poy mon clar) Lucensis in Bearnio.
Fabricius ex Verderio.

GERMANICAE.

*1565 4.to Francof. Vegetii *Thier-Arzneykunst.*
Lipsiae in bibliotheca Kaesiana.

1665 Francof. *Arzneybuch der Thiere.*
In Catalogo eiusdem bibliothecae.

NOTARVM S. SIGLARVM

QVIBVS

TVM IN VARIETATE LECTIONIS TVM IN NOTIS NONNVNQVAM VTIMVR EXPLICATIO.

Primo illud vix monere opus est, Ca. Catonem notare, C. Columellam, V. Varronem et P. Palladium. Reliqua elementari ordine persequemur. Notat igitur

A. editionem Aldi.

Alb. Alberti de Vegetabilibus libros, Lugd. 1651.

B. Bonouiensem.

Barth. in Palladio Barthianum s. collatum a Barthio codicem.

Ba. vel Bas. editionem Catonis et Varronis Basileensem 1521.

Ber. Beroaldi enarrationes.

Br. Bruschii editionem 1482.

Brh. Broukhusianas coniecturas.

Cant. Cantabrigiensem Palladii codicem.

Cr. Crescentium. Lov. editionem Lovaniensem; Bas. editionem Basileensem; antiq. editionem meam antiquam; pr. editionem principem seu primam omnium.

Durd. editionem Varronis Durdrechtanam.

E. Erf. codicem Erfurtinum Palladii.

G. editionem Io. Gymnici. saepius Gesuerum significat; et a. G. ante Gesnerum.

Goes. in Columella Goesiani codicis lectionem.

Gr. editionem Gryphii.

H. Hervagianam significare puto. Notam enim hanc omisit annotare Gesner.

I. Ienssonii editionem.

II. Iuntarum.

ins. inserit.

L. codicem Lipsiensem Columellae.

Lugd. Lugdunensem s. Leidensem Palladii. Interdum Leidensem a Lugdunensi distinctum reperies.

Mor. Morgagnum in epistolis.

Mosq. codicem Columellae Mosquensem.

P. vel Pol. Collationem Angeli Politiani, interdum 2 adiicitur ad secundae notae codicem, quem vocat, indicandum.

Po. 1. Po. 2 Popmae priorem Catonis vel posteriorem.
Pom.' Iulii Pomponii Fortunati comm. in X. Columellae.
Pont. Pontederam.
R. Regiensem.
Ry. Ryckianum codicem Varronis.
S. codicem Sangermannensem Columellae geminum.
St. Roberti Stephani editionem.
Vict. Victorium, a. V. ante Victorium.
Vinc. Vincentii Speculum naturale et doctrinale ex editione Norimbergensi et Duacensi.
W. codicem Wratislaviensem.

DE

VETERI SCRIBENDI RATIONE

EPISTOLAE DVAE.

AVCTORE IVLIO PONTEDERA.

EPISTOLA I.

Magnam curam diligentiamque postulat antiqua scribendi ratio, quam in Catone et Varrone interpretes ac librarii non immutarunt solum, verum ferme totam sustulerunt. Quapropter antequam de iis dicam, quae in scientia sunt, multa prius de prisca orthographia investiganda sunt; quoniam nemo, quae a Catone et Varrone habemus, recta intelligentia assequi poterit, nisi si ea, veste qua ornabantur, iterum cooperiantur.

Veteres igitur, quum litera V, quam Aeolicum digamma dicunt, alteri V annectebatur, hanc in *o* mutabant, ut *Davos, servos, equos, ignavos, aequos, cervos, corvos*, pro *Davus, servus, equus, ignavus, aequus, cervus, corvus:* item *reliquom, ovom, iniquom, divom, vivom, corvom, vacivom, avom;* et in verbis: *vivont, distinguont, confluont, restinguont, exfociont.* Quare apud Catonem scribere oportet *quom, servom seuem, servom morbosum, servos, clavos, novos, alvos.* Sic *tortivom, obliquom, acervom, alvom, ervom, ovom,* quae in vulgum emittuntur vitiata. Ne non eadem Varroni restituenda, ceu *subsicivom, antiquos, aestivos, avos, proavos, calvos.* Cuius gene-

ris apud utrumque scriptorem in probato Politiani et Victorii codice servantur ista: *alvos*, *alvom*, *ovom*, *deorsom*, *ervom*, *nativom*. Sed plura in Varronianis editionibus, quae de lingua latina inscribuntur, retinentur. Neque id in extremis tantum syllabis usum invenit, verum etiam in mediis et primis: in mediis: ut *parvolus*, *servolus*, *Scaevola*, *clavola*, *convolvolus:* in primis: *volnus*, *volt*, *voltus*, *volsus*, *volva* (a quo in Varrone restat *volvis intumis*), *volsella*, *volpes*, *volturnus*, *volgus*, *volcanalia*, *volcanus*. Nonnunquam quum illam litera E sequeretur: ceu *voster* pro *vester*, quam in *verto* atque in iis, quae ab eodem deducuntur, diligenter retentum est: *vorto*, *volsito*, *vorsus* (quod in editis Varronis etiam occurrit), *sursum vorsum*, *quoquovorsum*, *advorsus*, *transvorsus*, *divorto* (unde *divortium*), *divorsorium* in Pandectis, *Mavors*, quod magna vertat, ut ait Cicero (N. D. II, 26), *vortex* susceptum etiam a politioribus urbanis, ut separetur a *vertice;* quippe utrumque ab eodem fonte. Quapropter quis ignorat quae in Catone vitiose scribuntur: *controversiis*, *sese vertet*, *transversos*, *advertito*, *adversum*, *conversum*, *versato* (quod cap. 40 recte *vorsato*). In Varrone, a quo plura supersunt, plura quoque vitii ac mendi coarguuntur, ut *vertere*, *versus*, *transversa*, *versantur* et similia. Ex quibus quantum inferior aetas Catoni, Varroni, Salustio aliisque scriptoribus, qui vetustissimos imitati sunt, subduxerint, intelligere possumus, si Quintilianum audiamus. Hic enim (I, 7, 25) refert, a patrio ritu Scipionem Africanum primum recessisse, *o* litera in *vorsum* et *vortices* in *e* versa. Quod tamen inferiori temporis gradu receptum est; quandoquidem ipse etiam Quintilianus fatetur, quum esset apud praeceptores, nunquam *servum* aut *cervum* usurpari audi-

visse, sed *servom* et *cervom*, quae mox suae aetatis mores gemino *u* scribere instituerunt. (Norisius diss. IV, p. 469—471).

Licet etiam animadvertere, quum *i* porrectam syllabam efficiebat, vetusta consuetudine *e* sibi asciscere, ut *preivata, scriptei, preimus, fruei, ameiserunt, usei, fructei sunt, meilites, nuncei, eidus, quei, inveisa, vieis, agreis, loceis, capiundeis*, et sexcenta huiusmodi, quibus vetera monumenta referta sunt. Cuius antiquitatis nullum excussum in rusticis nostris vestigium superest; ista enim *Epeirus, Epeirotae, eiuncidum, scopei* ab optimo codice repetenda. At in Varronianis de L. L. libris quamvis ex frequenti librariorum exscriptione multum pristini decoris detractum fuerit, et quotidie detrahatur, plurima tamen servantur: *libreis, sueis, heic, hei, nummei, dandei, equei, eidus, unei, licei, commutateis, vernaculeis, heis, modeis.* Quae in Catone tanta cura consectati sunt Editores, ut omnia sustulerint, et minorem natu induxerint, quam Varronem et Salustium, quibus tot annis praecessit. In qua quidem re neque Popmam neque aliõs, qui postremi Varronianos L. L. libros formis excuderunt ac commentariis illustrarunt, ab reprensione vindicare possum, quod has afflictae vetustatis reliquias omnino exstinxerunt (Noris. p. 469). In hac tamen, quam narravi, regula nomina excepta video, per *i* in utroque numero desinentia; nam in singulari differentiae causa *i* solo finita sunt, in plurali *e* atque *i*, ut dixi; ideo *huius domini, hi dominei, huius equi, hi equei.*

Porro quo discrimine nomina in *i* desinentia singularia ab iis, quae numeri multitudinis essent *i* quoque finita, separabant, eodem casus nominandi plurales in *es* exeuntes ab obliquis, eodem fine similibus,

distinguebant, ut *hi sapientes*, *hos sapienteis*. Sed multa Grammatici hinc recipiunt. Quae tam nominativum, inquit Priscianus, quam genitivum similem gerunt, eorum accusativum multitudinis raro in *es*, frequenter in *is* terminari. Item semper pluralia: in *er* quoque desinentia, quae *i* ablativum terminant, saepe per *is*, raro per *es* accusativum facere: eorum similiter in *is* accusativum exire, quae per *ns* vel *rs* finiuntur. Sed ab exceptis haec sibi propria vindicat Varro (ut apud Sosipatrum meminit Plinius), *has falces*, *has merces*, *hos axes*, *lintres*, *ventres*, *has urbes*, *corbes*, *stirpes*, *neptes*. De reliquis itaque, quae in *is* accusativum produnt, *eis* apud veteres esse debere, non est cur dubitemus. (Norisius dissert. IV, p. 456—468.

Mos quoque apud antiquos obtinuit, in verborum in *is* secunda inflexione desinentium participiis, *e* in *u* transire, ut *exigundum*, *faciundum*, quae a Planto, Terentio, Lucretio, Salustio crebro usurpantur. Cuius quid in Catone antiquitatis retinetur in his: *legunda*, *faciunda*, *conserundo*, *faciundi*, *faciundum*. In Varrone *capiundum*, *faciundo*, *accipiundos*, *dividundos*, *capiundi*, *ferundo*, *faciundum*. Ex quo numero quantum innovarint librarii atque editores, manifestum.

Quid vero de superlativis scribam, in quibus penultima litera *u* vetustioribus erat? In Catone et Varrone omnia secus inveniuntur: *amplissime*, *fortissimi*, *strenuissimi*, *maximi*, *stabilissimus*, *minime*, *optimo*, *optimum*, *opportunissimum*, *plurima*, *potissimum*, *rectissimum*, *longissimos*, *minimum*, *altissimum*, *aquosissimus*, *frigidissimus*, *calidissimus*, *diutissime*, *proximis*, *infimam*, *candidissimam*, *altissima*, *apertissimum*, *stercorosissimum*, *simillimum*, *saepissime*, *altissime*, *tenuissimas*, *acerbissimus*, *ca-*

lidissimum, *tenerrimis*. In quibus Varronianos Lat. Linguae libros edentes modum servarunt. Fertur autem C. Iulius Caesar in quadam inscriptione veterem formam primus repudiasse. Cui atque illis, qui partum a Caesare imperium mox adepti sunt, gratificantes docti pariter indoctique morem acceperunt. (Noris. p. 472).

Neque tantum superlativa nomina per *u* intonsi Romani scribere maluerunt, verum et alia: ut *carnufex*, *aestumo*, *lubentia*, *lubenter*, *lubido*, *vicesumus*, *decumus*, *sacrufico*, *frundes*. Propterea in optimis Varronis Catonisque exemplaribus scriptum est: *tutas* (quod etiam in Eugubina tabula legi a Cl. Gorio certior factus sum) pro *totas*, *rutundas*, pro *rotundas*, *fabuli* et *fabulia* pro *fabali* et *fabalia*. Item *formidulosa*, *displudantur*, *detundent*, *acrufolios*, *aeditumus* ab aede et tueor, *tricesumam*, *furnacem* a furno, *ipsus*, *adulescentia*. Quare *existimo*, *libentius*, *libebit*, *libido*, *frondem*, *decimo*, *centesima* nonne praeter Catonis institutum atque illius aevi normam scribuntur? Similiter in Varrone multa invenies secus ac ille solebat, enunciata.

Contra *oi* sive *oe* pro *u* prisca aetas frequentius extulit, ut ex antiquis legibus et monumentis exempla assumes: *coiravit*, *oitile*, *oitantur*, *moinicipio*, *Poinicio*, *moinio* sive *moenio*, ex quo *moenia*. Hinc Plautus prodidit: *Pergamum divina moenitum manu*. Ex eodem etiam laudatur. *Hoc ego oppidum admoenire ut hodie capiatur, volo*. Quod et *Poenulus* comoedia pro *Punulus* confirmat. Sic *moerus murus* Virgiliano etiam carmine nobilitatum: *Aggeribus moerorum*. Quod in Lucretio minus miramur: *aestus ab undis aequoris*, *exosos moerorum litora circum*, a quo et *poenire* et *poenibat* pro *punire*, *punibat*; hinc

enim poena, et vetus *impoenis*, quod nunc *impunis*. *Moenera* quoque antiquis fuerat, quod posteritas in *munera* mutavit, et de *moenus amoenum* coniicit Servius Grammaticus. *Coenum* similiter a *coenire* descendit, quod recentiores *cunire* dicunt, et ab illo *cunus*, quod tunc unico *n*, nunc cum gemino *cunnus*. Ab eadem origine fortasse *cuna*, in qua pueruli cuniunt, et *incunio*, ex quo Varronianum *incunatum*, quod *inquinatum* peperit. Patria et recepta regula scripsisse Catonem, haec iudicant: *Poenicum* et *Poenicam*; neque ab eadem abhorruisse Varronem, de L. L. libri ostendunt, ubi istas reliquiarum reliquias videmus: *Moerum*, *Poetilium*, *Poenicum*, *Poenicorum*, *Moeris*. In rusticis exemplaribus hoc superest, depromptum a Victorio *Poetam* hoc est *Potum*, quod apud alios *Poetum* (*).

Multa etiam, quae per *u* scribimus, vetusti per *o* scribebant, ut *taboleis*, *poblice*, *singolos*, *detolerit*, *sorticole*, *hoiusce*, *nonciata*, *flovio*. Quod frequentius in extremis usurpatur: *suom*, *Luciom*; *consentiont*, *quom*, *mortuos* (mortuus), *perpetuom*, *compascuos* (compascuus), *compascuom*, *confluont*, *tuom*, *exsociont*, et alia in antiquis monumentis. In Catonis autem Codicibus: *Iogales*, *istoc*, *torcolarium*, *paulolum*, *colicoli*: in Varronis vero: *possont*, *tribolum*, *paulola*, *tabernola*.

Au in *o* contractum quis ignorat? *Si audes*, *sodes*,

(*) Hinc intelliges locum Quintil. I, 4, 7: *et medius est quidam V et I literae sonus. Non enim sic optimum dicimus, ut opimum.* Idem I, 2, 22: *Etiam optimus, maximus, ut medium i literam, quae veteribus u fuerat, acciperent, C. primum Caesaris inscriptione traditur factum*, ubi Caligulam intelligit cum Burmanno Gesnerus. His igitur in formis vocabulisque literam i et *u* pronunciasse Romani videntur ita, ut medius aliquis inter utramque literam, similis scilicet literae duplici *oe* vel *oi* exaudiretur. De verbo *conquinare* dicetur ad Colum. 8, c. 5, s. 19.

scrautum, *scrotum*, *caudex*, *codex*, *saurex*, *sorex*, *Sauracte*, *Soracte*, *Aurata*, *Orata*, *Caurus*, *Corus*, *Claudius*, *Clodius*, *aulla*, *olla*, *cauda*, *coda*, *plaustrum*, *plostrum*, *plaudo*, *plodo*, ex quo *explodo*, *Plautus*, *Plotus*, *Paululum* et *Paulum*, ut vult Scaurus, *polulum* et *polum*, *aurichalcum*, *orichalcum*, *claustrum*, *clostrum*. Quorum nonnulla rusticis nostris editores reliquerunt, ceu *hostus*, pro *haustus*, *olla*, *coda*, *plostrum* (*).

At *ou*, quod pro ου graeco adiungebant, ut Marius Victorinus refert, ecquod remanet vestigium? Omnia a librariis subducta sunt, penitusque exstincta. In antiquis tamen monumentis multa huiusmodi leguntur: *ious*, *iniourias*, *ioudicaverunt*, *ioudicem*, *iourato*, *iourent*, *iouserunt*, *Loucerios*, *Fourios*, *Louneu*. Nullas etiam *ai* loco *ae*, quo Lucretius atque alii vel antiquitatis studiosi scripserunt, reliquias in Catone et Varrone inveni. Quod tamen Poetis proprium non fuisse, antiqui lapides declarant. Neque id tantum in extremis syllabis, ut *Victoriai*, *Romai*, *viai*, *Semprouiai*, *Gallai*, *Sextiliai*, *patriai*, *Bonai*, *Deai*; verum etiam in primis, ceu: *Quaistores*, *aides*, *aidiles*, *aire*, *Caisare*. Eandem scripturam, sed ex dissimili ratione deflexam, protulit ex Varroniano exemplari Victorius: *Aittici* nempe *Attici*, quale illud apud Gruterum *paivimentum*. (Noris. p. 474).

Si veteres quoque memorias inspiciamus, ad antiquam speciem non respondent vocabula, quae apud utrunque auctorem in duo *ii* seiungunt: *preti*, *pretii*, *Pompeis*, *Pompeiis*, *deiciuntur deiiciuntur*, *deicito deiicito*, *coicito coiicito*, *conici coniici*, *Manli Manlii*,

(*) *Cole* pro *caule* dixit Horatius Serm. II, 4, 15, ubi Scholiastes *clode* pro *claude* affert. Suetonius Vespas. 22: *Mestrium Florum*, *admonitus ab eo*, *plaustra potius quam plostra dicenda*, *die postero Flaurum salutavit*.

eicito eiicito, *Lavini Lavinii*, *nugatori nugatorii*, *Pontis Pontiis*, *Torcolari Torcularii*, *ali alii* (*). In *ea* itidem male vertunt, quae vetustas in *ia* enunciabat, ut *caviis caveis*, *hederacia hederacea*, *cotonia cotonea*, *oleariae olearcae*, *vinaciis vinaceis*, *vinia* (a quo *vinitum* Varronianum) *vinea*, *ordeacia ordeacea*, *nausiae nauseae*, *tiniae tineae*. Quae tamen nisi ex Politiani aut ab aliis sincerae vetustatis libris repetas, in editis Catonis et Varronis investigaveris frustra. Iam vero graecum υ, quod per Latium quum vagabatur, in patrium *u* mutabant Romani, scribentes *Babulonica*, *bombucina*, *murra*, *crustallinus*, *Purrus* et *Burrus*, *sulvanus*, *lacruma*, *clutus*, *inclutus*, cur Catoni Varronique non reponunt? Numquid antiquum institutum ista non retinent, quae optima exemplaria servant: *amulum*, *murteam*, *murta*, *zmurnaeum*, *zmurna*, *serpullum*, *Subaris*, *Turannius* a tyranno? (Addo Varronianum *Ludinorum* pro *Lydinorum*, *Suriae* pro *Syriae*, et alia; in Columella libri antiqui *Putagoram* nominant).

Non praetereundum demum est, in iisdem Victorii et Politiani libris, quos maxime probo, dictionum simplicium vocales in compositis non mutari. Quod ad vocabulorum originem et naturam inquirendam quantum vel compendii vel adiumenti afferat, probe intelligis. Vt primum *consparguut*, *aspargaut*, *aspargo*, (quod Virgilius hoc carmine complectitur: *salsa spumant aspargine cautes*), *intelegitur*, *disquaero*, *decarpo*, *inlutos*, *tubicinam*, *resicari*, *fenisices*, *subsicuerint*, *subsiceut* a *sico* (unde *sica* et *sicarius*) *praefactos* legimus, non simul agnoscimus, unde

(*) Quintilian I, 4, 11: *Atqui litera I sibi insidit; coniicit enim est ab illo iacit*...... Sciat etiam Ciceroni placuisse *aiio Maiiam*que geminata I scribere; quod si est, iungetur ut consonans. Noris p. 473.

coalescant? Tamen quota pars eorum a librariis recipitur? nonne in Terentio et Plauto quasi vitia quotidie consectari solent, eaque eximunt et conterunt? Hactenus de vocalibus strictim et cursim scripsisse sufficiat: ad consonantes transeo. Principio quae semivocales dicuntur, non geminabantur: *anorum*, *anus* (annus) *colega*, *inocenti*, *comodus*, *conubium*, *macelum*, *bela*, *castelum*, *suma*, *meiliarius*, *meilia*, *trulae*, *numei*, *olorum* (illorum), *pelens*, *tera*, *referi*, atque alia in antiquis memoriis. A qua consuetudine neque Cato neque Varro recedunt, si ex antiquioribus libris exempla seligamus; ibi enim *ola*, *alium*, *ani*, *anuclae* pro *olla*, *allium*, *anni*, *anniculae*; *numis*, *trulas*, *vilicum*, *molitam*, *politori* et *politionis*, *polulas*, *armila*, *porinam*, *sarito*, *poluceto*, *ovilum*, *intelegitur*, *trulus*, *matelio*, *culeus*, *scabilia*, *falere*, *canabina*, *mulior* non *mollior*, et ab illo *mulier?* quippe si *vir* a *vi*, cur non a *mollitie mulier?* (Ex Bruschiana multis in locis annotavi *transferi* et similes formas, ab Aldina obliteratas. Mulieris etymon idem ex Varrone tradit Lactant. de Opificio c. XII, sect. 17, atque inde Isidorus Orig. XI, 2).

Semivocalium regulam *s* item sequitur; ideo non duplicatur iteraturque. Scribitur propterea: *iousit*, *iouserit*, *claseis*, *posedit*, et apud Varronem *sesum*. Cui potius *x* adiungebant, ut antiquae tabulae testantur; videlicet *Cappadoxs*, *coniunxs*, *felixs*, *proxsumis*, *maxsumis*, *vixsit*, *auxsilium*, *dedouxsit*, *deixsistis*, *pexsus*, *exsedra*, *exstat*, *exsemplum*, *exsibeat*, *faxsit*, *uxsori*. Quae omnia nostris auctoribus sublata sunt, haec si excipias Varroniana, quae de Politiani libro exscripserunt: *exsigunt*, *exsimi*. (Quintilianus I, 7, s. 20: *Ciceronis temporibus paulumque infra, fere quoties* s *litera media vocalium longarum*

vel subiecta longis esset, geminabatur: ut caussae, cassus, divissiones: quomodo et ipsum et Virgilium quoque scripsisse manus eorum docent. Atqui paulum superiores etiam illud, quod nos gemina dicimus, iussi, una dixerunt iusi. Huius ipsius moris geminandi literam *s* exempla habent Verrii Flacci Fasti et Editiones primae Varronianorum rusticorum librorum, ex Bruschiana a me annotata).

Π Graecum in praepositionibus, ubi nunc *b* ponimus, prima aetas servabat, quoniam prius *apo* ab ἀπὸ. deinde *ab*: ceu *apsenti, apstinere, apsolutus, apsonum, apstulit,* ut in isto lapide illud Virgilianum: *apstulit atra dies: opsignetur, optinebit, opteritur, opsepit, opsonatoris, opstetrix*, ut in alio lapide:

Antoniae. Aug. L.
Thalusa
Opstetrix

Nec non ab ὑπὸ, aspiratione in *s* conversa. ut in multis, *supsignare, supsignet, supsiciuom.* Nihil istorum in Varronianis Catonianisque libris, qui in vulgum emittuntur, residit. In manu exaratis Politiani ope: *suptile, apsinthi, opturarier, opsevisse, opsequito,* oblivioni eripiuntur. (Editiones etiam primae, ex Codicibus scriptis ductae, *optinere* et similes formas servarunt, diligenter enotatas ex Bruschiana).

Ad similiter quod *a* cum *d* finali constat, pristinam formam apud antiquos in compositis tuetur, ut *adtamen, adpositae, adprime, adglutinat, adportat, adspicio, adsuetus, adlocutus, adpellat, adserere, adsignificat, adtingat, adtributa*, et alia in Plauto, Terentio, Lucretio, Varrone de L. L. Pandectis Florentinis, ac lapidariis literis. Horum pauca optimus Codex nostris villicis seposuit: *adnutriant, adpotissimum, adcognoscant.* In eodem tamen cernere

licet, alias literas in praepositionibus componendo non immutari, nempe: *compulari*, *conlibrato*, *deluito*, *deminuat*, *destantes*, *derectos*, *deiungunt*, *derigo*, *devertitur*, *descretae*, *derectum*, *deffindere*, *delectus*, *inlicium*, *inlicio*. Quauquam *in* contractum sit ab *indu*, ut *indulgeo* ex *indu* atque ἀλγέω, ut ait Nonius, quod est *doleo*, coalescit; ideo *indulgeo* non doleo; ab *indu* et *olesco*, *indolesco*, atque *indoles*: cum *sub suboles*, quod recentioribus *soboles*. Verum illud antiquius et Varronianum, quod etiam vetus sepulcrum hoc versu demonstrat: *Et faciet suboles multos memorata per annos.* (In Nonii auctoritate aberravit vir egregius: vereor ut pariter id factum sit in verbi etymologia. *Indu* enim hic pro negatione esse debet). Scire tamen refert *ad*, de quo dixi, ante *f* et *v* digamma *d* in *r* verti; ideo *arvolare*, *arfari*, *arvenas*, *arventores*, *arvocatos*, *arfines arferia*, (aqua apud Festum quae inferis libabatur, a ferendo dicta, *arvectum*, et Catonianum *arvehant*. Sic a vetustissimo *arflare* vernaculum nostrum derivatur *arfiare*. Qui mos his finibus non concluditur et coarctatur; quoniam *arceo* ex *ad* et *cio* advoco, et congregatos contineo; ideo alvo arceri et contineri quod recipit, scribit M. Tullius (N. D. II, 54), et caelesti orbe extimo reliquos arceri et comprendi. Idem flumina arceri dixit, quae ripis cohibentur. Ad prohibendum vero quum traducitur, *arcere* est abs se in diversum advocare. Sic *arx* arcet hostes et cives, nimirum hos advocat ac complectitur; illos avocat et traducit. Similiter *arcus* qui circa se posita continet et sustentat. *Arcesso* ex *ad* et *cesso* quod obsolevit et evanuit. Apparet tamen in *cedo cessis*; quare *arcesso* advoco. Quod mirari desinas; siquidem latina lingua, ut ferme omnes, non ab uno fonte omnia hausit, sed a

rivis plurima. Quae itaque vocabula *ad* servant, ea desumpta videntur ab iis populis, qui *d* vocalibus subiicere solebant; quae vero *d* in *r* vertunt, ab aliis, quibus patrius mos *r* adnectere non denegabat. Ita de aliis, quae dissimili modo dicuntur et efferuntur, coniicere possumus. Neque enim a qua gente *fero* et *sum* venit, ab eadem *tuli* ac *fui* accessit; sed aliunde. Quia quae nata atque educta domi, ita aluntur, ut, quae sibi necessaria sunt, extrinsecus non arcessant. Sed videamus alia. (*Arbiter* similiter ab antiquo *ar* et *bitere* deducit I. M. Heusinger Emend. p. 389. quod is in rem presentem vocatur, ut iudicet). Verba quae *trans* sibi apponunt, veteri consuetudine *tra* struuntur, veluti a πέρα πρὰ deinde *tra*, ceu *traduco*, *travio*, *trado*, *traluceo*, *traverto*, a quo Varronianum *traversis* pro *travorseis*, *traho*, *tracto*, *tradux*.

Est etiam, ut retulit in literas Priscianus, quando N principalis syllaba ante se assumit G, ut *natus*, *gnatus*, unde *agnatus*, *cognatus*, *prognatus*; *natio gnatio*; quod manet in *praegnatio*, *praegnans*, *praegno*; *notus*, *gnotus*, *ignotus*, *cognitus*; *nosco*, *gnosco*, *agnosco*, *cognosco*, *dignosco*, *ignosco*; *nobilis*, *gnobilis*, *ignobilis*, *ignobilitas*; *navus*, *gnavus*, *ignavus*, *ignavia*; *naviter*, *gnaviter*, *ignaviter*; *nomen*, *gnomen*, *agnomen*, *cognomen*, *ignominia*; *naro* unico *r*, *gnarus*, *ignarus*, *ignorantia*; *neus*, *gneus*. Qua scriptura Plautus, Terentius, Virgilius quum usi sint, quis eandem Catoni Varronive negaverit? Sane dum ita scribunt, propius ad Graeciam accedunt, quam eo modo, quo utimur; nam *gnomen* γνῶμα, *gnosco*, γιγνώσκω, *pugnus* πυκνὸς, τάγμα, reiecto t, *agmen*. (Nisi malis ab *agere agmen* ut a *tegere tegmen* derivare).

Neque tamen literae G in aliis ita indulsit antiqui-

tas, ut ea posthabita *c* non receperit, ut in his: *Cartacinenses*, *macistratos*, *leciones*, et in Catone et Varrone, ut ex Politiano discimus, *Sacontinos*, *cenendi*, *Acrius*, *claevis*, *inecerint*, *vircnlta*, *fricora*, *Cortynia*, *acnua*, quod in Columella *agnua*. (In Columella Sangerm. Codex *celare*, *celatus* pro *gelare*, *gelatus* exhibet. Idem *caneam* pro *ganeam*. Huc pertinere videtur in marmore Pisano *C. Vettius Vircula*).

Saepenumero eandem literam pro Q subiiciunt, neque desunt in Politiano exempla: *ablacuari*, *decocunt*, *cocat*, *percocat*, *incunatum*, *cotidie*, *eculi*, *eculum*, *anticum* pro antiquum, *oblicum*, *secuntur*, *silica*, *silicula*, *sterculinum*. Quae editores tanquam deliramenta et aniles fabellas despiciunt, quum ex antiquis lapidibus vetus ista regula abunde confirmetur. At in his, quae exscribam, praeter vulgarem usum *cu* in *qu* vertunt: *quoi cui*, *quoius cuius*, *quom cum*, *pequdes pecudes*, *pequnia pecunia*, *arquus arcus*, *oquulus oculus*, *quur cur*. Quae tanto studio consectati sunt librarii, ut haec sola *quoius* et *quom*, ut mea est memoria, in Catone supersint.

Eosdem tamen in H liberaliores invenies quam illa aetas et Varronis institutum ferebat. Crebrum inserunt, eos imitati, qui, raptis bonis, mala rependunt. Verum plus fidei apud me plusque auctoritatis invenit probatus Victorii et Politiani Codex, quam istorum omnium, quotquot sunt, aut fuerunt, negligentia ac levitas. Ibi itaque scribitur: *corda* et *cordi* pro *chorda* et *chordi*, *aenum*, *Tusco*, *orcitem*, *comprendit*, *turis* pro *thuris*, *umor*, *umectus*, *umidum* ab ἰχμαδὸς, *istonas*; *catenas*, *acratoforo*, *sulpur*, *silfium*. Quae in Varrone auctoritate confirmantur, referente ex Agnaeo Cornuto Cassiodoro Varronianam scribendi regulam sine afflatu poscere *Rodum*, *Renum*, *Rinton*,

redarius. Equidem et M. Tullius in suo Oratore docet, maiorum institutum fuisse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, scribendo *pulcros, Cetegos, triumpos, Cartaginem* (*).

Sunt alia praeterea in Politiano, quae antiquitatem tuentur, ut *tibe* et *ube*, ex quo nostrum *ove*, *susum*, unde nos *suso*, *deosum* pro *deorsum*, *mensum* non *mensium*, *temperi* non *tempori*, quod tempus omnia moderatur et temperat, *melios* non melior, *urbis*, *vomeris*, *verris* casu recto, et alia, de quibus, si quid usu venerit, diligentius scribam.

IVLII PONTEDERAE

EPISTOLA II.

Quoniam recenter scripsi quanta et qualia Catoni et Varroni subduxerint, nunc id agam, ut tibi commoda utilitatesque breviter et summatim percenseam, quae de vetusta scribendi ratione percipimus, dum hac duce ad prima latinae linguae incunabula penetramus.

Antiquissimo more Latini dictiones contrahunt, ut *oracla*, *vinclum*, *periclum*, quod manet in *periclitor*, *circlus*, *valde*, *Hercle*, *poplus*, ex quo *Poplicola* Valerius appellatus, *ardum* pro aridum ex Nonio, unde in veteri monumento *caementa arda* habemus, *nomenclator* nomencalator, *clam* celam. Huiusmodi instituto et nostri auctores inserviunt, ut ex Politiano docemur, qui prodidit *treblae* trebulae, *soldum*, *cal-*

(*) Contra Varronem scribi voluisse *Hredum*, *Hrodum*, *Hrinton*, *hredam* ex eodem Cassiodoro doceo ad Varronem I, 7. Ex *hreda* librarii in Varrone *preda* effecerunt. Verbum *prendere* cum compositis posuit Bruschiana, plerumque mutavit Iucundus cumque sequuti editores.

dum, *lardum* (quod in vulgum apud nos fertur *soldo, caldo, lardo*), *opermenta* operimenta, *lamnis* laminis. *velimna* vellimina, *aspertatem* asperitatem, *sartores* saritores, *forda* a φορὰδι, *rudecta* rudeata, *anuclae* anniculae, *divito* dividito, et ab illo Horatius *divisse* deduxit. Quorum fons in Eugubinis tabulis tam Thuscis quam Pelasgis; ibi enim *popler* populus, *angla* angela, *stiploa* (quod in Varroniano Codice *stipla*) stipula, *nomne* nomine, *cunacle* cunacula. Has quoque inflexiones ab iisdem populis didicit Latium: *lectus* a *leco*, *lecitus*, *iunco iuncitus* iunctus, hinc et *Iuncus* herba, *docitus doctus*, *scripitus scriptus* a *scripo* tanquam *cripo* quod a γράφω; nam pro γ a Latinis *c*, pro φ usurpatum *p* indicavimus, iterumque indicemus. *Iustus iusitus* ab *iusio*, unde Cato *iusitur* extulit. Quod enim lege iubetur *iustum* sive *iusitum*. *Ius* item non *iuris*, sed *iusis* olim; similiter *libertus* et *liberta* pro *liberatus* et *liberata*. Eodem exemplo Pelasgis erat *eveltu* ab *evello*. *posti* pro *positi*, quod etiam Latini amplexi sunt, ut Lucretius et Lucilius, *posta* et *compostae* dicentes. In antiquis etiam Legibus apud Fulv. Vrsinum *postum* legitur, et in Catonis Codice *expostum*. *posturus*. Hinc nos accepimus *posto*. *esposto*, et cognata, quum plebs romana vetera potius usurparet, quam novitia politioribus reservata. Sed ad tabulas Eugubinas redeamus, ubi *mersus fust*, *therter* cum *er* finali *thert er* quasi territi, *vapersus* et *vapersuto* valde *persus* sive potius dispersus. Illinc *va* particula Romam translata, ubi radices egit: *vacillo*, *vacerra*, *vafer*, *vafillus*. Similiter *vapulo* ex *va* et *pello*. *pepuli*, dempto augmento. *Pello* autem a πάλλω, et *pepuli* eo significatu, quo Sophocles usurpat: πάλλων φόβῳ. hoc est παλλόμενος. Hinc etiam iam *pallor* quod παλλόμενος induit. Neque *vaporo* longius re-

peto quam ab *va* et πείρω, atque istinc *porus*. Haud secus de *vasto* opinarer et ab ἵστημι, quod est deterius statuo vel reddo, revocarem. Neque *vaco* ab alio fonte deducerem, quam ab *va* cum κείω vel κέω desideo. *Vacuus* etiam, quod prius *vacivus* erat, hanc originem respuere non videtur, *cio* enim *cis*, *civi*; hinc et *cives* qui desides ac vacui in urbe otiantur. Nisi mavis a *civi movere* quod significat; quoniam dispersi, fuerint congregati. Porro eadem *va* particula *a* in *e* saepe mutat, unde *vecors vecordia, vegrandis, vexilum* a ξύλον, quippe in oblonga hasta aquila ferebatur. *Vexo* similiter *veéξω* ab ἄγω, *veredarius ve redarius, veredus ve reda, vestibulum* (quod ex Varrone Politianus *vestubulum* exscripsit quasi *vestabulum*) Gellius apposite ab *ve* et *stabulum* derivat. *Imbecillis, imbecillitas* et huiusmodi alia dum ita scribuntur, originem occultant: ab veteri more *imvecillis, imvecillitas* (in antiquissimo enim Varronis libro *imvecillae* non *imbecillae* scriptum est) ab *im* et *vacillo* oriri continuo in animum inducimus.

Multa contra expanduntur apud veteres, quae sequuta aetas compingit et coarctat: *cavitum, cautum*, *vacivus*, *vacuus*. Varro *acuitum* posuit pro *acutum*, *inrigiva* pro *irrigua*, *tricilinio* pro *triclinio*, *nuculeos* pro *nucleos* (quo etiam Cato usus) *purigare* pro *purgare* a πυρίζω πύρικα primum *purico*, deinde *purigo*, demum *purgo*. Sic *purifico* τῷ πυρὶ facio; quod igne omnia emundantur.

In vetustissima C. Duilii inscriptione cernere licet, singulas vocales, distinctionem finientes, in *d* desinere, ut *marid*, *Dictatored, navaled, altod, praedad.* In alio etiam monumento *moltaticod*, *monimentid*: apud Plautum *ted*. *med.* Quum itaque illa aetas usitatum haberet, vocibus, per vocalem finitis, *d* adiicere,

scripsisse autumo a λέγω, λέγεις, λέγει *lecod lecis lecid*: deinde ut *lecid* seiungerent a *lecid* quod erat dandi casus a *lex*, hoc integro relicto, illud, *d* in *t* verso, *lecit* factum. Sequioris subinde seculi usus quum huiusmodi scribendi formam in universum improbasset, in nonnullis tamen vocibus discriminis causa institutum retinuit, ceu in *quid* et quod, ut illud a *qui* quod communis generis ferebatur, et a *quit* separaretur; hoc vero tum a *quo* tum a *quot*; in *quit* enim et *quot* *d* in *t* transivit.. Hac ratione seiunctum *item* ab *idem*, atque *id* ab *it*. Ex hac consuetudine, quam etiam Quintilianus Sosipaterque Charisius confirmant, in veteri Catonis libro *quod annis* pro *quot annis* remansit. Praeterea in multis vocabulis vestigia supersunt, ut in *prosum* a *pro* et *sum*, *prodes* (ex quo Italicum *prode*) *prodest*, quippe primum disiunctim scribebant *prod es*, *prod est*, *prod estis*. Contra in *praesum* non immiscetur *d*; quoniam non a *prae* fit, ut volunt, sed a *praes praedis*. Quare *praes es*, *praes est*, *praes esse*, (quod ab antiquis exstat non *praeesse*), ac *praes ens praesens*. Etenim qui est praes, is utique praesens. Quid enim aliud indicat Terentius in Phormione: *Non tu hunc habeas praesentem Deum?* Quid aliud Virgilius: *Agrestum praesentia numina Faoni?* Quid aliud M. Tullius in IV Tuscul. dum scribit, Herculem tantum et tam praesentem Deum esse? Nam si *praesum* esset a *prae*, diceretur *praedest*, *praedes*, ut *praedopto* dicitur, *prodigo*, ac *prodest*. Nec mirari debemus, non *praessum* ac *praessit* scribi, sed *praesum*, *praesit*, vetustissimis *s* literam minime geminantibus. *Suadted* apud Festum legitur, et id esse ac *sic te* declaratur. Certe de *sua* et *te* cum *d* addititio coalescit. Posteriores primo *d* in *p* mutato alteroque exemplo fecere *suapte*. Ita *meapte*, *tuapte*, *nostrapte*, olim

meadted, *tuadted*, *nostradted*. *Met* etiam quod cum *ego*, *tu*, *ipse*, *ille* et aliis copulatur, *med* fuisse crediderim. (Addo Plautina *antideo*, *autidit*, *antidhac*. Verbum *prod esse* comparabis cum graeco πρὸ ὁδοῦ εἶναι. *Re* similiter sibi arcesserat *d*, ut retinetur in verbis *redamo*, *redarguo*, *redemo*, *redemptor*, *redeo*, *redhostio*, *redigo*, *redintegro*, *redundo*; quae separata notabant: *red amo*, *red arguo*, *red emo*, *red emptor*, *red eo*, *red hostio*, *red ago*, *red integro*, *red undo*, *redimiculum red amiculum*, *redimio red amio*, tanquam iterum circum eo.

Quidum ex *qui* cum *d* atque *am* (eam) compositum videtur, ut *quidam* sit nescio quid inter marem et feminam medium ac promiscuum. Sic *quidem* ex *qui* et eum; nam *em* quondam *eum*. Is, ea, i, appositaque *d*, *id*, ut a verbo *i* seiungatur. De *i* sive *id* atque *em*, *idem*; memoriae enim reliquit Festus, non *eundem* fuisse vetustioribus, sed *emem*. Hic et haec *alis* et hoc *ali* sive *alid*, ex quo *aliquis*, et cum *ubi aliubei*, ut in Plebiscito post C. Sempronium Gracchum edito legitur, nunc eliso *u*, *alibi*. *Pridem* ad πρὶν refertur, velut *prid em*, quod *ante eum* interpretamur. Verum πρὶν quarti casus adverbii modo usurpatum, et per alios etiam casus inflexum existimo, ceu *pris*, *pris*, *pri*, *prin*. Quapropter quum *pris* sit positivum, *prior* et *prius* comparativum erit, *primus* summum ac superlativum. A *pris priscus*, ab eodem cum τινὸς *pristinus*, nec non a *prin* et *ceps princeps*.

Non praetereundum quoque est, *pri* esse idem ac *prae*; quoniam veteres non *prae* sed *pri* scribebant, ut memorat Festus; quare *praecidere pricedere* ante cedere, *praenomen prinomen* ante nomen, *praeficio prifacio* antefacio, *praesagire*, *prisagire* antesagire id est sapere, *praesto pristo* ante sto, ut homines ait Salu-

stius ceteris animantibus studere sese praestare. Et *praestites* sive *pristites* nonne idem ex Festo, quod inferior aetas *antistites* vocabat?

Quid est *interim?* Videamus quid *interatim*, quod pro illo antiqui ponunt. Non cernimus esse ab *intera*, et hoc ab *entera* cum *im? Enteradim* itaque primum, *interatim* deinde, denique subductis *a* et *t* interim. Quod interpretor *inter id*, ut *interea* inter ea. Nos vernacula consuetudine; *fra questo, in questo.* Latinis item separantibus, ut apud Plautum Cistell. *Inter rem istam agendam herae huic respondi quod rogabat.* Et in Sticho: *Inter illud negotium meis amicis curavi, ut coena esset cocta. Post* longo circuitu a Graecis repetit Vossius: ego a *posto* cogito; ideoque *postidea* a *posti* cum *d* finali atque *ea*, de quo Plautus Stich. *Quem aequius est nos potiorem habere te, postidea viros nostros:* Idem in Cistell. *Id erit factum, ornamenta ponent, postidea loci qui deliquerit, vapulabit.* De eodem Terentius Hecyr. *Quod faciundum fortasse sit postidea.* Quare *postidea* primigenia forma, mox *postea.* Posti igitur ea, quum positi sint ea, vel ea posita. Ita Salustius Catil. *Ubi periculum advenit, invidia atque superbia post fuere.* nempe posita fuere. Idem: *Postea Piso in citeriorem Hispaniam missus est,* scilicet ea re posita. Virgilius Aeneid. VI: *venerabile donum fatalis virgae longo post tempore visum.* Posito longo tempore sive interposito. Et hoc sepulcrale carmen: *Cunctorum haec suboli sedem post morte reliquit.* Nempe *posta* morte sive transacta. *Posthac* posita hac re, *postilla*, quo usus Catullus hoc versu: *Nec sibi postilla metuebant talia verba*: illa re posita. *Posthabeo* habeo positum, relinquo; *postmitto* mitto positum, sive praetermissum; *posthumus* qui patre, posita humo, sive humato nascitur. *Postea quam* sive

postquam posita ea re quam commemoravi, ut Virgilianum illud: *Postquam res Asiae, Priamique evertere gentem immeritam visum superis:* Posita ea re sive transacta quam retuli, videlicet visum superis Asiaticas res ac Priami regnum evertere. Invenitur etiam *post nummos*, et alia, ut in Horatio: *O cives, cives, quaerenda pecunia primum est, virtus post nummos*; quum positi erunt nummi, sive positis nummis in loculos, conditis uno nomine. Sic Livius, *positis omnium aliarum rerum curis* dum dicit, post curas aliarum omnium rerum significat, ut frequentius usurpatur.

Hucusque evagatus sum, ut *d* literae, dictionem claudentis, vestigia tibi ostenderem: videamus alia, quae ex antiqua specie facilius cognoscimus et declaramus. *Die crastini, proximi, noni*, ut veteres scribunt, si diligentius perpendamus, patrici casus absolute positi inveniuntur, Graecorum qui sexto casu carebant exemplo. Etenim quo propius Latina lingua originem suam contingebat, eo similior graecae apparet. Quare *die* pro *diei*, ut *acie, fide, requie, specie*, pro *aciei, fidei, requiei, speciei* posita Gellius ac Priscianus confirmant. Pari modo *quotidie, postridie, pridie*, nimirum *quoti diei, posteri diei, pris diei*. Neque aliter habenda *diu, interdiu, iamdiu*, quum sciamus ex Nonio Marcello, ante *diu* quam *die* in Latio vagatum. *Diu* autem nonne genitivus a διὸς, ex quo *dies?* *Diu* igitur ἀπὸ τοῦ διοῦ, et διοῦ τινος *diutinus* absolute in patrio casu relictum. *Intus* quoque quod antiquis *entus* ab ἔντος, pari casu ordinatur. Equidem *alias* atque *alteras* quum apud veteres legeris, genitivos habebis adverbialiter constitutos, cuiusmodi multa apud Graecos fuisse pulcre calles; genitivos tamen, quales *materfamilias, paterfamilias*,

et in Livio Prisco, prodente Prisciano, *escas, monetas, fortunas, teras, vias, Latonas* loco *escae, monetae, fortunae, terrae, viae, Latonae.*

Quum *sulpur* Catonis regula scriptum inspicimus, et apud Vlpianum *sulpurata*, citius scrutamur originem, quam recentiorum consuetudine *sulphur* et *sulphurata;* a πῦρ enim componi discimus atque ab ὅλον propter aspirationem *solon*, ut ἕξ *sex*, ἑπτὰ *septem*, ἕρπω *serpo*, ἕρπυλλον *serpullum*, ὑπὲρ *super*, ὕδωρ *sudor*, ὕπνος ὑπὸ νοῦς, primum *sup nos*, deinde ut in optimo Victorii libro exstat, *sumnos*, demum *somnus*. Ab eodem ὅλον et *praes, praesul*, sine vetusto modo *praesol*, ut *consol;* quod *praesul* praes singularis et primus.

Qui *aruspex* unde descendat, indagat, atque *aru* offenditur, hac scriptura *entasiaru urnasiaru*, quam ex Tabulis Eugubinis Clar. Gorius mihi deprompsit, consequi poterit, dummodo sic distinguat: *entas iaru, urnas iaru*, quod est *urnas in ara positas. Aru* itaque ab Hetruscis emanasse disces, et inflexionem item pro *arae*, cuiusmodi in antiquis nummis *Menandru*, *Apollodoru*, et in Varroniano R. R. volumine III *Antiphilu.* Vt *aruspex*, ita *carnufex*, *locuples*, *quadruplex*, *sacrufico acrufolium* apud Catonem. Quae a Graecis ad Tuscos, et inde Romam migrarunt.

Biceps, triceps et similia ex quo componantur, vetus scribendi norma demonstrat, quae est *bicepsos, tricepsos, quadricepsos,* ut Varro ex Argeorum sacris ostendit. Cepsos autem (ex quo nostrum *ceffo*) a κεφαλὴ, pro φ litera, qua Latini carent, *p* subiuncta, et pro aspiratione *s*, reliquis in *os* conversis. *Interdum* veteribus *interduatim* erat, ideo, remoto *inter*, *duatim* remanet (quod separatum *duat im* verto in *detid*) ex quo *dum* coaluit. Itaque *dum* vel *duatim*,

si tempus, ratio, modo id concedat, ut *dum scribo*, nonne tempus dat sive sinit scribere? Similiter veniam ad te, *dummodo valeam*, quod indicat, me venturum, si Deus dederit tunc me valere. Idcirco *interdum* antiqua forma: *entera duat im*, hoc est, *id interponit*. Ceu, ut exemplo pateat: *legit ille, interdum scribit*; intervenit tempus, quo scribit, sive interiicitur scriptura.

Tum quondam *tuatim*, quod fortasse a *tuo, is* pro *tueor*, unde non *tuitus* sed *tutus* dicitur, et *tuat im*, videat id, ut Tullianum illud ad Atticum: *dissero in utramque partem tum Graece tum Latine:* nimirum: dissero in utramque partem, si quis id intueatur Graece, si quis id Latine, sive ecce Graece, ecce Latine. Itali melius: *guarda in Greco, guarda in Latino.*

Enim, en im; in id, ut nos: *in ciò, in questo. Ipse* novicium est, vetus *ipsus*, quod in Plauto et Catone retinetur: in antiquis memoriis *ipsos.* (De scriptura vocis *ipse* fallitur vir doctus. Ex graeco ψε pro σφέας, σφὲ, dorica forma ad Latinos transiit. Vt Graeci σφὲ αὐτοὺς et ψε αὐτοὺς, sic latini *eumpse eampse.* Hinc *ispse, eapse* (apud Plautum Cist. I, 2, 17) *empse, impse*, unde factum *ipsum, ipsam;* ut ex ἑ αὐτὸν *se ipsum.* Schn.) Num ex *is* ac *sos, suus, issos* primum, quale nostrum vernaculum *esso*, deinde, quoniam prisca aetas *s* non iterabat, altero *s* in *p* mutato *ipsos?* Quod ex *is* et *sos* in vulgum nos eleganter reddimus: *quel proprio. Non* olim *nenu*, quod ex geminato *ne ne* et οὐ videtur. Id imitamur, dum loquimur et scribimus: *nò nò:* id Tassus metro complexus est: *Nò, nò; più non potrei, vinto mi chiamo, nè corteccia spogliar, nè sveller ramo.*

Mium (quod manet in vocandi casu *o mi*) veterum,

meum posteriorum consuetudini inseruit. Ex illo nos *mio* sumpsimus. Illinc *nimium* repeterem, tanquam *ni mium* sive *ne meum*; quod enim nemo sibi vindicat, abundat. *Toties*, *quoties*, *aliquoties* detegere non facile; at nullius negotii, si, ut antiquitas instituit, legamus *totiens*, *quotiens*, *aliquotiens*; nam obsoletum participium *ens* quo et *triens* et *praesens* componitur, recipere ostendit. *Totiens* igitur *tot iens*, hoc est, quum tot vices sint, *quotiens*, quum quot. Nostra lingua: *tante volte*, *quante volte*. Neque tibi dubitandum est, quin hoc exemplo scripserint antiqui, quod tum Marius Victorinus, Priscianus, Caper confirmant, tum libri manu exarati vel formis expressi, ut in Catone: *quotiens ibis*, *totiens magis placebit*. Item: *Aliquotiens facito scopas*. Ex eodem id refert Festus, A. Gellius; sed Festus hoc amplius: *compluriens*. Neque Varro dissimilis: *Quotienscunque haras subulcus purgat*, *totiens arenam iniicere oportet*. Et de L. L. *L. Aelius noster literis ornatissimus memoria nostra erravit aliquotiens*. Plautus item Amph. *Quotiens vis dictum?* Virgilius etiam repetit Georg. I: *Quotiens Cyclopum effervere in agrum vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam?* ac M. Tullius Arat. Phoen. *Sed mediocre iacens quotiens e corpore lumen*. Praeterea apud Vlpianum, Callistratum, Iulianum, Labeonem, Pomponium *totiens quotiens* in optimis libris inveniuntur. Vetustae denique lapidariae memoriae ad veritatis confessionem etiam invitos traducunt: *Quotiens. quis. eorum. suis. coronas. ponent. Quotiens. quonque. sei. quis. faxsit. Quotiens*. In Ancyrana inscriptione: *Quo lustro. Civium. Romanum. censita sunt. Capita quadragiens. centum millia Et. sexaginta. tria.*

Quis *guttur* unde existeret, sic tibi unquam enu-

cleavit, ut probares? Nec mirum: adeo vetustum est, atque adeo occultas radices egit, ut non facile effodere valeas, atque in apricum proferre. Gorio itaque gratias habeo, qui primus ex Tabulis Eugubinis hanc scripturam ad nos misit: *uthturu*, *utthur*, ac *guttur* reddidit ex quo constat. Istud itaque ex duabus vocibus componitur *ut* et *turu*: hoc a Graeco θύρα, et *ianua* esse tenes. Quod in Latio etiam vigebat, ut *obturo* ostendit, *turunda* et alia. Illud autem de ὄσσα sive ὄττα amputatum credimus, *o* in *u* converso, ut in multis. Igitur guttur vocis ianua. Sic γλῶττα quae vocem excavat et efformat; nam ex γλάφω puto atque ὄττα eademque ὄσσα. Nec non *audio* ab αὐδὴ cum ἕω sive ἱέω; quippe qui audit, voces et imagines induit. (Mihi magis approbatur origo *audiendi* ab *audibus*, *audiculis* pro *auribus* ex graeco ὦς ὠτὸς derivata et ab ipso Varrone olim posita).

Piaculum ac *piaculo* qua de causa nominentur, eadem Eugubina monumenta tibi probabunt, in quibus exsculptum est: *Pi hac luo*. Etymon habere videtur a πῖος et ἀκλύω, nempe: quod etiam selectis hostiis numina avertit, sive quem rite sacrificantem numina non audiunt. Et hac figura *piaculum* scelus habetur. Sin autem hoc modo scribatur: *Piah cluo*, sacrificium indicat quo numina hostias accipiunt, et sacrificantem exaudiunt. Hinc apud Latinos *piaculum* sacrificium, et *piaculo* sacrificio, subducta vero aspiratione et discrimine dempto, unico vocabulo tam delictum quam sacrificium declarat. Propter quod saepe opinatus sum, multa utriusque linguae nomina, quae ad alia atque alia significanda traducta sint, exserta asperi spiritus nota, in unam figuram unamque faciem confusa. Ceterum a πῖος *pius* est, qui opimis victimis deos precatur; impius contra. Ex hac anti-

quissima orthographia retenta nonnulla in Latio, atque in nostram memoriam propagata, ut *veho*, *vehiculum* ex *ve* et *eo*; *veha via*, quod Varronis aevo ruri durasse fertur, simili ratione *vehemens*, *vehementia*, scilicet *ve amens*, *ve amentia*, ut vernacula nostra: *gran pazzo*, *gran pazzia*. *Cohortes* in optimis rusticis exemplaribus notatur, non *cortes*, quod indicat, ex duobus factum *co ortes*. Id puto posse a χώρα et ὀρταλὶς, quia *cohors* gallinarum sedes, esse probari. (Ego vero non dubito a graeco χόρτος simili ratione derivatam esse *cohortem cortem*, adeoque ipsum *hortum*, atque a graeco χάος, *cahus*, *cohare*, *incohare*, *inchoare*. De qua etymologia plura dicta sunt in Annotationibus ad S. R. R.) Ab Abbatio Olivierio, quum Eugubinas Tabulas commentaretur, accepi *aviehclir* et *aviehclu* quod *arator aratoresque* interpretatur. Cui tamen haud assentior, quum ex duabus dictionibus componi existimem: *avia* et *clir* eum *r* addititio (cuius antiquitatem atque usum ex C. Duilii memoria deduximus) ac sine *r cli* et *clu*. Vtraque profecto Graeca ἄβιος et κλόω sive κλῶ; ideo primum avia qui κλοῖ; secundum qui κλοῦ, demptis extremis, pro κλοῦσι. At quam scite: *infructuosa qui colit*, ac *colunt*. Nam κλῶ frango, et hinc interposita litera, *colo*; qui enim terram colit, sive aratro sive surculo sive bipalio colat, terram frangit, scindit ac caedit; quod ad maius radicum stirpiumque incrementum. Ab eodem κλῶ apud Graecos κλῶν viget, apud Latinos *virgultum*, quod antiqua Varroniana forma *vircultum*; quippe manu colitur et putatur. Vetustissimi igitur Pelasgi suas calamitates in Eugubina precatione misere deplorant, dum colonos, qui proprie *arvahclu* vocandi erant, *aviehclu* appellant; quandoquidem ob caeli inclementiam terraeque siccitatem nihil ex laborioso

cultu percipiebant. *Arva* autem ab Hetruscis ex eodem Gorio primum appellata adverto *aruvia*, hoc est τῆς ἀρούρας βία, sive bona quae arando consequimur; nisi potius: bona sive arva aratro relicta, ut rustici nostri loquuntur, *terre arative*. Id postea in *arva* contractum, unde Hetruscum *arvamen*, cuiusmodi multa Latini receperunt: *velamen*, *purgamen*, *nutamen*, *novamen*, *moderamen*, *meditamen*. Credere etiam licet, *arvamen* apud Hetruscos ita usurpatum, ut nos in vulgus efferimus: *Bestiame*, *Carname*, *ossame*, *pelame*, *pollame*, *uccellame*. Ex illo βία derivatur quoque *superbia* ὑπὲρ βία; qui enim supra facultates et bona sive animi sive corporis, vel supra hominis fortunas attollitur, is merito superbus. Quare ut a terendo *tera* antiquitus, inferiori aetatis gradu *terra* vocata, sic a frangendo arvo *clo* mox *colo*. Nec non a κίω sive κεíω id est scindo (unde Catoni *tracio* superesse ostendam) *vervactum* existit, sive priscum *vervacium*, si *va* particula, quae nominis vim et significationem intendit, praeponatur. *Vacio* igitur valde findo, id est proscindo; ideoque terra quae vere proscinditur, *vervactum*.

Semen ac *semino* quis a prima origine deduxit? Latet ea tanta annorum mole obruta et penitus demersa; neque de eadem quidquam haberem, quod tibi notum facerem, nisi Eugubinis literis scriptum esset *sehmenier*, quod idem Abbatius semini reddit. Binis dictionibus glutinari vides, interposito asperi spiritus indice, *se* et *menier*. Verum *er* addititium puto, quod Latini etiam ornandi causa replendive receperunt, praesertim vetustiores, ut Plautus *argutarier*, *memorarier*, *ludificarier*, *irascier*, et plura huiusmodi qui dixerit, ut Terentius: *deludier*, *immutarier*, *adipiscier*; ut Lucretius: *convertier*, *celarier*,

vertier, *mirarier;* et noster Cato: *obturarier*. Apud M. Tullium hoc item invenimus ad Trebatium missum: *ut inter bonos bene agier oportet*. Et in Plinio ex veteri historico Hemina relatum *arbitrarier*. Restat igitur, *er* remoto, *meni* a μένω ac *se* propter aspirationem, quod ἓ Graecis erat. Quapropter σὺ μένε semen, quod *se manet*, *seque expectat*, *et renovat;* quoniam in id redit, a quo prodit. Quo quid brevius, quid elegantius, quid ad seminis naturam declarandam accommodatius excogitari potest aut fingi? Et mirabitur quisquam solertissimum fuisse Homerum, quando tot seculis ante in dictione una doctrina tanta et sapientia elucescit?

Ab eodem Abbatio Florentia missum Eugubinum *vestisier* expositumque *vestibus*, quod arbitror *vestisi er* sive *vestiri;* nam pro *r*, *s* quondam usurpatum ex Saliari carmine ostendit Varro, ut *dolosi*, *eso*, *muses*, *ruse*, *plusima*, *casmena*, *asena*, pro *dolori*, *ero*, *mures*, *rure*, *plurima*, *carmina*, *arena*.

A Pelasgis non solum *er*, de quo supra indicatum est, sumpsit Latium, verum etiam *r* simplex multis vocabulis subnexum, ut in verbis quae passionem significant, atque in adverbiis multis declaratur. Origo ex hac inscriptione clarius apparet:

Lerpirior. Santirpior
Duir. For
Foufer. Dertier. Dierir. Votir.
Farer. Vef. Naratu. vef. Poui.
Sirtir.

Quae quoniam far, nardum et coronam meminit, Lari domestico sacrata videbitur, primum versum hoc ordine separantibus: *Ler. pirior. santir. pior:* videlicet *Lari. socacio. sancto. pio*. Porro si *For* idem ac *Por*, *Foufer* sive *Fouse* Dui filium esse quis crederet.

Equidem et romanae memoriae exhibent *Quinti* vel *Sexti filius: Quinti* vel *Sexti Nepos.* Sic a numero *Dui* filius, ut *Duilius,* quod in gentis titulum transit, nec non *Quintius* a quinto. *Sextius* a sexto, *Septimius* a septimo, ab octavo *Octavius. Por* autem mansit in his *Caipor, Lucipor, Marcipor, Quintipor.* Sed et *Porsena* Tusci regis nomen quasi *Por sena* sive *hena,* hoc est *Senae* vel *Henae* filius. Quae dictio quod ex duabus coit, credere licet primum interposito *h* designatum *Porhena*, deinde *h* in *s* transiisse. Propterea *Porsena* unico *n*, antiquis, ut dixi, semivocales non iterantibus, tanquam *Ennii filius.* Idem indicare opinatus sum *Sisenna* velut ὗς *henna,* idem *Perpenna* παῖς τοῦ *pennae* aut *fennae.* Eadem ratione *Saturnus Urani satus* sive filius vocatur. At *Lar* nomen tam Diis quam hominibus commune; nam *Lar, Porsena, Larunda* vel *Lar Vnda* Tiberina Nympha, et hinc Lares.

Revertamur Romam. Cur vocabula nonnulla in *s* et *r* desinant, ut sciamus, primum ab antiquis petendum, alterum a recentioribus; *labos* enim *labosis, arbos arbosis, lepos leposis* illi efferebant; hi *labor laboris, arbor arboris, lepor leporis.* Illi item *plusia* a πλούσιος, et ab hoc *plus, plusima:* hi *plura* et *plurima.* Sed veteres etiam *plera* pro *plura* scribebant, unde *pleraque* ac *plerunque* habemus. Quare mirari non debemus in multis analogiam non sequi, ceu *mus muris, rus ruris, foedus foederis;* rectum enim ...
sum antiquis dabis; posterioribus reliquos ... Neque
Fusios, Vetusios, Papisios quum lege..., alios esse
ac *Furios, Veturios, Papirios* ...mabis; neque
verba multa in diversum exire ...onstantiae tribues,
sed tempori. Etenim quum ... Pro *g* plurimum utere-
tur prisca gens, ut pro ... Epistola indicavi, multa

aliis literis incipere, in alias desinere notabis: *lego*, *legis*, *lectum*; *ago*, *egi*, *actum*; *rego*, *rexi*, *rectum*; *mingo*, *minxi*, *mictum*; *figo*, *fixi*, *fixum*; *sugo*, *suxi*, *suctum*. Quum *c* haec atque alia bene multa incipiebant: *leco*; *aco*, ex quo *acus*, *acumen*, *acutus*; *reco*; *minco*; *fico*; *suco*, unde *sucus* descendit. *Nec otium* olim, nunc *negotium*; *pucno pugno a πυκάζω*, et ab hoc *πυκνὸς*; quippe conferti ac stipati in acie stant; *cuberno guberno a κυβερνάω*.

Hactenus Pontedera, qui similes aliquot etymologias Annotationibus in Catonem et Varronem inseruit, unde excerptas retuli in commentarios meos, qui nec ipsi speciminibus aliquot originum latinarum, quae vel Codicum manuscriptorum diversa scriptura vel significationis reconditae indagatio suggesserat, obiter appositis carent. Interdum ipse Varro, qui mirum in modum eiusmodi etymologiis delectabatur atque alieno saepe in loco studium earum ostentabat, ad difficile hoc et lubricum interpretationis genus, in quo nulli hucusque sine recondita atque accuratissima linguae graecae dialectorum cognitione bene res cessit, invitum fere me descendere coëgit. Verum multa supersunt in verborum et vocabulorum latinorum formis et originibus repetenda ab antiquitate Tusca, quorum specimina quaedam edidit Pontedera, plura esse explicata suspicor in opere a multis laudato *Ludovici Lanzi: saggio di lingua Etrusca e di altre antiche d' Italia* Romae 1789 edito.

DE

M. PORCII CATONIS

VITA, STVDIIS ET SCRIPTIS.

Pauca lubet praefari de Catonis vita, studiis et scriptis, quo rectius lectores de disciplina rustica, de consilio eius, caeloque et regione, cui illam accommodaverat Cato, iudicare possint. Ex vita eius, copiose olim a Cornelio Nepote scripta, postea in compendium, quod exstat, contracta, quam Plutarchus excerpsisse videtur cum libro Ciceronis de Senectute, ubi Cato noster loquens inducitur, ea tantum capita excipiam, quae ad iudicium de disciplina eius rustica librisque, ea de re scriptis, pertinere aliquo modo videntur.

Cato, ortus municipio Tusculo, ut ait Nepos, adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre Marco relictum habebat. Ita etiam Plutarchus c. 1: Κάτωνι φασὶν ἀπὸ Τούσκλου τὸ γένος εἶναι, δίαιταν δὲ καὶ βίον ἔχειν πρὸ τῶν στρατειῶν καὶ τῆς πολιτείας ἐν χωρίοις πατρῴοις περὶ τοὺς Σαβίνους. Tusculanum facit etiam Cicero pro Plancio c. 8. At idem eundem de Senectute c. 7 sic facit loquentem: *possum nominare ex agro Sabino rusticos romanos vicinos et familiares meos, quibus absentibus nunquam fere ulla in agro maiora opera fiunt non serendis, non percipiendis, non condendis fructibus*; ubi corrige cum Ernestio, postulante sententiarum ordine: *quibus a senibus nunquam fere nulla in*

agro maiora op. fiunt etc. Pergit idem cap. 4: *quae quidem in Sabinis etiam persequi soleo, conviviumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem quam maxime possumus vario sermone producimus.* Ex quo loco Plutarchus in Catone c. 52: ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν τῷ ἀγρῷ δαψιλέστερον. ἐκάλει γὰρ ἑκάστοτε τῶν ἀγρογειτόνων καὶ περιχώρων τοὺς συνήθεις καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς οὐ τοῖς καθ' ἡλικίαν μόνον ἡδὺς ὢν συγγενέσθαι καὶ ποθεινὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις. Quae eadem Cicero paulo antea l. c. sic tradidit: *nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam aetate atque vobiscum*, et reliq. Denique ipse Cato in oratione contra Thermum apud Festum in verbo *repastinari* sic de iuventute sua: *ego iam a principio in parsimonia atque in duritia atque industria omnem adulescentiam meam obstinui, agro colendo, saxis Sabinis, silicibus repastinandis atque conserendis.*

In Sabinis vicinam habuit villam Manii Curii Dentati, eius, qui ter triumphavit, quoque amicissimo deinde usus est. De hoc ipse testatur apud Ciceron. c. 16, atque inde Plutarchus c. 2: ἦν δὲ πλησίον αὐτοῦ τῶν ἀγρῶν ἡ γενομένη Μανίου Κουρίου ἔπαυλις. Huius villam saepe spectatum ibat, testante Cicerone, etiam in loco de Republica apud Nonium p. 522: *Cuius etiam focum Cato ille noster, quum venerat ad se in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat, apud quem sedens Samnitium quondam hostium, tum iam clientum suorum dona relegaverat.* De industria et parsimonia Catonis hoc L. Valerii Flacci vicini testimonium narrat Plutarchus c. 3: πυθόμενος δὲ τὴν αὐτουργίαν καὶ δίαιταν αὐτοῦ παρὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ θαυμάσας ἐξηγουμένων ὅτι πρωῒ μὲν εἰς ἀγορὰν βαδίζει καὶ παρίσταται τοῖς δεομένοις, ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὸ χωρίον, ἂν μὲν ᾖ χειμὼν, ἐξωμίδα λαβὼν (i. e. tunicam), θέρους δὲ γυμνὸς, ἐργασάμενος μετὰ

τῶν οἰκετῶν ἐσθίει τὸν αὐτὸν ἄρτον ὁμοῦ καθήμενος, καὶ πίνει τὸν αὐτὸν οἶνον — ἐκέλευσε κληθῆναι πρὸς τὸ δεῖπνον. Villae pauperem cultum ne tectorio quidem illitae, sed delutatae, ut puto, obiter commemorat Plutarchus c. 4, τῶν δ' ἐπαύλεων αὐτοῦ μηδεμίαν εἶναι κεκονιαμένην. quod ex ipsis Catonis verbis relatum esse patet. Sed ecce tibi Catonis verba apud Gellium XIII, 23: *M. Cato villas suas inexcultas et rudes ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit ad annum usque aetatis suae septuagesimum, atque ibi postea his verbis utitur: Neque mihi aedificatio, neque vasum, neque vestimentum ullum est manu pretiosum, neque pretiosus servus, neque ancilla est. Si quid est, quod utar, utor; si non est, egeo: suum cuique per me uti atque frui licet. Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis, quia nequeunt egere.* Habes perfectam imaginem severi Catonis saxis Sabinis innutriti! Sabinorum tetricam et tristem disciplinam memorat Livius I, 18, 4, et suae aetatis severissimos homines eos vocat Cicero in Vatinium c. 25. Huc pertinet locus Plinii 8, s. 74: *Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertium octingentis millibus venisse iam tum posuit in Catonis criminibus.* Quem locum explicabis ex Plutarchi narratione c. 4: ἐπίβλημα δὲ τῶν ποικίλων βαβυλωνίων ἐκ κληρονομίας κτησάμενος εὐθὺς ἀποδόσθαι φησί.

Disciplinam Catonis rusticam ita enarrat Plutarchus c. 21: τῶν οἰκετῶν οὐδεὶς εἰσῆλθεν εἰς οἰκίαν ἑτέραν, εἰ μὴ πέμψαντος αὐτοῦ Κάτωνος, ἢ τῆς γυναικός. ὁ δὲ ἐρωτηθεὶς τί πράττει Κάτων, οὐδὲν ἀπεκρίνετο πλὴν ἀγνοεῖν; ἔδει δὲ ἢ πράττειν τι τῶν ἀναγκαίων οἴκοι τὸν δοῦλον ἢ καθεύδειν. καὶ σφόδρα τοῖς κοιμωμένοις ὁ Κάτων ἔχαιρε, πρᾳοτέρους τε τῶν ἐγρηγορότων νομίζων, καὶ πρὸς ὁτιοῦν βελτίονας χρῆσθαι τῶν δεομένων ὕπνου τοὺς ἀπολελαυκότας. οἰόμενος δὲ τὰ μέγιστα ῥᾳδιουργεῖν ἀφροδισίων ἕνεκα τοὺς δούλους, ἔταξεν ὡρι-

σμένου νομίσματος ὁμιλεῖν ταῖς θεραπαινίσιν, ἑτέρᾳ δὲ γυναικὶ μηδένα πλησιάζειν. ubi quod de servis ait nemini percunctanti de domino respondisse, vereor ut verum sit. Certe ipse Plutarchus c. 3 narrat vicinum L. Valerium Flaccum ex servis Catonis rescivisse, quid ageret in villa sua Cato, disciplinamque eius rusticam omnem inde percunctando miratum fuisse. Videtur Plutarchus nescio quam legem respexisse, cuius vestigium latet in Festo: *Percunctatum patris familiae nomen ne quis servum mitteret lege sanctum fuisse ait Cato in ea oratione, quam legem Orchiam dissuadet.*

Pergit Plutarchus: *ἀεὶ δέ τινα στάσιν ἔχειν τοὺς δούλους ἐμηχανᾶτο καὶ διαφορὰν πρὸς ἀλλήλους, ὑπονοῶν τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν καὶ δεδοικώς, τοὺς δ' ἄξιον ἐργάσασθαί τι θανάτου δόξαντας ἐδικαίου κριθέντας ἐν τοῖς οἰκέταις πᾶσιν ἀποθνήσκειν εἰ καταγνωσθεῖεν.* Quae quidem omnia praecepisse animo et iucundum erit et utile lectori, ante quam ipsum Catonis librum perlegat, in qua disciplinae huius severae et parsimoniae tetricae vestigia multa adhuc insunt, per multa capita sparsa. Plura inessent, nisi Grammatici totum librum misere truncassent, dislocassent atque ex aliis Catonis libris membra aliena addidissent, quod comparato Plinio multis in locis docebimus ad librum ipsum.

Librum de re rustica Cato apud Ciceronem c. 16 ita memorat: *Quid de utilitate loquar stercorandi? dixi in eo libro quem de rebus rusticis scripsi.* Haec vero Catonem Cicero loquentem fecit anno aetatis quarto et octogesimo, quod manifestum fit ex cap. 10: anno igitur ante mortem, quam ei obtigisse annos 85 nato, Css. L. Marcio et Manio Manilio, refert Cicero in Bruto c. 15 et 20, annisque a suo Consulatu abfuisse ait 83. Velleius I, 13 ante triennium quam Carthago deleretur, L. Censorino et Manio Manlio Css., mortem

obiisse refert. Plinius 29, s. 8: *Atque hic Cato DCV anno urbis nostrae obiit, LXXXV suo.* Idem 15, s. 20, *quo Carthago deleta est, quanquam Catone anno sequente rapto*, quem locum ad orationem Catonis, de Carthagine delenda habitam in senatu, recte refert Harduinus. Sexcentesimum urbis annum numerat Plinius 14, s. 5, numero rotuudo pro finito usus. Contra Plutarchus c. 5, nonagesimo aetatis anno mortuum Catonem tradit; in quo sequitur Livium libro 39, c. 40. Sed redeamus ad librum de re rustica, quem Plutarchus ita memorat cap. 25: *καὶ συντέτακται βιβλίον γεωργικὸν, ἐν ᾧ καὶ περὶ πλακούντων σκευασίας καὶ τηρήσεως ὀπώρας γέγραφεν.* Ad filium scriptum fuisse a Catone hunc librum, arguere licet ex Servio ad Georg. Virg. II, 412: *laudato ingentia rura: Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de Agricultura; quod ideo dictum est, vel quia maiores agros incultos rura dicebant, id est silvas et pascua, agrum vero, qui colebatur...... nam et Cato, ut diximus, et Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant praedia latifundia, vel quod, ut ait Donatus, etiam non culta praestant aliquid domino.* ubi Donati persona male et inepte introducta esse videbitur, inprimis si comparaveris, quae de Catone tradit Plutarchus c. 21: *εἰς δ' ἀσφαλῆ πράγματα καὶ βέβαια κατατιθέμενος τὰς ἀφορμὰς ἐκτᾶτο, λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τόπους κναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργατησίαν χώραν ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς καὶ ὕλας, ἀφ' ὧν αὐτῷ χρήματα προσῄει πολλὰ, μηδ' ὑπὸ τοῦ διὸς, ὥς*φησιν αὐτὸς, βλαβῆναι δυναμένων.* Quae Catonis sententia, nisi forte legendum sit *ὥς φασιν αὐτοῦ βλ.* ex ipso de Agricultura libro ducta videtur, nec tamen congruit cum ea, quam hodie in trunco et lacero libro eius cap. I, sect. 7, positam conspicimus, quam tamen ipsam inde excerpserunt Varro et Plinius, ut in annotatione ad eum locum dicetur.

Nec ullum hodie vestigium superest in libro de re rustica sententiae, quam inde retulisse videtur idem Servius ad Georg. I, 46: *Cato in oratione ad filium: vir bonus est, M. fili, colendi peritus, cuius ferramenta splendent.* ubi forte scriptum fuit olim: *Agricola bonus est, M. fili.* Rhaeticam vitem a Catone laudatam *in libris quos scripserit ad filium* habet iterum Servius ad II, 95. Nonius in vocabulo *Mediastinus* ex *Catonis praeceptis ad filium* habet: *Illi imperator tu, ille ceteris mediastinis.* Ita enim scribendum, et de villico locum explicandum censeo. Vulgo in Merceriana editione altera est: *mediastrinus;* in priore: *Ille Imperator, tu illi ac caeteris mediastinus.* His igitur auctoribus cum Meursio et Popma Pontedera libri de re rustica haec fragmenta, quae vulgo circumferuntur a grammaticis et librariis pessime habita, filio inscribenda esse censuerunt. Cui equidem opinioni quod opponam non habeo, nisi quod iidem grammatici, qui Catonis librum tam foede truncatum nobis prodiderunt, titulum etiam et inscriptionem mutasse videntur. Plutarchus, etsi de libro de re rustica ad filium scripto silet, Origines tamen Catonem scripsisse et sua manu maioribusque literis in usum filii descripsisse testatur c. 20, atque omnino saepenumero filium Catonis in libris collaudatum fuisse addit cap. 4.

Superest igitur, ut si annum, quo liber de re rustica ad filium a Catone scriptus fuerit, cognoscere velimus, mortem filii investigemus, quam deplorat Cato apud Ciceronem cap. 24. Annum investigare licebit, comparato loco Plinii 7, s. 12, ubi Catonem censorium ait generasse filium octogesimo exacto e filia Salonii, clientis sui. Qua de causa aliorum eius liberorum propaginem Licinianos fuisse cognominatos, hos Salonianos, ex quibus Cato Uticensis fuerit. In

Plutarcho c. 24 male Editor Britannicus Σαλωνῖνον patrem vocavit, qui antea Σαλώνιος fuerat. Quum Cato Saloniam duceret, octoginta annos natus, vixisse adhuc filium eius Marcum, manifestum fit ex narratione Plutarchi c. 24. Salonium nominat etiam Gellius XIII, 19. Coloni filiam, sed ingenuam, a M. Catone ductam in matrimonio, habet Seneca Controv. 21. At Cicero Tusc. III, 28, Catonis filium Marcum, Licinianum, praetorem designatum obiisse refert; A. V. igitur 601. Non satis recte Plutarchus cap. 24 ἐτελεύτησε στρατηγῶν.

Filium Cato ipse omnibus literis artibusque ingenuis diligentissime instituit, narrante Plutarcho; de medicina etiam praecepta illi proposuit in libro, quem laudat Plinius 29, s. 7, ubi Epistolam ad Marcum filium exscribit: *Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, et quod bonum sit illorum literas inspicere, non perdiscere, vincam. Nequissimum et indocile genus illorum, et hoc puta vatem dixisse: quandoque gens illa suas literas dabit, omnia corrumpet, tum etiam magis, si medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se barbaros necare omnes medicina, et hoc ipsum mercede faciunt, ut fides iis sit, et facile disperdant. Nos quoque dictitant barbaros, et spurcius nos quam alios Opicos appellatione foedant. Interdixi tibi de medicis.* deinde sect. 8: *subiicit enim qua medicina et se et coniugem usque ad longam senectutem perduxerit, iis ipsis scilicet, quae nunc nos tractamus; profiteturque esse commentarium sibi, quo medeatur filio, servis, familiaribus, quem nos per genera usus sui digerimus.* Quem eundem locum ante oculos habuit Plutarchus c. 23, ubi de Catonis odio in Graecos et literas graecas: τὸν δὲ παῖδα διαβάλλων πρὸς τὰ ἑλληνικὰ φωνῇ κέχρηται θρασυτέρᾳ τοῦ γήρως, οἷον ἀποθεσπίζων καὶ προμαντεύων, ὡς ἀπολοῦσι

Ῥωμαῖοι τὰ πράγματα γραμμάτων ἑλληνικῶν ἀναπλησθέντες — ὁ δὲ καὶ τοὺς ἰατρεύοντας ἐν Ῥώμῃ δι' ὑποψίας εἶχε καὶ — ἔλεγεν κοινὸν ὅρκον εἶναι τοῦτον ἰατρῶν ἁπάντων, καὶ παρεκελεύετο φυλάττεσθαι τῷ παιδὶ πάντας· αὑτῷ δὲ γεγραμμένον ὑπόμνημα εἶναι, καὶ πρὸς τοῦτο θεραπεύειν καὶ διαιτᾷν τοὺς νοσοῦντας οἴκοι, νῆστιν μὲν οὐδέποτε διατηρῶν οὐδένα, τρέφων δὲ λαχάνοις καὶ σαρκιδίοις νήττης ἢ φάσσης ἢ λαγῶ· καὶ γὰρ τοῦτο κοῦφον εἶναι καὶ πρόσφορον ἀσθενοῦσι, πλὴν ὅτι πολλάκις συμβαίνει τοῖς φαγοῦσιν ἐνυπνιάζεσθαι· τοιαύτῃ δὲ θεραπείᾳ καὶ διαίτᾳ χρώμενος ὑγιαίνειν μὲν αὐτὸς, ὑγιαίνοντας δὲ τοὺς ἑαυτοῦ διαφυλάττειν. unde locus Plinii suppleri atque explicari debet. Quodsi Plinius eam medicinam in suos libros digestam servavit, eandem hodieque habemus omnem in Catoniani huius libri Fragmentis reliquam, aut ab ipso Catone, aut a Grammatico aliquo, qui librum de re rustica in compendium redegit, huic rusticae disciplinae admistam. Ceterum ex initio loci Catoniani apud Plinium apparet, eum ista scripsisse ad filium, posteaquam M. Acilium tribunus militum in bellum contra Antiochum comitatus A. V. 562, Athenis aliquandiu commoratus fuerat, referente Plutarcho c. 12. Ad locum Plutarchi pertinet, quod Plinius refert 28, s. 29: *Somnos fieri lepore sumto in cibis Cato arbitratur*; ubi Harduinus laudavit Diomedem grammaticum I, p. 358, qui sic: *Cato ad filium vel de Oratore: Lepus multum somni adfert, qui illum edit.* Quod hodie in libro de re rustica non reperitur additum. Idem Plinius 7, s. 52: *quippe quum Cato censorius ad filium de validis quoque observationem ut ex oraculo aliquo prodiderit, senilem iuventam praematurae mortis esse signum.* Indidem Priscianus VI, p. 718 et 761: *Cato ad filium: Ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis, ex cataplasmatis, ex alvo lavando.*

Iudicium Catonis de literis graecis vidimus, quod ille tulit anno urbis conditae 562, natus annos 43. Natus enim A. V. 519, ex rationibus Ciceronis, Consulatum gessit A. V. 558, post quem consularis Manium Acilium comitatus est in Graeciam. Quid igitur fiet Ciceroni, qui Catonem in senectute perstudiosum fuisse graecarum literarum narrat c. 1, ipsumque loquentem sic facit c. 8: *ut ego feci, qui graecas literas senex didici: quas quidem sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens, ut ea ipsa mihi nota essent, quibus me nunc exemplis uti videtis.* Cf. etiam Acad. Q. IV, 2. Ab Ennio literas graecas didicisse statuunt viri docti, quem familiarem suum appellat apud Ciceronem c. 4. Hunc scilicet ex Sardinia, quum ex Africa quaestor decedens illuc diversus esset, Romam secum deduxerat A. V. 549, triginta natus annos, referente Nepote cap. 1, quod ille non minoris existimabat, quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum. Dicemusne Catonem scnem sententiam de graecis literis mutasse? Sed alia est eaque gravior difficultas, quam nobis obiicit ipsius Ciceronis narratio Tusc. Q. I, 2, ubi de Ennio: *honorem tamen huic generi non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxisset; duxerat autem consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium.* Dicendum igitur erit, Catonem in iuventute a studiis literarum, quae tunc nullae nisi graecae esse poterant, si a rerum romanarum historia discesseris, alienum et totum reipublicae gerendae, iuri dicundo, causisque in foro agendis deditum, quum tandem ille aetatis fervor mitigatus fuerat, animum literarum studiis excoluisse. Quo ducit etiam narratio Nepotis c. 3, qui Catonem literarum cupidissimum fuisse tradit.

Quarum, inquit, studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum in eis fecit, ut non facile reperire possis neque de graecis neque de italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Non igitur plane senex, sed *senior*, arripuit studium literarum, non graecarum solum. Hinc Plutarchus: *τὰ μέν τοι συγγράμματα καὶ δόγμασιν ἑλληνικοῖς καὶ ἱστορίαις ἐπιεικῶς πεποίκιλται καὶ μεθηρμηνευμένα πολλὰ κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασιν καὶ ταῖς γνωμολογίαις τέτακται.* Video nunc demum mecum sentire Io. M. Heusingerum ad Nepotem in Appendicula notarum.

In libri de re rustica c. 157 initio Codices scripti et Editiones quaedam recentiores brassicae Pythagorae mentionem faciunt, et nomina quaedam graeca brassicae generum ponunt, quae damnavit Gesnerus, Catonem in hoc libro ab omni eruditione graeca abstinuisse censens; sive quod eam nondum attigisset, seu quacunque alia de causa. Cui equidem opinioni accedere non dubitarem, si constaret, talem ad nos pervenisse Catonis librum de re rustica, qualem ille ad filium perscripserat, nec variis pannis ex aliis Catonis libris assutis auctus atque interpolatus fuisset a Grammaticis. Pythagorae mentionem in Catone mirari non debemus, si vera sunt, quae de consuetudine eius cum Nearcho Tarentino, Archytae discipulo, narrat Cicero de Senect. c. 12, atque ex eo loco Plutarchus c. 2. Quid? quod ipsum Catonem Cicero c. 12, 20, 21, cum admiratione loquentem facit de Pythagoreorum disciplina et victu. Denique non plane alienum a disciplina Graecorum animum arguit cap. 105 et 112, ubi, qua ratione vinum Graecum et Coum fiat, docet.

De Originibus Catonis pauca licebit addere; de quibus Nepos cap. 3: *senex scribere historias instituit,*

quorum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum populi romani; secundus et tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica: (ob quam rem omnes Origines videtur appellasse) in quarto autem bellum Punicum primum; in quinto secundum (atque haec omnia capitulatim sunt dicta) reliquaque bella pari modo persecutus est usque ad praeturam Serv. Galbae, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit, quae in Italia Hispaniisque viderentur admiranda; in quibus multa industria et diligentia comparet cum multa doctrina. Plinius 8, s. 5, annales vocavit, ubi punicorum imperatorum nomina detracta, elephanti vero Suri, qui fortissime proeliatus esset, nomen a Catone positum esse refert. De oratione Catonis contra Galbam ita Cicero in Bruto c. 20: *Cato quinque et octoginta annos natus excessit e vita, quum quidem eo ipso anno contra Serv. Galbam ad populum summa contentione dixisset*; et cap. 23: *M. Cato legem* (L. Scribonii Libonis) *suadens in Galbam multa dixit, quam orationem in Origines suas retulit, paucis antequam mortuus est diebus an mensibus.* Ex septimo Originum libro hanc ipsam Catonis orationem contra Galbam laudat Gellius XIII, 24. Locus igitur Nonii sub vocabulo *pisculentus* vitiosus est, ubi de fluvio Hibero laudatur Catonis Originum liber octavus.

Librorum Catonis fragmenta, ex scriptoribus et Grammaticis collecta, posuit Popma, quae qui diligenter perlegerit, ingenium Catonis atque orationis colorem bene cognoscere poterit. Antiqui sermonis obscuritatem quibusdam in locis interdum conqueretur, quae iam olim Grammaticorum, inprimis Verrii Flacci, ingenium exercuit, cuius de obscuris Catonis

commentarios commemoravit Gellius, unde ducta videntur, quae Festus ex libris Catonis interpretari conatus est.

M. PORCIVS CATO

DE

RE RVSTICA

CAPITA
REI RVSTICAE
M. P. CATONIS
EX RHEGIENSI EDITIONE

ANNI CIↃ CCCC LXXXII (*)

(*) Nescio unde ductae a Gesnero lectioni ex inspectione ipsius libri addidi varietatem lunulis inclusam, aut falsam lectionem uncinulis exclusi.

M. PORCIVS [a] CATO

DE

RE RVSTICA

Est interdum praestare [b] mercaturis rem quaerere, ni [c] tam periculosum siet; [d] et item foenerari, si tam

VARIETAS LECTIONIS

Quum laudamus Victorianam lectionem, illud intelligi volumus, nihil postea mutatum. Paucula, quae Popma sibi indulsit, suis locis indicantur. Editiones, quarum copiam nobis fuisse indicavimus, et quae hic tacentur, eas nobiscum facere, intellige. Iensonianam anni 1470 et 1472. Bruschianam 1482. Bononiensem 1494. Regiensem 1496 et 1499. signant literae I. Br. B. R. Aldinam priorem anni 1513 vel 1514, alteram 1533, Iuntinam anni 1515 et 1521, Gymnici, literae A. Iunt. G. vel A. I. I. G. Basileensem, Ba.; Durdrechtanam, Durd.; Gryphianam, Gr.; Rob. Stephani Editionem, St.; Victorianam, Vict.; Editiones ante Victorium, a. V.; Hervagianam, H.; Crescentii Editionem Lovaniensem a Gesnero comparatam, Basileensem 1538 a me et Pontedera collatam, et antiquam sine anni et loci nota, quam principem puto, signavi Cr. Lov. Basil. antiq. mea. Brouckusii coniecturas notat, Brh. Politiani libros, ab eo cum Iensoniana comparatos, P. vel Pol. addito interdum numero 1 vel 2. Popmae Editionem Catonis priorem vel secundam, Po. 1. vel Po. 2. Codicem Ryckianum, Ryck.; Wratislaviensem, W. vel Wr.; Codicem Parisinum No. 1600. Paris.; Gronovianum alterum, Gron. Reliquae notae leetorem non morabuntur (earumque explicationem iam exhibuimus supra pag. XXVI. *T.*)

(a) *Marci Catonis Prisci* I. B. Br. R. male. Nam Plutarchus in Vita nostri testatur, *Prisci* cognomen ante habuisse, quam Catonis. Editio Victor. et Commel. habet: *Mar. Cato de Re rustica.* Popma edidit: *M. Porci Catonis de Re rustica Liber ad Filium.* De additamenti huius auctoritate disputavi in Dissert. de Catonis Vita et Scriptis. (b) *populo* add. A. B. H. G. Gr. Cod. Venet. D. Marci. *Est interd. praestantius* Wrat. (c) *nisi* Pol. et Gronovianus: *si non* Wrat. (d) *sit* hic et p. p. I. B. Br. R.

Est praestare) Pro *praestat*, *melius est* interpretatur dictum Gron. Obs. IV, pag. 148, sed exempla ab eo et a Cortio ad Sallustii Iugurth. 110, 3, posita, non congruunt. Pontedera dubius etiam fluctuabat inter reliquas

honestum[e] siet. Maiores enim[f] nostri hoc[g] sic habuerunt,[h] et ita in legibus posiverunt,[i] furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli. Quanto peiorem civem existimarint[k] foeneratorem, quam furem, hinc licet existimari. Et virum bonum quum[l] lauda- 2
bant, ita laudabant, bonum agricolam bonumque colonum. Amplissime laudari existimabatur, qui ita 3
laudabatur. Mercatorem autem strenuum studiosumque rei quaerendae existimo; verum (ut supra dixi) periculosum et calamitosum. At ex agricolis et viri 4
fortissimi et milites strenuissimi[m] gignuntur, maximeque pius quaestus stabilissimusque consequitur, minimeque invidiosus: minimeque male cogitantes[n] sunt, qui in eo studio occupati sunt. Nunc (ut ad rem redeam) quod promisi institutum principium[o] hoc erit.

(e) *si tam inhonestum non sit* Wr. (f) *enim* om. P. (g) *hoc* restitui ex I.B.Br.R. Paris. probante Pontedera. (h) *habuere — posuere* a. Victor. (i) *hoc posiverunt* ex lens. Caesenate Cod. et Veneto probat Pontedera. (2) *existimare* Br. Cod. Gr. (l) *quom* Br. (m) *strenuisissimi* Br. (n) *agitantes* Cod. Gronov. (o) *primum* omnes a. V. quod probat Ponted. in Cur. sec. pro principio dictum.

librorum varietates. Additum in Edd. quibusdam et Codd. *populo* Abr. Gronov. suspicabatur coaluisse ex *Porci fili*.

Hoc sic habuerunt) Ita ex Edd. primis scripsi probante Pontedera et Abr. Gronov. Compara Ciceronem ad Famil. II, 6, III, 13; de N. D. III, 16.

Legibus) Duodecim tabularum legem aliquam designari, putabat Vrsinus, quae tamen hodie in Fragmentis earum non appareat. Nimirum etiam Atticae leges dupli poenam sanxerant in furto. Vide Meursii Themidem Atticam II, 1, monente Schoettgenio. Popma verba XX Tabularum haec posuit: *si adorat furto quod nec manifestum escit, duplionem luito*; quorum partem habet Festus in *nec coniunctionem*.

Dupli) Duplionem dicebant leges XX Tabularum, monente Festo h. v. et Plinio XVIII, 3.

Quadrupli) Festus: *quadruplatores dicebantur, qui eo quaestu se tuebantur, ut eas res persequerentur, quorum ex legibus quadrupli erat actio.* Ita etiam Asconius ad Divin. Ciceronis in Caecilium cap. 7, pag. 26. Ceterum Catonem semper *fenus, feneratorem* scripsisse, ex Nonio annotavit Pontedera. De foenerationis inhonestate vocem Catonis annotavit Cicero Officior. II extremo. Sed eundem foenus nauticum exercuisse, refert Plutarchus in Catone cap. 21.

Strenuissimi) Plinius 18, s. 6 ex Catone hoc oraculum repetiit: *Fortissimi viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur minimeque male cogitantes.*

Male cogitantes) Ita Cato noster

I. Praedium quum [a] parare cogitabis, sic in animo habeto, uti ne cupidę emas, neve opera tua parcas [b] visere, et ne satis habeas semel [c] circumire. Quoties [d]
2 ibis, toties magis placebit, quod bonum erit. Vicini quo pacto niteant, id animum [d] advertito: in bona [e] regione bene nitere oportebit: et uti [f] eo quum introeas, circumspicias, [g] uti inde exiri possit: [h] uti

Cap. I. (a) *cum comparare* Cr. Basil. et antiqua mea cum Edd. Cat. ante Vict. *comparatione* Cr. Lov. (b) *parcas ne satis — circuire* Cresc. Basil. sed Lov. et antiqua mea editio *perdas*. Wr. *nec satis videre*. (c) *semel* om. Br. I. B. R. W. Edd. pr. cod. Pol. et Ponted. (d) *Quotiens—totiens* Cr. et Br. (d) *animadvertito* I. B. R Ba. Br. A. G. Gr. Cr. sed Lov. editio habet *id advertito*. (e) *in bona—oportebit* om. Cresc. (f) *eo* om. I. B. R. Br. W. Cr. *cum* om. Cr. Lov. (g) *et cir-*

apud Ciceron. cap. 6: *Carthagini male iam diu cogitanti*.

Cogitabis) Plinius 18, s. 6: *Praedium ne cupide emas. in re rustica operae ne parcas, in agro emendo minime. Quod male emtum est, semper poenitet; agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquam, viam et vicinum. — Cato in conterminis hoc amplius aestimari iubet, quo pacto niteant; in bona enim, inquit, regione bene nitent — Cato inter prima spectari iubet, ut solum sua virtute valeat, qua dictum est positione, ut operariorum copia prope sit, oppidumque validum; ut navigiorum evectus vel itinerum; ut bene aedificatus et cultus: — itaque Cato de domino bono melius emi, nec temere contemnendam alienam disciplinam: agroque ut homini, quamvis quaestuosus sit, si tamen et sumtuosus, non multum superesse. Ille in agro quaestuosissimam iudicat vitem, — proxime hortos riguos. — eodemque pertinet, quod agricolam vendacem esse oportere dixit*; ubi Edd. antiquae habent: *iubet non solum sua virtute valeat*; unde Fintianus corrigebat *non solum*, probante Pontedera in Cur. sec.

Semel) Caesonianum praeceptum vocat Columella I, 4, 1.

Et uti eo quum introeas) Pontedera ex lectione Cod. Polit. et S. Repar. *et viti eo introeas et circumspicias, uti inde exire possis*, corrigebat: *et viti eo introeas et circumspecias, uti inde exeire posis*. In Codice Caesen. et Crescentii ad D. Iustinae est: *et uti eo introeas et circumspicias*. Ceterum lectionem a se probatam ita interpretatur Pontedera: *eo vitii introeas*, id est, ut penetres usque ad agri vitia et mala, eademque penitus habeas perspecta, quo facilius ex fructibus et culturae sumtus atque expensae pecuniae, quam in fundum emendum paterfamilias erogabit, usuras consequatur. Etiam cap. CVII esse in Polit. Codice *ne quid viti*, pro vitii. *Posis* antiquo more esse ut in senatusconsulto de Bacchanalibus circa A. V. DLXXVII *habuise, necesus ese, esent, adesent, adeise, adeisent, iousisent, eset, fecise, coniourase, comovise, conspondise, compromisise, dedise, arfuise, esetis, fecisent*.

Circumspicias) Editio antiqua Cresc. mea *et circumspicias* habet.

Exiri possit) Variam interpretationem haec admittunt. De evectu ad

bonum caelum habeat, ne calamitosum siet.[i] Solo[k]
bono, sua virtute valeat. Si poteris, sub radice mon- 3
tis siet,[l] in meridiem spectet, loco salubri, opera-
riorum copia siet,[m] bonumque aquarium,[n] oppidum
validum prope siet, aut mare, aut amnis, qua naves
ambulant, aut via bona celebrisque.[o] Siet[p] in iis 4
agris, qui non saepe dominos mutant: qui in his agris
praedia vendiderint,[q] quos pigeat vendidisse: uti
bene aedificatum siet.[r] Caveto[s] alienam disciplinam

cumsp. Cr. antiqua mea et Br. (h) *exire possis* Cr. et Br. (i) *calamitosum esi* Cr. (k) *solum bonum* I. B. Br. R. Ba. H. A. C. Gr. (l) *si et* Cr. qui post *spectet* addit: *in loco frigido.* (m) *operariorum copia, si et bonum* Cr. antiqua mea. Basil. *sit copia.* (n) *bonum: in quem aquarium* I. B. Br. R. Wr. *bonumque, ibique aquarium* ante Victor. *bonumque aquarium* Pol. Cresc. Lovan. *bonum aquarium — prope sit* Cresc. duae editt. meae, quae reliqua omittunt usque ad verba *in his agris.* Brusch. *siet. Sit autem mare. — quo naves — bono celebrisquae siet.* Ald. *et oppidum.* Cod. Paris. habet *siet, si aut mare aut amnis, quo.* (o) *celebris quae siet. In his agris* lens. Br. *celebrisque* B. R. *secus ei: celebris siet. In is agris* Wr. (p) *siet autem et in* A. Iunt. et reliquae ante Victor. *In his agris* Cresc. (q) *vendiderunt* Cr. (r) *sit* Cr. (s) *Caveto ne* Cr. editiones tres, et

exportandas res vendibiles explicat Turnebus 28, cap. 47. Aliter Gesner, quem sequitur Gallicus Interpres. Scilicet Catonem volunt idem monere, quod Coelius ad Ciceronem VIII, 6, *ne te eo demittas, unde exitum vides nullum esse.* Quae quidem mihi non placet interpretatio. Cod. Gron. cum Brusch. et Crescentio, *exire possis*, praeterea omittit *inde.*

Calamitosum) De coelo an recte dicatur, nescio; de agro certe rectius. Vide igitur an praestet: *calamitosus siet?* Ager calamitosus infra 35, 1.

Solo bono) Recte Pontedera emendat: *non solum sua virtute valeat.* Ita legit etiam Plinius.

Sub radice) Plinius 17, s. 13: *Cato agrum optimum iudicat, ad radicem montium, planitie in meridiem excurrente.* Varro I, 7: *optimum agrum esse, qui sub radice montis situs sit, et spectet ad meridianam coeli partem.*

Oppidum) Plinius: *ut operariorum copia prope sit oppidumque validum*; sed rectius ibi Vincent. *copia, oppidumque validum prope sit.*

Oppidum validum prope siet) Pontedera *oppidum validum prope siet: sein, aut mare, aut amnis quo naves ambulent* legit, et ex Cod. Polit. et S. Repar. ponit lectionem *siet: si aut mare*, ut est etiam in Paris. Quod ait Ponted. in primis cusis esse *si autem mare*, falsum est de Bruschiana, ubi est *siet: Sit autem mare.* Ceterum recte veterem lectionem Codd. mihi interpretatus esse videtur vir doctus.

Ambulant) Gellius X, 26: *Atqui M. Cato — fundus, inquit, eo in loco habendus est, ut et oppidum prope amplum sit, et mare aut amnis, qua naves ambulant.*

Quos pigeat) Recte Gesner cum

temere contemnas. [t] De domino bono colono, bonoque aedificatore melius emetur. Ad villam quum ve-
5 nies, videto vasa torcula [v] et dolia multane sient. Vbi non erunt, scito pro [x] ratione fructuum esse. Instrumenti [y] ne magni siet, loco bono siet. Videto quam
6 minimi instrumenti, sumptuosusque ager ne siet. Scito idem agrum quod hominem, quamvis quaestuosus siet, si sumptuosus erit, relinquere [z] non multum.
7 Praedium quod primum siet, si me rogabis, sic dicam.

reliquae a. V. (t) *contemnes. A domino* Cr. *a dom.* etiam Lovan. (y) *et torcularia* Cr. deinde *si multa sint.* (x) *pro* om. Pol. *pro ratione fructum* Ponted. (y) *instrumenti magni ne siet : bono loco siet* ante Victor. *inst. m. copia, bono loco ne siet, utile* Wr. *instrumenta multa vel pauca sint videto* Cr. editt. tres, omissis reliquis usque ad *sumtuosusque.* Editiones ante Vict. habent *sumtuosus* (z) Ita pro *relinqui* scripsi ex I. B. Br. R. Wr. cum Pontedera, *relinquit* H.

Fornerio et Memmio legendum esse censet *hos* aut *eos.* Posterior ratio placuit etiam I. Fr. Gronovio.

Multa ne) I. e. an multa sint. Exempla Plauti Captiv. I, 2, 24; Pseudoli I, 2, 71; Terentii Andr. IV, 4, 45, aliaque comparavit Gesner. Crescent. *si multa sint* habet.

Pro ratione) Ad paucos fructus vasa et dolia pauca esse. *Fructum* non inepte habet Bruschiana; quod ex Codice Parisino No. 1600 annotavit etiam I. Fr. Gronov.

Instrumenti—bono siet) Haec aliena ab hoc loco esse, recte monet Pontedera. De loco bono antea iam dixit, de instrumento statim postea. Ex argumento igitur, in margine libri apposito, invecta censet. Cod. Caesenas verba *loco bono siet* transposita post verba *quamvis quaestuosus siet* habet; unde olim in hoc loco turbatum fuisse apparet.

Minimi instrumenti) Memineris armenta et servos ad instrumentum rusticum pertinere, ut recte monet Gesner.

Idem agrum quod) Recte monet Gesner, scribendum esse, *item agrum ut.* Atque ita Plinius habet scriptum. Deinde *relinquere* mecum probavit Pontedera pro *relinqui.*

Primum siet) Optimae conditionis.

Dicam) Quintilianus ait Catonem *dicem, faciem* dixisse pro faciam, dicam, eamque formam h. l. restitui voluit Pontedera, qui orationem ita vult continuari: *Dicem de omnibus agris. Optimo loco emito iugera agri centum. Vinea est prima, si vino bono et multo siet.* Varro I, 7, 9: *Cato gradatim praeponens, alium alio agrum meliorem dicit esse in novem discriminibus, quod sit primus, ubi vineae possint esse bono vino et multo; secundus, ubi hortus irriguus; tertius, ubi salicta; quartus, ubi oliveta; quintus, ubi pratum; sextus, ubi campus frumentarius; septimus, ubi caedua silva; octavus, ubi arbustum; nonus, ubi glandaria silva.* Plinius 16, s. 69: *tertium locum (salicto) in aestimatione ruris Cato attribuit, prioremque quam olivetis quamque frumento aut pratis.*

De omnibus agris, optimoque [a] loco si emeris iugera agri centum, vinea est prima, si vino multo [b] siet; secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, [c] quinto pratum, sexto campus frumentarius, septimo silva caedua, octavo arbustum, nono glandaria silva.

II. Paterfamilias ubi [a] ad villam venit, ubi larem familiarem salutavit, fundum eodem [b] die, si potest, circumeat: si [c] non eo die, at postridie, ubi [d] cognovit quomodo fundus cultus siet, operaque quae [e] facta infectaque sient, postridie eius diei [f] vilicum vocet, roget quid operis siet [g] factum, quid restet; satisne tempori [h] opera sient [i] confecta, possitne quae

sumptuosusque siet Caesen. Cod. (a) *optimo loco emito* i. e. *agri*. *Vinea* I. B. R. Br. Wr. Vulgatum *si emeris* omitt. Cod. Gronov. (b) *multa est* Wr. *est* etiam Br. Cod. Gronov. (c) *oliveta* Crescent. Lovan. et Varro. Crescentii Editiones duae meae haec omnia omittunt.

Cap. II. (a) *cum* Cr. (b) *ea* Cr. (c) *vel die sequenti* Cr. (d) *ut cognoscat* Cr. (e) *operaque facta infectaque sint* Cr. (f) *Postea villicum vocet ac interroget* Cr. (g) *siet* om. I. B. R. Br. *et quid restat* Cr. (h) *tempore* Cr. antiqua mea, *tempestive* Basil. (i) *fiant: confectaque durare possint, aut quae reliqua sient, conficere* I. B. R. Wr. nisi quod B. R. *siant quae: sient confecta, quae d. p. quid restet, aut quae relicta* (Ba. et A. *reliqua*) *sient conficienda* reliquae ante Vict. Cum Gesnero facit Cr. Lov. in meis editt. Cr. est: *siut conf. pos-*

Si vino multo) In libris duobus MS. Vrsinus reperit, quod in libris Polit. etiam esse annotavit separatim Gesner: *vel si vino multo*; unde arguebat, legendum h. l. *si bono vel si vino multo siet*. In Varrone legi volebat *bono vino aut multo*. Equidem ipse *bono vel* addendum esse assentior.

Silva caedua) Non opponitur sacrae, sed est quae arbores adultas et caeduas habet.

Cap. II. Argumentum addi vult Pontedera: *Patrisfamilias officia*.

Larem familiarem) Columella I, 8, s. 20: *Quum e civitate remeaverit, duos penates adorare deinde; si tempestivum erit, confestim; si minus, postero die fines oculis perlustrare* etc.

Eo die) Bruschiana *eodem* — *opera quaeque*. Eadem ubique *villicum* habet. Etiam Ald. *eodem*.

Vilicum) Ita in Varrone quoque scriptum prodidit hoc vocabulum Victorius; eandem formam in Columella interdum libri scripti offerunt, Pandectae deinde Florentinae, Codex Mediceus Ciceronis Epistolarum atque Inscriptiones antiquae, docente Victorio in Explic. suarum Castigat. in Ciceronem pag. 698, ubi Codicem Varronis perantiquum, in Bibliotheca Divi Marci exstantem, ita ubique

reliqua sient conficere: et quid factum vini, fru-
2 menti, aliarumque rerum [l] omnium. Vbi ea cognovit,[m] rationem inire oportet operarum,[n] dierum, si ei opus non apparet.[o] Dicit vilicus sedulo se fecisse,[p] servos non valuisse, tempestates malas fuisse, servos aufugisse, opus[q] publicum effecisse. Vbi eas aliasque [r] causas multas dixerit, ad rationem operum opera-
3 rumque vilicum revoca. Quum tempestates pluviae [s]

sitque. Brusch. *siant confectaque dur. possint aut q. rel.* Ald. sic: *siet factum, satis ne tempori opera s. confecta, quae durare possint, quid restet; aut quae reliqua s. conf.* (2) *ecquid* Po. 2 in not. *vini sit* Cr. Bas. sed antiqua mea om. *sit*. (l) *rerum* om. Cr. (m) *cognoverit* Cr. (n) *operarum* ante V. praeter B. R. Sed *operariorum* in Ba. reperiri ait Meurs. et Pontedera. *Operarum* Pol. et Cr. editt. tres. (o) *si opus non apparent* Cr. (p) *se dolo caruisse, se non valuisse* Cr. (q) *opus — effec.* om. Cr. (r) *aliasque* omitt. Cr. *dixit* Pol. et Cr.

scriptum habere monet hoc vocabulum, a villa quamquam deductum, quod ipse miratur Victorius.

Dierum, si opus) Ita haec distingui voluit ex Crescentio et sententia Pontedera. Crescentius tamen habet: *si opus non appareat.* Vulgo post *dierum* punctum positum erat, et reliqua continuabantur usque ad *ubi eas.* Cicero Philipp. II, 34, *ubi merces apparet?* Codex Gronovii *si eius opus.* Plautus Pseudolo III, 2, 60: *verum pro pretio facio ut opera appareat mea.* Hunc locum annotaverat Abr. Gronov.

Sedulo se fecisse) Codex Vrsini *sedolo*, quod pro sedulo et pro sine dolo dici potuit. In LL. XII tabularum est *se dolo, se fraude.* Crescentius habet *se dolo caruisse*, quod potest videri esse interpretamentum lectionis *se dolo seu sine dolo.* Pontedera malebat *se dolo cavisse* Esse enim ait in Iens. et Cod. S. Reparatae *se dolosa fecisse.* Itaque interpretatur: diligentiae et industriae cavisse. Dolus enim sine addito *malus* industriam significat. Sed conf. Plauti Mercat. II, 3, 126; Ciceronis ad Attic. X, Epist. 6. Deinde Cresc. *se non valuisse.*

Servos aufugisse) *Ferias se fecisse* legi volebat Pontedera, quia in sequentibus huic de servorum fuga nihil reponat paterfamilias, sed de feriis respondeat.

Publicum effecisse) Gesner malebat *offecisse*; i. e. impedimento fuisse. Quae opera publica a servis privatorum fuerint praestanda, non dixit Schoettgen, qui de servis publicis laudat scriptores, Pignorium pag. 65; Fabri Semestria II, 5; Lipsii Elect. I, 22. Crescentius haec verba omisit Infra via publica munitur, nescio in commodum domini, an publicum.

Operum operarumque) Pontedera malebat *operum dierumque*, quoniam antea et paulo post operae et dies aut opera et dies iunguntur. Sed opera est etiam, quantum uno die operis potest fieri, et dierum significationem includit, recte monente Gesnero. Bruschiana habet *operarum operumque.*

Tempestates pluviae) Veteres Edd *pluviatae*, Cresc. *et pluviae*, quam le-

fuerint, videto [t] quot dies, quaeve opera [v] per imbrem fieri potuerint, dolia lavari, picari, villam purgari, frumentum transferri, stercus foras efferri, sterquilinium fieri, semen purgari, funes veteres sarciri, [x] novosque fieri: [y] centones, cuculiones familiam oportuisse sibi [z] sarcire. Per ferias potuisse [a] fossas veteres 4

editt. tres. (s) *pluviaeve* ante Vict. *et pluviae* Cr. editt. tres. (t) *vid. q. dies* om. Wr. et Cr. (v) *quae operae* Cr. (x) *funes sarciari* Cr. antiqua. *veteres* utraque omittit. (y) *novas—familiam sibi potuisse* Cr. *Fieri centones: cuculio-*

ctionem recte praeferebat Gesner, qui ex editione Lovan. Cresc. laudat deinceps: *quae opera per hiemem fieri et per imbrem potuerunt*. Basileensis editio cum nostra lectione consentit. Brusch. verba *videto quot dies* cum Cresc. et Wratisl. omittit, et deinceps *quae opera* habet; et sic etiam Codex Gronovii et Paris. No. 1600.

Sterquilinium) In vetustissimo Catonis et Varronis Codice ubique *sterculinum* scriptum reperit Victorius. In Columella I, 6, s. 24, *sterciliuia* Pol. et Lips. *sterciliua* Sangerm. habet. In Phaedro III, 12, *sterculino* reposuerunt viri docti; atque omnino *sterquilinium*, ubicumque reperitur, tanquam librariorum errorem condemnat Bentleius ad Terentii Phorm. III, 2, 41, eumque sequutus I. M. Heusinger Emend. pag. 338. De forma *sterquilinum* vel *sterquilinium* consentio; ubique enim *sterculinum* vel *sterculinum*, quod est in Philoxeni glossis, scribendum censeo. *Sterculinium* tuentur libri boni.

Sarciri) Cresc. *funes sarciri, novas fieri*. Sed antiqua mea Editio: *funes sarciari*. Brusch. *funes: sarciri: novos fieri centones cuculionesve fam. opor. sarcire*. Etiam Cod. Gronovii *veteres* omittit, et Paris. No. 1600.

Centones) Seneca de servo Epist. 80: *diurnam accipit, in centunculo dormit*. Columella I, 8, 9: *familiam habeat — munitamque diligenter — quae cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis vel sagis cucullis*, quae eadem XI, 1, 21, ita leguntur: *pellibus manicatis et sagatis cucullis*, ubi Sang. *sagaceis cucullis* habet; viri docti corrigunt *sagis cucullatis*. Sed Cato infra cap. 59, *quoties cuique tunicam aut sagum dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant. Cuculliones* recte h. l. restitui voluit Gesner in Thes. L. L. laudato Capitolino in Vero c. 4, qui *cucullionem vulgarem viatorium*, et Lampridio Heliog. cap. 32, qui *cucullionem mulionicum* nominant, quo caput abscondebant, qui agnosci nolebant. Scilicet humeros et caput tegebat cucullus; hinc *vestis cucullata* apud Isidorum XIX, 24. Cuculliones igitur fuisse videntur alii a sagis separati, alii sagis additi pro vario usu tempestatumque varietate. *Saga tamen confecta* quae sint Columellae ignoro. Forte vox *confectis* vitio laborat. In Plauti Rudente II, 7, 18, tegillum, quo servus amictus et tectus esse solet, si pluvit, Festus interpretatur cuculliunculum ex scirpo factum; et Varro apud Nonium de pluvia impendente: *fore, ut pastor tegillum sibi sumat*.

Ferias) Locum Macrobii Saturn. III, 3, ubi is Varronem auctorem

tergeri,[b] viam publicam muniri, vepres recidi, hortum[c] fodiri,[d] pratum purgari, virgas vinciri, spinas runcari,[e] expinsi far, mundicias fieri. Quum servi[f]

nesve ante Vict. Gesneri lectionem habet Cr. Lov. (z) *sibi* om. I. B. R. *potuisse* etiam Cr. Lovan. (a) *potuisse* om. I. B. Br. R. item Ba. H. A. G. Gr. quae et inserunt *vero* com Ald. et Iunt. (b) *tergi* Pol. et Cr. Lovan. *tergere* I. B. R. Br. (c) *hortos* I. B. R. Br. *ortos* W. (d) *fodi* Cr. (e) *truncari* Cr. editt. tres. Ceterum editiones ante Vict. addunt: *cremarique. ex piscina immunditias efferri.* nisi quod H. A. G. Gr. *afferri* habent. Contra *expinsi far* omittunt, quod habent Pol. Victorius in libris suis reperit *expinsi lar.* Cresc. omisit *exp. far. m. fieri.* (f) Ita etiam Cr. nisi quod *non potuisse* habet Basil.

adhibet, laudavit iam Popma, qui monet, Macrobium Flaccum Verrium nominare male, quem Varro ipse Flaccum Fulvium, flaminem Martialem intelligi voluerit. Servius ad Georg. I, 270: *Secundum Varronem contra religionem esse vel si irrigentur agri vel laventur animalia festis diebus; nymphae enim sine piaculo non possunt moveri.*

Veteres tergeri) Novas enim fieri non licet per ius pontificium, referente Macrobio Saturn. III, 3. Vide etiam Columellam II, 22. Infra cap. 132, 1, et 138. Servius ad Georg. I, 270.

Muniri) Quod opus indictum a republica exigebant deinde magistratus. Vide Ciceronem pro Fonteio cap. 4.

Hortum fodiri) Columella: *in horto quidquid olerum causa facias, omne licet.*

Purgari) Columellae II, 22, *sicilire* est.

Virgas vinciri) Turnebus Advers. XXVIII, 47, vitilia parari et viminea vasa fieri interpretatur.

Runcari) Forte ex Edd. antiquis addendum *cremarique.*

Expinsi far) Hoc licere per ferias, monet etiam Columella II, 22. Vetus lectio habebat: *ex piscina immundicias efferri*, et Columella l. c. *lacus, piscinas, fossas veteres tergere et purgare* iubet iisdem diebus; itaque cum Meursio et Gesnero addi malim ex Edd. antiquis verba *ex piscina immundicias efferri;* ita tamen, ut verba exinde orta *mundicias fieri* omittantur. Sic propter verborum *expinsi far* similitudinem exciderunt haec *ex piscina.* Sola Bruschiana habet *cremarique mundicias fieri* reliquis omissis. Munditias facito est infra cap. 39, s. 2. Ceterum Turnebus XXVIII, 47, recte monuit, expinsi far solum, non triticum, quod in area esterebatur, quoniam glubam facilius demittit, quam far. Esse autem far frumenti id genus, quod Germania superior colit vocatque *Dinkel, Spelt, Vesen* post Remb. Dodonaeum IV, 1, 10; Marsil. Cagnatum Observ. Variar. II, 23; Salmasium aliosque recte monuit Gesner ad Columellae II, 9, 14, et II, 6, ubi sententiae eius argumenta accuratius explicabo. Adoreum semen infra dicit Cato cap. 34, s. 2. Columella adoreum far, modo semen dixit, plerumque simpliciter adoreum, cuius quatuor genera numerat II, 6, inque his *semen trimestre, quod dicitur halicastrum.* Antiquissimus huius frumenti usus fuit Romanis; ab initio *ador* fuit vocatum, quod nomen alicubi veteres Catonis libri habent. Far inde factum

aegrotarint, cibaria tanta dari non oportuisse. Vbi [g] haec cognita aequo animo sient, quaeve [h] reliqua opera sient, curare uti perficiantur: rationes putare argentariam, [i] frumentariam, pabuli causa quae parata sunt; rationem vinariam, oleariam, quid venierit, quid exactum siet, [k] quid reliquum [l] siet, quid [m] 5

ubi antiqua mea. addit: *alias oportuisse*. Victoriana habet *cum egrotarint* et secutae illam item. Sed I. B. R. Br. *servis excogitata cibaria tanta dari, quanta cum oportuisse*. Atque ita etiam Wr. *servis excocta cibaria non tanta dari, quanta cum sine tempestate operantur in arvis* reliquae ante Victor. cum Ald. *Cum servi excogitarint* Codices Vatic. duo, unusque Florent. apud Ponted. Nostram lectionem in Codice reperit etiam Georgius ap. Pontederam, et habet eam Cod. Gronov. (g) *ubi — sient* om. Cr. (h) *quae opera rel. sint* Cr. *quae opera sint curanda uti perficiantur, ratione putato*. *Argentaria* Wr. Ita etiam I. B. R. Br. nisi quod habent: *ratione curato*. Cresc. *curent ut perf.* (i) Haec usque ad *si quid desit* om. Cr. *frumenti pabulive causa qua paranda sint ratione vinaria oleariaque* I. B. R. Br. Wr. *et frumentariam familiae pabulive causa, quae paranda sient parare, rationem item vinariam oleariamque* reliquae ante Vict. Nobis-

arte explicabo ad Caton. 143, 3; et Colum. VIII, 5, 23. Adoreum cum folliculo, quem firmum et durabilem habeat, seri monet Colum. II, 8, in spicis per messem condi, deinde humi in pistrino pinsi et torreri, monet Varro I, 63, et cap. 69. Contra Servius ad Eclog. VIII: *Virgines Vestales tres maxime ex Nonis Maiis ad pridie Idus Maias alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt easque spicas ipsae virgines torrent, pinsunt, molunt atque ita molitum condunt*, ubi vides far prius torreri, deinde pinsi, postea moli; contra in Varronis loca pistura antecedit tostionem. Mirum est, de metendo farre, purgando et exterendo nihil monuisse Columellam; igitur singulis Varronis locis acquiescere debemus. De modo pinsendi dicam ad Catonis cap. X, 3, et Varron. I, 69, de nomine farris ad Varron. I, 2, sect. 6.

Servi aegrotarint) Hanc Victorii lectionem cum Gesnero probavit etiam Pontedera, qui addit in tribus Codicibus Florentinis et duobus Vaticanis legi: *quum servi excogitarint*; unde apparet, quo modo per gradus quosdam corrupta fuerit vera lectio, si compares varietatem supra annotatam.

Vbi haec) Brusch. *ubi cognita — sint* omisso *haec*, et sic Cod. Paris.

Quaeve reliqua) Recte, puto, Cresc. *quae opera reliqua sint, curent ut perficiantur*. Gesner malebat: *quae reliqua opera curanda sunt, ut perficiantur, curato*. Ita fere Edd. I. B. R. *ubi cognita* omisso *haec* Codex Gronovii.

Rationes putare) Ex vestigiis variae lectionis Gesner malebat: *rationes putato — familiae pabulive causa, quae parata sint, rationem* etc. Putare rationem et disputare cum argentario dixit Plautus Aulul. III, pag. 5, vers. 53.

Reliquum siet) Deinceps cum Edd. optimis legi vult Gesner: *deinde imperato, quid veneat, quae satis — ae-*

siet quod veneat; quae satis accipiunda sient, satis
6 accipiantur. Reliqua quae [n] sient, ut compareant. Si
quid [o] desit in annum, uti paretur; quae supersint,
uti [p] veneant: quae opus sient locato, [q] locentur: [r]
quae opera fieri velit, et quae locare velit, uti impe-
7 ret, et ea scripta relinquat: pecus [s] consideret. [t] Auctionem [v] uti faciat. Vendat oleum, si precium habeat,
vinum frumentumque quod supersit. Vendat boves
vetulos, [x] armenta delicula, [y] oves deliculas, lanam,

cum Po. 2, nisi quod *familiae* et *item* inserit dictis locis. (2) *siet* om. I. B Br. R. Wr. (l) *rel. deinde siet imperato quid ven.* I. B. Br. R. Wr. (m) *quidque* A. Iunt. et reliquae ante Vict. (n) *quae comparanda sint, si quid* I. B. Br. Wr. (o) *si qua desint in a. u. comparentur* A. Iunt. G. *comparetur* I. B. R. Br. Nobiscum Cr. editt. tres. (p) *uti* om. I. B. R. Br. (q) *locari ut locentur* Cr. (r) *loc. videat: quae deinde op. f. v. et quae nolit, imperet.* I. B. Br. R. Wr. *deinde* inserunt etiam ceterae ante Victor. *et quae opera fieri et quae locari, ut imperet* Cr. (s) *omne* add. Cr. (t) Pergit Cresc. *Oleum vinum frumentum et quicquid supersit vendat* et cet. (v) *Tonsionem* I. B. Br. R. Wr. deinde *frumentum quod* Cod. Gronov. et. Paris. (s) *vitulos* Cr. (y) *delicula* bis om.

cipiantur, reliqua quae sicut, ut compareant. Paulo antea Codex Gronov. *quid actum siet.*

Satis accipiunda) Satis acceptionem respondere satisdactioni, quam vulgo cautionem dicant, bene monet Gesn. Ceterum Brusch. *accipienda sint* — et deinceps *sint locato*.

Vti imperet) Ald. omittit *uti*.

Auctionem uti faciat) Nisi aliunde immigrarunt haec verba, cum praecedentibus sunt continuanda, recte monente Meursio, ut factum in Aldina. Aliae Edd. *tonsionem*. In vetusto Codice Florentino, teste Pontedera, est: *pecus consideret, tonsionem ubi faciat*. Crescentius haec verba plane omisit, sed is habet: *pecus omne consideret*. Denique monet Pontedera, haec eadem verba *auctionem uti faciat* velut argumentum, praeponi Capiti III, in Editione Steph. Gryphii, Commelini, Popmae et in Vaticanis Codicibus. Sed idem in Curis sec. repertum in Cod. Caesen. et Veneto *auctionem uti facias* probat; quam viri docti annotationem cum multis aliis omiserat Ernesti.

Si pretium habeat) In Edd. I. B. R. *si pretium non habeat*; unde Pontedera efficit *tunc habeat*. Miror varietatem hanc omissam a Gesnero, quam reperi etiam in Brusch. ubi praeterea est *frumentum quod supersit vendat. Boves vetulos* et reliqua. Sic plane Codes Paris. No. 4600, unde Abr. Gronov. efficiebat *pretium hoc habeat*.

Delicula — deliculas) Hanc qui primus ex libris prodidit lectionem Victorius ipse Varronis locum de R. R. alterumque ex Nonio attulit, ubi oves *reiculae* vocantur eaedem. Verum Popma distinguit a reiiculis delicula, quasi propter aetatem vel morbum delicientia, ut non possint amplius usu esse; reiicula contra esse,

pelles, plostrum vetus, ferramenta vetera,[z] servum senem, servum[a] morbosum, et[b] si quid aliud supersit, vendat. Patrem[c] familias vendacem, non emacem esse oportet.

III. Prima adolescentia patrem familiae agrum[a] conserere studiose[b] oportet,[c] aedificare diu cogitare oportet; conserere cogitare non oportet, sed facere oportet.[d] ubi aetas accessit[e] ad annos XXXVI, tum

Cr. tres editiones. *reiicula oves reiic.* ante Vict. (z) *ferr. vet.* om. Cr. (a) *et morb.* Cr. *servum* om. I. B. R. Br. (b) *et — supersit* om. Cr. (c) *enim* add. Cr.

Cap. III. a. *statim* addunt A. Iunt. G. sed malui (b) vulgatum *studere* corrigere ex I. B. R. et Brusch. (c) omitt. Iunt. et ceterae ante Victor. (d) *fu-*

quae ob vitium segregentur et alienentur. Quae quidem distinctio est falsa et inepta. Meursius comparavit porcos delicos, qui quidem ita vorantur, auctore Varrone III, 4, cum a mamma depulsi sunt; et ex Glossis affert *Delicum*, ἀπογαλακτισθέν; quod commentum arripuit Gesner, et deliculas interpretatus est oves a mamma depulsas, quae laniooi traduntur. Sed non meminerat, praeter oves deliculas esse etiam h. l. armenta delicula. Quis vero sanus armenta delica appellet! Vt porci, ita agni et vituli dici recte possent delici, non sues, oves aut boves, quae sunt nomina adultorum animalium. Facciolatus vocabulum *deliculum* e Lexicis amaodavit, dum certior afferatur aoctoritas. Delicos porcos Con. Gesner Io Hist. Quadrup. pag. 1020, dictos putabat ex Graeco. Hesychius eoim δέλιχρα interpretatur τὰ ἡμίχοιρα. Contra Io. M. Gesner in Thesauro L. L. delicos porcos dici suspicatur, qui delinquantur a matribus, ut reliqui, qui relinquantur; deliculas vero oves dici, quae delioquuntur seu venduntur aliis dominis.

Servum senem) Hoc Catonis praeceptum velut inhumanum reprehendi a Plutarcho in Catone, monuit Popma. Bruschiana *plaustrum* habet.

Vendacem) Titianus in libris de Agricultura apud Diomedem I, pag. 365: *patremfamilias vendacem magis quam emacem expedit esse. Nam id melius emitur, quam venditur*, monente Heinsio ad Ovidii Amor. II, 6, 23, ubi Gesner corrigebat: *nihil melius emitur*. Sed Abr. Gronov. ad h. l. malebat: *Numquid melius*. Ceterum Crescentius his statim subiunxit ea verba veluti Catonis eiusdem, quae leguotur io Varronis I, 69, ubi vide notam.

Prima adolescentia) Plinius XVIII, sect. 6: *fundum in adolescentia conserendum sine cunctatione, aedificandum nonnisi consito agro; tunc quoque cunctanter; optimumque est, ut vulgo dixere, aliena insania frui*. Ceterum Bruschiana in Syllabo lemmatum *adulescentia*, in ipsius capitis lemmate *adolescentia* habet. *Adulesc.* etiam Cod. Paris. Lectionem *studiose* mecum probavit Pontedera in Cur. sec.

Facere oportet) Ita etiam Cod. Paris. 1600. Idem *tum* ante *ita aedif.* omittit eum Victorio.

aedificare oportet, si agrum consitum habeas.[f] Ita
aedifices, ne villa fundum quaerat, neve[g] fundus
villam. Patrem familiae villam rusticam bene aedifi-
catam habere expedit, cellam oleariam, vinariam,[h]
dolia multa, uti lubeat[i] caritatem expectare, et[*] rei
et virtuti[l] et gloriae erit. Torcularia bona habere
oportet ut opus bene effici possit. Olea ubi lecta siet,
oleum fiat continuo, ne corrumpatur. Cogitato quot-
annis[m] tempestates magnas venire,[n] et oleam dcii-
3 cere solere. Si cito sustuleris, et vasa parata erunt,
damni[o] nihil erit ex tempestate, et oleum viridius
4 et melius siet. Si in terra et[oo] tabulato olea nimium
diu erit, putescet,[p] oleum foetidum fiet. ex[q] quavis
olea oleum viridius et bonum fieri potest, si tempori[r]
5 facias. In iugera oleti cxx[s] vasa bina esse oportet.
Si oletum bonum beneque frequens, cultumque erit,
trapetos bonos, privos,[t] impares esse oportet: si or-

cere om. Iunt. et ceterae a. V. (e) *recessit* Brusch. (f) *tum* add. A. Iunt. et ceterae a. V. (g) Haec verba *neve f. villam* om. I. B. R. Br. P. Wr. habet Par. (h) *vinariamque instructam* A. Iunt. G. *vinariamque uti iubeant* Brusch. *vinariamque uti iubeat* Cod. Paris. *iubeat* etiam Cod. Gronovii. (i) *iubeant*. Edd. pr. I. B. R. Br. Wr. *uti iubeat* Caesen. et S. Repar. et sic Ponted. (2) *et id rei* Br. A. Iunt. G. Cod. Par. unde Gesner malebat *id et rei*. (l) *corrumpantur* Br. (m) *quod annus* W. (n) *habere* W. (o) *nihil damni* Br. antea *oleum deiicere* Cod. Gronov. (oo) *vel* A. Iunt. G. (p) *putrescet* Br. A. (q) *ne quavis olei fiat*. *Oleum viridius* Br. et Paris. (r) *temperi* P. (s) *centum viginti* a.

Neve fundus villam) Haec in libris suis deesse monuit Victorius. Repetiit dictum Catonis Plinius 18, sect. 6, et Columella I, 4, 8.

Cellam) Aldina *et cellam*.

Viridius) Omphacinum seu acerbum colore album ex immaturis et curiose leviterque expressis fiebat olivis, viride ex variis nec permaturis, ex nigris maturum, docente Columella XII, 50, 1.

Viridius et) Aldina *vir vel bonum*. Sed gravius etiam huic loco vulnus inflixit Aldus. In Brusch. et Codice Regio 1600, est: *foetidum fiet. ne quavis olei fiat. Oleum viridius et bonum* etc. Ineptissime haec correxit Aldus, quasi dubitetur, ex quavis olea viride oleum fieri posse.

Vasa bina) Vide ad cap. X, 1, notam. *Deux assortimens complets de tout instrument et utensiles nécessaires à la confection de l'huile.* Ita Gallicus Interpres recte.

Bonos, privos) I. e. singulis torculis suos et privatos trapetos eosque

bes contriti sient, ut[v] commutare possis; funes loreos
privos, vectes senos, fibulas duodenas, medipontos[x]
privos loreos, trochleas Graecanicas binas,[y] quae
funibus sparteis ducantur.[z] Orbiculis superioribus 6
octonis, inferioribus senis citius duces. Si rotas voles
facere, tardius ducentur, sed minore labore.

Vict. (t) *privos* om. I. B. R. Br. Wr. (v) *ut* om. W. (x) *melipentos* Po. 1. *melipontos* Po. 2. (y) *binis funibus* Br. et Paris. Cod. *tronchileas gr. binis funibus* Cod. Gronov. (z) *ducant. Vrbiculis* Cod. Gronov. et deinceps *tardius ducetur.*

impares. Ita Turnebus 28, 47. Contra Popma impares interpretatur maiores et minores, quales describuntur cap. 135, et privos, singulos. Scaliger tamen cum Turnebo impares eosdem esse putat, quos alibi supervacaneos vocat; eique opinioni accessit Gesner, et gallicus interpres

Orbes) Gallus *Meules* vertit. Ceterum Aldina *ut si orbes c. sient, commutare possis.*

Funes loreos) Ex corio factos, a quibus diversi spartei, deinceps nominati. Loreis fuisse orbes circumactos, suspicatur Gesner. Pertinent potius ad torculare, seu pressorium. Scilicet auctore Plinio 18, s. 74, antiqui funibus vittisque loreis torcularia detrahebant et vectibus. Graecanica per cochleas torta Augusti demum aetate inventa fuere, teste Plinio. Et cochleam in torculari memorat demum Palladius et Vitruvius VI, 9.

Vectes senos) *Leviers* Gallicus Interpres, fibulas *aiguilles* vertit.

Fibulas) De numero vide ad cap. 12, notam Meisteri.

Medipontos) In vetere Codice esse *melipontos privos bonos*, monet Vrsinus. *Les cables de cuir* Gallicus Interpres. Prelo deducendo adhiberi, suspicatur Meister, qui comparat locum Plinii 18, cap. 31, *antiqui funibus vittisque loreis ea detrahebant et vectibus.* Vocabulum ipsum ex graeco μέλποντα, quasi *rudentem*, derivare malebat, quam cum Popma a melius premendo.

Trochleas) *Sa paire de moufles garnie de ses cordes de genêts d' Espagne,* Gallicus Interpres vertit et binos trochleae cuique funes attribuit. Subducendo prelo adhiberi trochleas, monuit Meister, comparato loco Pandectarum, quem posui in Dissert. de Prelo Catonis.

Orbiculis) *Les plus expéditives sont celles dont la chape supérieure contient huit poulies et l'inférieure six* Gallicus Cato ait. De vitio huius loci monuit Gesner, qui rationes mechanicas impedire ait, quominus aucto orbiculorum numero, celeritas ducendi eadem maneat. Meister haec monuit: *Mirum si Cato orbiculis superioribus octonis inferioribus senis quamlibet trochleam constare voluit, quum in quavis trochlea numerus superiorum orbiculorum non nisi unitate excedat inferiorem numerum. Sed forte de binis trochleis quas praecipit, vel de duplici ordine orbiculorum intelligendum est, ut iunctim habeant octo orbiculos superiores, sex inferiores; ita quoque ingens eorum numerus minuetur. Hoc modo erroris aut mendi suspicio cessabit.*

Rotas) *Si l'on veut y ajouter un tour à deux roues pour en tirer les cor-*

IV. Bubilia bona, bonas praesepis, faliscas clatratas. Clatros intercsse [a] oportet pede. Si ita feceris, pabulum boves non eiicient. Villam urbanam [b] pro copia aedificato. [c] In bono praedio si bene aedificaveris, beneque posiveris: [d] ruri [e] si recte habitaveris, libentius et saepius venies, fundus melior [f] erit, mi-

Cap. IV. *Bubilia bona beneque aedificata, b. pr. faliscas habeant clatratas* Aldin. (a) *inter se oportet pede distare* a. V. (b) *suburbanam* A. Iunt. G. nobiscum alii omnes, etiam W. (c) *aedificato in bono praedio. Si* a. V. *praesidio* Cr. Lovan. (d) *posueris eam* a. V. *bene posiveris* P. *bene posueris* Gron. *posueris rus: ruri* Brusch. *posiveris rus: ruri* Cod. Paris (e) *tu etsi recte habit.* Wrat. (f) *melios* cum Pop. 4, 2 dedit Gesner. *melior* a. V. et Cod. Gronov. *melios des en coutre-bas* Gallicus Cato. Ita fere etiam Meister: *si laboris maius quoque compendium quaeris, neque temporis iacturam respicis, trochleis rotam ita iungito, ut illarum funis ductarius huius axi obvolvatur.*

Bubilia bona) Pontedera addi voluit: *uti bene aedificata habeas*; ex argumento, ubi est: *bubilia uti bene aedificata habeantur et vicinia bona.* Ceterum *bubile* non *bovile* dici latine, affirmat Varro L. L. VII, pag. 94; VIII, pag. 110. Charisius tamen I, p. 81, ex Catone et Varrone *bovile* laudat, si lectio sana est.

Faliscas) Turnebus XIV, 2, interpretatur, in quibus gramina et foenum ponitur. Crates et patenam ex graeco φάτνη vocat Vegetius. A Falis aut Faliscis populis Turnebius; a palis, quasi paliscas, derivat Popma. Praesepes Gesner putabat esse eos ipsos clathros, quos Falerii olim optime faciebant, hibernas in stabulo, aestivas portatiles. Sed deinde in Thes. L. L. maluit Faliscas ad praesepes utrasque referre. Graeci clathros seu crates vocant κραστήριον, quod Pollux VII, 142, et X, 166, ita definit: τέτταρα ξύλα εἰς ἄλληλα ἐνηρμοσμένα τόνῳ ἐνδεδεμένα, ἃ κατῆρτο πρό τῆς φάτνης τῶν ὑποζυγίων φέρειν αὐτοῖς τὸν χιλὸν ὃν καὶ χόρτον καὶ πόαν καὶ κράστιν ἐκάλουν. De praesepi ita ibidem est: ἐκ φατνίσματα δὲ αἱ σανίδες αἱ ἀναιρούμεναι ἐκ τῆς φάτνης, ὡς καθαίρεσθαι τὰ περιττά: i. e. tabulae exemtiles, quibus sublatis purgatur praesepe. Ceterum Cel. Rottboell in Dissert. ad Caton. pag. 9, recte monuit, rectius *palmo* scribi quam pede, ut consilio Catonis satisfiat. Aliter Gallicus interpres: *les rateliers d'un pied de distance entre mur et barreaux.*

Villam urbanam) Ita in optimo codice reperit scriptum Victorius; quae sit villa urbana docet Colum. I, 6. *Vrbanam* etiam habet Crescentius I, 5.

Beneque posiveris) Haec omittit Crescentius usque ad *libentius*. Idem *fructus plus capies*, sed antiqua mea Editio habet *fructu*. Omnino rectius h. l. legi puto ita: *aedificaveris et recte habitaveris, libentius.* Reliquis verbis omissis, quae sunt inepta et supervacua.

Recte habites) Plinius XVIII, s. 6: *Eum tamen qui bene habitet, saepius ventitare in agrum, frontemque domini plus prodesse quam occipitium non mentiuntur.*

Melior erit) Victorius *melius* edi-

nus[g] peccabitur, fructi plus capies. Frons occipitio prior est. Vicinis bonus esto. Familiam ne siveris peccare. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si aedificabis, operis, iumentis, materia adiuvabunt.[h] Si quid (bona salute) usus[i] venerit, benigne defendent.

V. Haec erunt vilici officia. Disciplina bona utatur.
Feriae serventur. Alieno[a] manum abstineat. Sua ser-
vet diligenter. Litibus familiae supersedeat. Si quis
quid[b] deliquerit, pro noxa bono modo vindicet. Fa- 2
miliae male ne sit,[c] ne algeat, ne esuriat; opere[d]

Parisinus habere videtur, quia nihil varietatis ad Popmam annotavit Gronov. *melius* Vict. Zw. Com. (g) *minusque* a. V. deinceps *capiet* Cod. Gronov. (h) *iuvabunt* a. V. quocum Pol. *materie* Cod. Gronov. (i) *usu* A. Iunt. G.

Cap. V. (a) *ab alienis—diligentissime* Cr. sed antiqua mea · *aliena manu* habet. (b) *quid—pro noxa* omitt. Cresc. (c) *provideat* addunt Editiones a Vict. cum quo facit Pol. et Cr. (d) *operas* I. B. R. *et opere* A. Iunt. G. *operas ne* dit, sine dubio operarum errore; *melios* Popmam sequutus restituit Gesner, quum tot aliis in locis vulgarem formam reliquisset. *Fundus melior* habet etiam Cresc. Alias legi etiam posse *fundo melius erit* putabat Gesner.

Bonus esto) Plinius XVIII, s. 8: *in primis Catonis humanissimum utilissimumque, id agendum, ut diligant vicini. Causas reddit ille, nos existimamus nulli esse dubios.*

Operas facilius) Crescent. *opera*, quod probo.

Bona salute) I. e. quod omen deus avertat; ut monuit Gesner.

Cap. V. *Litibus familiae*) Ita recte Edd. I. B. Br. R. cum Crescentio Basil. Reliquae *familiae*, quod etiam in Cresc. editione Lovaniensi esse ait Gesner. Supersedere litibus h. l. interpretor iudicare de litibus. Pontedera in Cur. sec. inter iurgia familiae discernere imperioque componere et rixam sedare interpretatur.

Familiae male) Ex Crescentio Lovan. Gesner laudat *familia male*, sed Bas. editio habet *familia mala*, Plinius XVIII, s. 8: *Cato inter prima cavet ne familiae malae sint:* ex quo loco arguebat Pontedera addendum ex Edd. ante Victorium *provideat* post *male sit*. In Plinio rectius alii Codices habent: *male sit.*

Opere) Quod Pontedera in Cresc. esse ait *operas bene exerceat*, ut in ed. Ienson. aliter est in editione Cresc. Basileensi, qua alias usus fuit Pontedera mecum. In ea enim lego: *opera exerceat* omisso *bene*. Libri Bruschiani habent *operas ne bene exerc.* In Vatic. libris reperit Pontedera: *opere bono exerceat*. Ipse *operas* praeferebat, quia infra ait: *familiam exerceat.* Sed in

bene exerceat: facilius [e] malo [f] et alieno prohibebit. Vilicus si nolet male facere, non faciet. Si passus erit, dominus impune ne sinat esse. Pro beneficio gratiam referat, ut aliis recte facere libeat. Vilicus ne sit ambulator, sobrius siet semper, ad coenam ne quo eat. Familiam exerceat: consideret, [g] quae dominus imperaverit, fiant. Ne plus censeat sapere se, quam dominum. Amicos domini, cos [h] habeat sibi
4 amicos. Cui iussus siet, auscultet. Rem divinam nisi compitalibus in compito aut in foco ne faciat. Iniussu domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat. Satui [i] semen, cibaria, far, vinum, oleum mutuum dederit nemini. Duas aut tres familias habeat, unde utenda roget, et quibus det: praeterea [2] nemini. Rationem cum domino crebro putet. [l] Operarium, mercenarium politorem [m] diutius eundem ne

bene Brusch. *et ut opera* nescio unde Almel. *opera exerceat* Cresc. (e) *sic facil.* A. Iunt. G. A. (f) *a malo proh.* Cresc. editt. tres. (g) *consideretque ut* A. G. *procuret ut* Cr. (h) *eos* om. Cresc. (i) *satum* I. R. W. Br. *satu* B. (2) *praeter nemini* P. *praeter eas* I. B. R. Br. Ba. A. H. (l) *paret* I. B. R. Br. (m) *pollin-*

Curis secundis altero loco verba *familiam exerceat* ex h. l. male repetita et delenda esse censet. Sed in his Catonis libris, quales nunc habemus, non mirari debemus eadem praecepta repeti, quum multa ordine plane perverso et praepostero tradantur, autoris ipsius an potius librariorum vitio atque errore.

Non faciet) Sc. familia. Ita Gesner. *nemo faciet* coniecit I. Fr. Gronov.

Beneficio) I. e. bono facto, ut recte monet Gesner.

Consideret) Rectius, puto, Cresc. *procuret, ut.*

Compitalibus) Iterum nominat infra cap. 57. De iis vide Macrobium Saturn. I, 7. Compita Larium in descriptione romanae regionis CCLXV numerat Plinius III, s. 9. Varro L. L. V, p. 49: *Compitalia, dies attributus laribus — ubi viae competunt, tum in compitis sacrificatur: quotannis is dies concipitur.* In foco fit iisdem laribus, sed familiaribus, sacrum.

Praeterea nemini) *Neminem* scil. habeat, malebat A. Gronov.

Mercenarium politorem) Quem infra cap. 136 memorat politorem, is plane diversus ab hoc, mercenariam in operam conducto. Quare Pontedera censebat iunctim legenda haec esse, ut mutata interpunctione indicavimus, nec separari mercenarium a politore debere. Gesnerus adeo tria vocabula haec simul ad eundem hominem refert et *pollintorem* probat. Politor, a poliendo agro, is dicitur, cui agrum

habeat[o] die. Ne quid emisse velit, insciente domino, ne quid dominum celavisse velit. Parasitum ne quem habeat. Haruspicem,[p] augurem, hariolum, chaldaeum ne quem consuluisse velit. Segetem ne defrudet:[q] nam id infelix est. Opus rusticum omne curet uti sciat facere, et id faciat saepe, dum ne lassus fiat.[r] Si fecerit, scibit[s] in mente familiae quid siet, et illi animo aequiore facient. Si hoc faciet, minus libebit ambulare, et valebit rectius,[t] et dormibit libentius.[v] Primus cubitu surgat: postremus cubitum eat. prius villam

torem ante Victor. *polit.* P. *polictorem* W. (o) *libeat* P. (p) *augurem arusp. ariol.* a. Victor. (q) *defruget* I. B. et Pol. ut ex silentio colligere licet. *defrudet* reliqui; *defrondet* W. (r) *siat* I. B. Br. R. Cresc. A. (s) *scribit* Victor. cum sequutis eum. *si fecerit provocabit exemplo familiam et illi* etc. Cresc. ubi antiqua mea habet: *scribat in mente familiae.* (t) *melius* Cr. (v) *libentius*

ut partiarius, cui vineam aut olivetum locamus in commune quaerendis fructibus. Mercenarius politor igitur h. l. esse debet, quem agri poliendi causa mercede conducimus. Consilii rationem hanc esse suspicatur Gesner, ut ne villicus operas die dicta diutius habeat, ne studio opus trahant et ducant mercenarii, si conditio ipsis producatur.

Neu quid dominum) Crescentius *ne quid*; sed antiqua mea *ne dominum* omisso *quid.*

Defrudet) Libri variant inter *defrudet* et *defruget*. Codex Vrsini *defrondet* habebat. Plinius XVIII, s. 15: *huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum, segetem ne defruges.* Isto vero loco de sementi praecipit, ut appareat, intellexisse eum oraculum de semine, non maligne spargendo, nec fraude subtrahendo. Nonius: *defrudare significat fructum minuere vel per fraudem aliquid exquirere,* ubi respexit simul ad verbum defrugare, ut admonet Gesner in Thesauro L. L. Defrugare, qui commode interpretaretur h. l. nondum vidi, aut legi.

5. *Si fecerit, scribit)* Quod edidit Victorius *scribit*, errore operarum irrepsisse putat Gesner, qui tamen *scibit* vulgatae interpretationem plane ineptam affert. Pontedera Victorianum *scribit* approbat. Neuter memoravit lectionem Crescentii: *si fecerit provocabit exemplo familiam et illi* etc., ubi antiqua mea Editio habet: *scribat in mente familiae*, cuius interpretatio esse videtur lectio Basileensis. Igitur lectio Victoriana ex libro scripto ducta videri debet. Catonem villicum non velle ariolum esse, recte admonet Ponted. in Cur. sec. Itaque antiquam lectionem restitui.

Dum ne lassus fiat) Equidem malim *dum lassus fiat*, propter sequentia. Pontedera in Curis sec. vulgatam sic tuetur: id enim in exemplum arriperent servi. Paris. Codex *nedum lassus*, Gronovianus alter *lapsus*. Bruschiana *dum me.*

videat clausa uti siet,[x] et uti suo quisque loco cubet,
6 et uti iumenta pabulum habeant. Boves maxima diligentia curatos habeto. Bubulcis obsequitor,[y] partim, quo libentius boves curent. Aratra vomeresque facito uti bonos habeas. Terram cariosam caveto[z] ne ares, neve plostrum, neve pecus impellas.[a] Si ita non ca-
7 veris, quo impuleris, triennii[b] fructum amittes. Pecori

omitt. I. B. R. Br. (x) *siat* I. B. R. Br. *fiat* W. *primus mane surgat* Cr. sed antiqua mea *cubitum surgat.* Cod. Paris. *prius villa videat.* (y) *obsequito prompte* I. B. R. Br. W. *obsequitor statim* A. Iunt. G. *opsequito partim* Pol (z) *cave* Pol. (a) *in illam* addunt I. B. R. Brusch. *in villam* Cod. Paris. *in eam impellas* A. Iunt. G. *plaustrum* Br. (b) *triennio* omnes ante Vict. (c) *caveat*

Obsequitor, partim) Lectione librorum Catonis spreta, scripturam Crescentii unice probat Pontedera: *bubulcis in primis benevolus sit, quo* etc. etsi editio Lovan., teste Gesnero, habet *bubulcis obsequiosus partim sit*, ut etiam antiqua mea Editio. Gesner *partim* ortum suspicabatur ex *praesertim*; vulgatam tamen tuebatur exinde, quod *partim* etiam infra 6, 3, solitarium ponatur. Sed exempla a Popma allata plane aliena sunt a ratione huius loci. Igitur eam Gesneri rationem amplector, quum legi vult *obsequitor praesertim*, quod Crescent. interpretatus est *in primis benevolus sit.* In Curis secundis Pontedera *partim* interpretatur praesertim, et haec verba non villico, sed filio dici putat. Nunc demum video distinctione promota et post *partim* collocata, locum fieri sanissimum. Ita *partim* dicitur infra c. VI, 3. Bubulcis non omnino, sed *partim* seu in quibusdam rebus obsequi vult Cato dominum seu villicum.

Impellas) Plinius XVII, s. 3: *terram cariosam cave neve plaustro neve pecore impellas.* Sed rectius ibi Vincentius: *neve plaustrum neve pecora.* Plinius cariosam interpretatur, aridam, fistulosam, scabram, canescentem, exesam et pumicosam. Aliter Columella II, 4, 5, ubi vide.

Amittes) Nisi interim malo mederi conatus fueris. Ita h. l. explicat Gallicus Interpres. Sed ecce Columella II, 4, 5: *sed quandoque arabitur, observabimus, ne lutosus ager tractetur, neve exiguis nimbis semi madidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant—quae varia subacta sunt, continuo triennio sterilitate afficiuntur.* Cato noster infra c. 34. *terram cave cariosam tractes.* Iterum c. 37 vulgo legebatur: *Si cariosam terram tractes;* quod initium capitis aut spurium aut vitiosum esse ibi demonstrabo. Nec hic noster locus plane ab omni labe immunis videri debet, si locum Columellae compares. Rationem consilii, a Catone positi, nec in Columellae disputatione investigare ullam adhuc potui. Huc trahunt etiam vulgo verba infra cap. 61 alieno loco posita *sulco varia ne ares;* quae tamen rectius de sulco recto perducendo interpretaberis. Quod Cato plostrum pecusque impellere in cariosam terram vetat, pertinere debet ad ipsam arationem, nisi malis verba haec spuria censere, quae omisit etiam Columella. Quodsi a Catone sunt, tunc manifestum inde

et bubus diligenter substernatur; ungulae curentur. Scabiem pecori et iumentis caveto.[c] id ex fame, et si impluit, fieri solet. Opera omnia mature conficias[d] face. Nam res rustica sic est: si unam rem sero feceris, omnia opera sero facies. Stramenta si deerunt, frondem iligneam legito;[e] eam substernito ovibus bubusque. Sterquilinium[f] magnum stude ut habeas. Ster- 8
cus sedulo conserva; quum exportabis, spargito[g] et comminuito. Per autumnum[h] evehito. Circum oleas autumnitate[i] ablaqueato, et stercus[k] addito. Frondem populneam,[l] ulmeam, querneam[m] caedito,[n] per tempus eam condito, non peraridam,[o] pabulum ovibus. Item foenum cordum,[p] sicilimenta de prato[q] ea arida

Cr. (d) *conficiat* Cr. (e) *legat—substernat—bobusque* Cr. (f) *sterquilin.* Pol. *habere studeat* Cr. (g) *purgato et comminuito* I. B. R. Brusch. Wr. *purgato* etiam Victor. et sequutae. (h) *auct.* Brusch. (i) *accumulato ablaqueatoque* I. B. R. Br. *autumnitate* om. Cr. (2) *fimum* Cr. *et stercus stercori addito confoveto* I. B. Br. R. *et stercore addito confoveto* A. Iunt. G. (l) *populeam* I. B. Br. R. (m) *querneamque omnes* a. V. (n) *et inserunt* I. B. Br. R. *per tempus caedat* Cr. (o) *pro pabulo* Cr. (p) *aridum de prato recondat* Cr. (q) *demito eaque* omnes

fieri puto, plostrum aratri intelligi, quod solus Virgilius, post eum Plinius memoravit. Terram variam nimium madidae opponit Varro I, 42. — Columellae locum de varia terra comparavit etiam *Rottboell* p. 40.

8. *Spargito*) Merito hanc lectionem Victorianae *purgato* praetulit Gesner; Columella *aequare* dixit, i. e. aequaliter spargere. Praeterea Aldina rectius *exportaveris* habet.

Caedito) Colligere et ferro destringere, quasi deradere interpretatur Turnebus Advers. 14, 2. Sed frons etiam a Columella dicitur virgultum cum frondibus caesum et repositum in pabulum.

Per autumnum) In segetem scilicet; in pratum enim vere evehitur infra c. 29.

Autumnitate) Plinius XVII, s. 30 haec verba de oleis habet; ubi Harduinus *autumnitate* ex libris scriptis dedit pro *autumno*. De stercoratione olearum accuratius docet infra c. 29.

Querneam) Cresc. *querneamque*, sed antiqua mea *querceamque* habet.

Peraridam) Plinius XVI, s. 38: *Cato adiicit decidua* (folia) *populea quernaque, animalibus iubens dari, non perarida; bubus quidem et ficulnea, ilignaque et ederacea.* Quorum pars exstat infra cap. 30, et cap. 45. A Plinio decidua dici pro caedua, putat Harduinus.

Sicilimenta) Vide ad Varronem I, 49, 2.

condito. Post imbrem autumni[r] rapinam, pabulum,[s] lupinumque serito.

VI. Agrum quibus locis conseras, sic observari oportet: Vbi ager crassus, et laetus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. Idem ager si nebulosus est, rapa, raphanos, milium, panicum id maxime seri[a] oportet. In agro crasso, et caldo[b] oleam conditivam, radium maiorem,[c] Salentinam,

a. V. (r) *autumnum* Pol. a. V. *auctumni* Brusch. (s) *pabulumque serito* I. B. Br. R. Wr. *imbrem autumnalia opern pabulum lupinumque serot* Cr.

CAP. VI. (a) *fieri* W. (b) *calido* I. B. Br. R. (c) *maiorem aut* I. B. R. *ma-*

Autumni) Lectionem *autumnum* non contemnendam esse putat Gesner, propter ea quae docuit Heinsius ad Ovidii Metamorph. III, 729. Crescentius babet *et autumnalia opera pabulum* etc.; sed antiqua mea Editio: *et autumnalem rapuum*. Rapinam Gesner in Indice interpretatur locum rapis consitum. Ita certe Columella XI, 2, 71, rapinam et napinam dixit; sed Cato etiam infra cap. 35, rapinam pro rapo dixit.

CAP. VI. *Crassus*) Varro I, 23: *Cato non male quod scribit de sationibus, ager crassus et laetus, si sit sine arboribus, eum ogrum frumentarium fieri oportere. Idem ager si nebulosus sit, rapa, raphanos, milium, panicum.* Vbi editiones ante Victorium in fine addunt *fert*. Plinius XVIII, s. 46: *In ogro crasso et laeto frumentum fieri: si vero nebulosus sit idem, raphanum milium panicum.* Vbi Vinc. male habet *lento*.

Id maxime) Mallem abesset *id*.

Et caldo) Plinius XV, s. 6: *In calido et pingui solo radium maiorem, Salentinam, orchitem, pausiam, Sergiam, Cominianam, albiceram seri iubet: adiicitque singulari prudentia, quam earum in finitimis locis optimam esse dicant. In frigido autem et macro Licinian. Pingui enim aut ferventi vitiari eius oleum, arboremque ipsam fertilitate consumi: musco praeterea rubro infestari. Spectare oliveta in Favonium loco exposito solibus censet, nec alio ullo modo laudat.* Varro I, 24 ex h. l. laudat *conditaneam* — *Colminiam*. In Plinii loco Vincentius Duacensis habet *pingui quoque* — *musco praeterea et robore*. Ceterum Italo Presta multo cautior in nominibus vetustis et speciebus olearum explicandis mihi videtur Gallus Bernard *Mémoire sur l'Olivier* p. 95, qui negat, veterum oleas hodie posse agnosci, quoniam vix credi possit, oleas omnes taleis fuisse satas, qua sola ratione constare varietatem affirmat. Hispanicam tamen solam excipit, alteramque sine nomine dictam a Plinio, quae matura statim comedi potest propter dulcedinem. Tales olivarum species duas ipse descripsit pag. 116, nigram alteram, alteram albam et dulcem. Colminianam variant libri in *colminianam*, *colniniam*, *culminiam*, *Culminianam*, *Cominiam*. In Petronii cap. 66 *oxycomina* Heinsius censet esse pro *oxycominia*, aceto conditas cominias oleas.

orchitem,[d] poseam,[e] Sergianam colminianam,[f] albice-
rem. Quam earum in his locis optimam dicent esse,
eam maxime serito. Hoc genus oleae in xxv[g] aut in
xxx pedes conserito. Ager oleto conserundo, qui in 2
ventum Favonium spectabit, et soli ostentus erit,
alius bonus nullus erit. Qui ager frigidior et macrior
erit, ibi oleam Licinianam seri oportet. Sin in loco

iorum aut Brusch. *conditivam utriolariam aut Sal.* Wr. (d) *orcitem* Pol. *circicem* Wr. (e) *puteolam* Wr. (f) *colmianam* I. B. Br. R. eaedem inserunt *aut.* Wr. *colinianam aut.* B. R. *albiceram.* (g) *viginti quinque aut triginta* a. V.

Albicerem) Quae scilicet matura etiam candida persistit, quum pleraeque ex viridi in albidum, ex hoc in rufum, purpureum et nigrum colorem transeant. Talem hodieque reperiri monet *Presta* Memoria sui saggi diversi di oleo etc. Napoli 1786, pag. 10, qui Salentinam putat esse, quae hodie in insula ea, unde nomen habet, dicitur *ogliarola* propter olei copiam, qua fructus, quamquam parvus, est refertus. Pinxit eam in tabula opposita fig. 1. Licinianam hodie asserit in agro Venafrano dici *Aurina* p. 40. Pausiam credit esse, quae hodie in peninsula Salentina vocatur *Pasola*, picta in tab. fig. 3, p. 43. Radium maiorem putat esse, quae vocatur *Corniola*, picta in tab. fig. 5 forma oblonga, acuminata. Sed idem auctor accuratius haec tractavit deinde in libro Neapoli edito 1788: *Memoria intorno ai sessantadue Saggi diversi di Oleo presentati alla Maestà di Ferdinando IV, Re delle due Sicilie*, ed *Esame Critico dell'Antico Frantoio trovato a Stabia, di Gio. Presta della penisola Salentina*; ubi p. 80 dubitat ipse, an *Pasola* val *Pasula* sit veterum *pausia*, quod putaverant ante eum Bapt. Porta et Randella. Olei enim bonitatem non respondere ei opinioni ait. De circite seu radio monet p. 83, hodieque distingui varias species, veluti *Corniola di prima* et *di seconda sorta*. Esse etiam in agro Venafrano species duas cognomines, *Circelluta* dictas, minus tamen utrinque acuminatas, quam *Corniola* seu *Cornolara* dicta. Salentinam Monopoli dici *Chiarita*, et Sergianam in agro Venafrano hodie vocari *Olisciola*, monet ibid. p. 102, sed p. 108 alibi *Aurina* vocari tradit Sergiam.

Hoc genus) Plinius VI, s. 19: *de olea Catonis Italica sententia est in XXV pedibus minimum, plurimum XXX seri.* Aliter Columella V, 9, ubi vide notas. Catonis ratio pertinere videtur ad agrum macrum nec segetibus idoneum.

Qui in ventum) Bene monet Pontedera legendum esse *nisi qui in ventum.* Ita enim Varro: *agrum oliveto conserundo, nisi qui in ventum Favonium spectet, et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse.* Columella V, 9, 7 in Favonium dirigi ordines convenit. Idem consilium cum Catone dat Bernard *Mémoire sur l'Olivier* p. 213.

Licinianam) Ita et Varro, sed Plinius *Liciniam.* Sic enim hic XV, c. 2 principatum obtinuit Italia maxime agro Venafrano, eiusque parte, quae

crasso aut caldo[h] severis, hostus[i] nequam erit, et
ferundo[k] arbor peribit, et muscus ruber,[l] molestus
3 erit. Circum coronas, et circum vias ulmos serito, et
partim[m] populos, uti frondem ovibus et bubus habeas, et materia,[n] si quae opus sit, parata erit. Sicubi

(h) *calido* Brusch. (i) *hortus* I. et Brusch. *ortus* Wr. (2) *foecundo* I. B. Brusch. R. Wr. ,(l) *tuber* I. Br. et Cod. Paris. (m) *partim* om. H. A. Gr. G. *parum* Cod. Gronov. (n) *materiam ut si quid opus erit, parata siet* Ba. H. A. Gr. G.

Licioianum fundit oleum, unde et Liciniae gloria praecipua olivae. Vnguenta hanc palmam dedere, accommodato ipsis odore; dedit et palatum delicatiore sententia. Hodie *Risciola* dici monet Presta in altero libro pag. 407.

Hostus) Varro: *Hostum vocant, quod ex uno facto olei reficitur; factum dicunt, quod uno tempore conficiunt.* Rationem consilii vide ad cap. 8, 1. Hostum ab hauriendo, quasi haustum interpretatur Turnebus XXV, 19, cum quo faciunt Pontedera et Gesner ad h. l. Sed idem Gesnerus in Thes. L. L. hostum mensuram quandam in re olearia ab hostio interpretatur rectius, quod ad aequales mensuras fieret. Sed aequalitatem mensurae commentus est inepte; nam incertum est, quod ex facto uno conficitur et redigitur olei, quum facti ipsius mensura varia sit, et natura olearum pro agri caelique suaque ipsorum indole plane diversa. Antiquum vocabulum et, ni fallor, originis oscae, in re rustica olim frequentatum fuisse, docet *Hostilina* dea, quam Augustinus de C. D. IV, 8 segetibus praefectam fuisse ait, quum segetes novis aristis aequantur. Sed de ea interpretatione dubito.

Muscus ruber) In Plinii loco supra laudati libri scripti *musco et robo*; alii *musco et robore*. Sed idem VI, s. 37, *nocere tradit Cato et muscum rubrum.* Cf. Columella V, 9. In solo macro arbores retorridas et muscosas, in pingui sine musco nasci tradit Varro I, 9. Lichenum genus aliquod intelligi puto, quod ubique neglectum arborum cultum arguit cortici adhaerens, nec inter morbos oleae numerandum censet Bernard p. 261, qui succum ex codice redundantem infra terram oleamque in mortem praecipitantem in Gallica Provincia vocari *Mouffe* monet. Cel. Rottboell p. 12 in lectione *muscus tuber*, vel *ruber* intelligi putat tremellam purpuream Linn. vel etiam Lycoperdum variolosum Linn. Arborum fructiferarum, a frigore anni 1788 emortuarum truncos obsidentem tremellam purpuream vidit *Fr. Ehrhart* Beyträge zur Naturkunde tom. V, p. 150.

Circum coronas) Varro: *quod Cato ait circum fundum ulmos et populos, unde frons ovibus et bubus sit, et materies, seri oportere.*

Partim populos) Brenkmann in Epist. ad Schoettgen data et laudata ad h. l. ait Iensonianam habere *prompte* pro *partim*. Gesneri editio nihil inde varietatis annotavit.

Et materia) Malim cum edd. quibusdam *et materiam, ut, si quid opus erit, parata sit.*

in his locis ripae, aut locus humectus[o] erit, ibi cacumina populorum serito et arundinetum.[p] Id hoc modo scrito: bipalio vortito, ibi oculos[q] arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ibi[r] corudam[s] serito, unde asparagi fiant. Nam convenit arundinetum cum co- 4

si quid I. B. R. W. *si quid opus erit parata sit* Brusch. Paris. *si qua* Iuntt. *si quo* Pol. (o) *iunctus* I. B. Br. R. Wr. *iunctus humectus* Ba. H. A. Gr. G. *umectus* Pol. (p) *harund.* Pol. hic et alibi. (q) *radicis* addunt I. B. Br. R. Wr. (r) *ibique* a. V. (s) *corudam* a. V. quem sequutus Gesner. *corrudam* posuit.

His locis) Locis calidis. Palladius ex h. l. Febr. 23: *Si calidae et siccae provinciae studemus, valles humidas vel irriguas opus est deputare cannetis.*

Humectus) Varro l. c. *si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serundo et arundinetum id prius bipalio verti, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seri, ibi quoque corrudam, unde asparagi fiant. Aptam esse utrique eandem fere culturam. Salicem graecam circum arundinetum seri oportere, uti sit, qui vitis alligari possit.* Mihi coniectura Ruthboellii blanditur — censentis p. 43, primarum editionum *iunctus* ortum habere ex voce *iuncetus*, quam Varro *humectus* sit interpretatus; cuius interpretationem Iucundum in Aldina addidisse putat alteri lectioni Dehinc iuncetum obtinuit, iuncetus usu excessit vulgi. In loco simili cap. 9, Editiones primae *viretis umbrosis* habent. Ex *viretis* forte *iunctis* ortum est.

Vortito) Edit. Basil. *fortito*, quod antiquo more dictum, ut *serfos*, *folpes* pro servos et volpes, interpretabatur Meursius. In Palladio l. c. est: *Februario canneta ponenda sunt factis brevissimis scrobibus, et oculis cannorum per singulas scrobes obrutis, qui semipedis spatio inter se distare debent.* Vbi Crescentius habet: *Canna sive arundo terram desiderat mediocriter humidam et pinguem. Canneta fiunt hoc modo: videlicet quod pastinato aequaliter terro mense Februario et brevissimis scrobibus uno pede distantibus cannarum oculi per scrobes singulas obruuntur.*

Oculos) Plinius XVII, s. 33: *seritur bulbo radicis quem alii oculum vocant.* Idem ex h. l. habet XVI, s. 67: *Cato eam seri iubet in humidis agris, bipalio subacto prius solo, oculis dispositis intervallo ternorum pedum. Simul et corrudam, unde asparagi fiant. Concordare enim amicitiam. Salicem vero circa.* Editiones optimae habent *oculos radicis arundinis*, quam lectionem Gesner damnat; recte: nec habuit Varro aut Palladius in suis libris additum vocabulum *radicis*; nec infra cap. 47 additum legitur. Ceterum pro *bipalio* cod. Gronov. *pallio.*

Ibi corrudam) Ex lectione ante Victorium edita *ibique* recte Pontedera effici volebat *ibi quoque*, quod ex h. l. retulit Varro. Palladius l. c. *Inter haec asparogorum etiam semina spargere possumus, ut mista nascantur, quia et asparagi coluntur et incenduntur eo more, quo cannae*; ubi vide notam. De vocis etymo postea videbimus. Plinius etiam ex h. l *simul et corrudam.*

Nam convenit—tempus habet) Haec verba glossatoris esse suspicabatur

ruda, eo quia foditur, et incenditur, et umbram[t] per tempus habet. Salicem Graecam circum arundinetum serito, uti siet[v] qui vineam alliges. Vineam quo in agro conseri oportet, sic observato. Qui locus[x] vino optimus dicetur esse, et ostentus soli,[y] ibi Amineum[z] minusculum, et geminum eugeneum,[a] hel-

(t) *partim* addunt I. B. Br. R Wr. (v) *fiat* I. B. Br. R. Wr. (x) *vino locus* Br. (y) *ibi* om Pol. *ubi* Brusch. *solibus Am.* Plinius. (z) Ita Edd. a. Vict. qui *Aminnaeum* dedit, item Gesner. *Aminnium* Pol. (a) *et* ins. Brusch. A. et

Vrsinus, igitur inclusit Gesner; temere: nam partem eorum saltim expressit Varro, Plinius et Palladius, cuius posterioris scriptoris locum Interpretes ignorarunt. Alio etiam loco Plinius XIX, s. 42 ad hortensem asparagum retulit h. l. ubi ait: *Itaque arundinetis maxime convenit, quae festinant incendi.* Vrsini coniecturam ex Plinio refellit etiam Pontedera in Cur. sec.

Et umbram per tempus habet) Haec verba, a Palladio omissa, intelligere se negat Gesner. Sed vide mihi Varronis locum I, 23, 5: *umbrosis locis alia seras, ut corrudam, quod ita petit asparagus.* Scilicet per tempus arundines umbram praebent corrudae, postea resecandae. Corruda est silvestris asparagus. Geopouica III, 13, 8: ἕλειον ἀσπάραγον palustrem asparagum vocant et mense Octobri purgare iubent, ubi Niclas putabat intelligi Clusii asparagum marinum. Pl. nat. hist. V, 6. *Corruda asparagi simillima filo* vocatur a Colum. X, 375, qui versu 246 de hortensi ait: *et bacca asparagi spinosa prosilit herba.* Corrudam iuxta sativum asparagum nominat idem XI, 3, 43, sed alieno loco, ut ibi docebimus. Palladius Februario XXIV, 8: *mihi etiam utile videtur, ut asparagi agrestis radices plurimas in unum locum congeramus cultum* (Morgagni corrigit *incultum*) *vel certe saxosum, quae statim fructum dent ex loco, qui aliud nil alebat, et has annis omnibus incendamus in scopis, ut fructus frequentior surgat et fortior. Hoc autem genus est sapore iucundius.* Videtur omnino corruda asparagi species diversa ab hortensi intelligi. *Corundam* in Columella XI, 3, 43, dat Codex Sangerm. Videtur vox e graeco derivata esse, ubi κόρυμβος teste Hesychio asparagi etiam caulis dicitur. Ceterum eandem mecum interpretationem ad h. l. proposuisse nunc video Cel. Rottboellium. pag. 13.

Ostentus soli, ibi) Plinius XIV, s. 5, qui haec excerpsit, habet: *ostentus solibus amineum;* etsi ibi Harduinus, ut alibi ammineum edidit. Codex Polit. etiam *ibi* omittit; unde etiam h. l. malim *ostentus solibus Amineum.* Idem Plinius *eugenium* et *helvinum* habet; libri tamen alii *helvium.* Varro, qui haec repetiit I, 25, habet *ostentus soli Amineum — eugeneum. — helveolum:* ubi Polit. habet *helutum.* Ibi etiam libri ante Victor. editi ante *helveolum* inserunt *et.* De helveolo vide ad Colum. II, 2, 25. De Aminea vite etsi iterum disputabitur ad Colum. III, 2, 7, ponam

veolum[b] minusculum[c] conserito. Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi Amineum maius, aut Murgentinum,[d] Apicium, Lucanum serito. Ceterae vites,[e] miscellae[f] maxime, in quemvis agrum conveniunt.

VII. Fundo[a] suburbano arbustum maxime convenit

Paris. (b) *helvolum* Pol. Paris. (c) *erit* inser. I. B. R. Br. *munusculum* Cod. Gronov. (d) *aut* ins. a. Vict. (e) *et de his* addunt Ba. H. A. Gr. G. ex Varrone scilicet. (f) *miscllae* I. A. Brusch. Wr.

Cap. VII. (a) Ita scripsi ex I. B. Br. R. A. Ba. Gy. pro *fundum suburbanum*.

tamen h. l. quae Gesnerus in Indicem retulerat. Scripturam *Ammineum* defeodit Pierius ad Georgica II, 97, et confirmat versus Ausonii Epist. 18: *Solus qui Chium miscet et Ammineum* Leccienem Victorianam tueri possis auctoritate Sereni Sammonici: *Succus Aminaeae vitis cum pane medetur.* Quae duo testimonia, quamquam recentioris aetatis, satis docent, scripturam iam olim variatam fuisse pronunciando. In libris prosaicis graecorum et latinorum scriptorum mira fuit librariorum inconstantia. In Columella quidem libri plurimi *Amineam* vitem exhibent scriptam. De Etymologia ad Columellam Servii locum ponam. Hesychii locum posuit Gesner: Ἀμιναῖον δὲ ἑνὸς ν τὸν οἶνον λέγει. Ἡ γὰρ πευκετία Ἀμιναία λέγεται. Itaque is probare videtur scripturam *Aminaeum*. Cum Hesychio facit Macrobius Saturn. II, 16: *Vva Aminaea scilicet a regione. Nam Aminaei fuerunt, ubi nunc Falernum est;* ubi *Salentum* pro *Falerno* vult substitui Harduinus ad Plinium XIV, s. 4, no. 1. Haec Gesner. Locum Hesychii ita correxit Dacerius ad Festum pag. 560, ut legeret δι' ἑνὸς μ. Itaque Hesychius, scripturam *Aminaeum* probans, simul alteram *Amminaeum* improbavit. Verum vulgata Hesychii lectio satis bona videtur, et ad Catonis locum accommodata, ubi eandem scripturam induxerat Victorius, quam in Graecis libris damnavit Hesychius. De Etymologia satis constaret, si locus Aristotelis superesset; seu integrior a Philargyrio ad Georgica relatus fuisset. De natura fere nulla potest esse dubitatio, post ea, quae a Columella et a nobis in aonotationibus traduntur.

Crassus erit) Plinius: *crassior aut nebulosior*. Varro, *crassior sit aut nebulosus*. Deinde libri Varronis quidam: *aut Apicium*. Plinii lectionem praeferebat Pontedera. Apiciae vites videntur esse, quas Columella Apianas vocat. *Apianum* h. l. malebat Gallicus interpres.

Ceterae) Varro: *ceterae vites et de his.* atque ita editiones quaedam h. l. habent; sed Plinius vulgatam habet. Idem Varro I, 54: *nam et praecox et miscella, quam vocant nigram, multo ante coquitur; qua prior legenda.* Palladius I, 6, 9, ubi nigras vites repudiat, has forte intelligi voluit. Rhaeticam olim a Catone laudatam fuisse, ex Servio monebo ad Colum. III, 2, 27.

Cap. VII. *Fundo suburbano*) Hanc antiquae lectioni *fundum suburbanum* praetulit Turnebus Adv. XXV, 19, et Pontedera. Quamquam fundum et agrum arbustum pro arbustivo bene-

habere; et ligna et virgae[b] venire possunt, et domino erit, qui utatur. In eodem fundo suum quidquid conseri[c] oportet, arbustoque vitem copulari. Aminnaeum

(b) *salictum uti venire possint et domino fiat* I. B. Br. R. Wr. *uti ligna et virgae salicti venire possint et d. fiat* A. I. I. G. *siat* malebat Meursius. (c) *c mseret: oportet copulari vineam, amin.* W. I. B. R. Br. *conserit oportet vitem compularia*

dici docebimus ad Colum. III, 13, 6. In Paris. Codice est *Fundum suburbano.*

Et ligna et virgae) Vulgatam Turnebus interpretatur: arbustum in suburbana vinea colendum ut perticas et virgas pedandae iugandaeque vineae utiles, sed arbusto non necessariae, vendi possint. Titulus antiquus habet: *quo in loco arbusta et virgae serantur.* Et potest dubitari num hoc loco arbusta intelligantur vites arbustivae, an arbores ridicis et palis idoneae. Deinde non apparet ratio, cur arbustivam vitem solam loco suburbano iubeat colere et habere, in quo falsum est, quod posuit Turnebus, non opus esse virgis; etsi palis et perticis non indiget. Postea docet etiam, quae vitis sit arbusto copulanda. Denique lectio antiquorum librorum diversa docere videtur, de arboribus et salictis, ad iugandam pedandamque vineam necessariis, Catonem loqui. Ex quorum vestigiis lego: *arbustum convenit habere et salictum, ut ligna et virgae venire possint, et domino sit, qui utatur.*

Suum quidquid) Gesner interpretatur solidum, quod nihil alterius naturae admixtum habeat. Damnat igitur lectionem: *suum quodque fructi genus.*

In eodem fundo — copulari) *In eodem fundo suom quoique comseri oportet veitem compularia:* corrigit Pontedera. In Ed. Iens. et Cod. Repar. *quicque* unde *quoique* effecit et ad arbustum retulit; ideoque aut *suom* in *suam* vertendum esse, ad *oportet* traducto *veitem*, aut, quod magis illi placet, subducto *vitem* relinquendum *suom*. Nempe in eodem fundo arbusto proprium vitis genus est conserendum et ad arbustum apponendum. Deinde Polit. *conserri*, unde effecit Ponted. *comseri*. Postea vulgatum *arbustoque* abesse a Codd. et Edd. primis; *compularia* quod est in Polit. Gronov. et S. Reparat. interpretatur vitium genera, quae cum arbusto recte copulantur, igitur *copularia.* Sequitur: *aminion meinusculum veino, et maias et apiciom. Ea in ola in veinaceis comdantur;* ita enim corrigit Pontedera *veino* i. e. uva interponens ex Cod. Polit. Caes. Repar. Addo Gronovianum. Pro vulgato *et maiusculum* Edd. primae *et malum* Codd. laudati *et malus*, unde *maius* effecit Pontedera, ut paulo post in Edd. pr. sunt *aminea maiora.* Amineam vitem Catonis esse, quae Columellae *germanae* sunt, maior et minor. Denique in Polit. et S. Repar. esse *eae in olla in vinacees conduntur.*

Copulari) Pontedera haec ita distingui volebat: *arbustoque vitem copulari, Amineum minusculum et maius et Apicium.* Recte, puto; alias non habent verba *Amineum — Apicium* unde pendeant. Amineam minorem et maiurem arboribus aut iugo, non vineis humilibus convenire tradit

minnsculum, et maiusculum,[d] et Apicium. Haec[e] in 2
ollis, ollae in vinaceis conduntur; eadem in sapa, in musto, in lora[f] recte conduntur; quas[g] suspendas duracinas, aminnaeas maiores,[h] vel[i] ad fabrum fer-

Pol. et Gronov. Cod. *suum quodq. fructi genus conseri oportet* A. I. I. G. (d) *et malum* W. I. B. R. Br. *vino vino et malus* Pol. *vino et maius et maiusculum* Cod. Gronov. (e) *ea in ollae vinaceis cond.* W. I. B. R. Br. *eae in olla in vinaces* Pol. *Haec in olla in vinaceis* Cod. Gronov. Post prius *conduntur* statim W. *quae suspendas.* (f) *olla.* I. B. R. Br. *in* ante *musto* om. Br. *et musto recte conduntur quas susp.* Ald. *lora* Pol. et in marg. *densa* I. I. G. (g) *quae suspendas duratura. Aminea maiora utilia ad fabrum ferrarium: pro passis ea recte servantur.* W. I. B. R. Br. *duranas* Pol. (h) *et Scantianas opportunissimas esse*, add. omnes inde ab Ald. Sed omitt. ut vidimus Pol. V. I. B. R. Br. (i) *hae et ad f.*

etiam Columella III, 2, 8 et 9. De Apicio non constat. Ceterum libri scripti et Edd. optimae vocem *arbusto* h. l. omittunt.

Ollae in vinaceis) Infra c. 143, in urceis condit. Modum doceo ad Columell. XII, 43, 10; Crescent. IV, 18: *Cato ait uvam in ollis commodissime condi et in sapa et in musto recte.*

Maiusculum) Varro I, 58: *Cato ait uvam Amineam minusculam et maiorem et Apiciam in ollis commodissime condi: eadem in sapa et musto recte; quas suspendas opportunissimas esse duracinas et Amineas et Scantianas;* ubi Codex Vrsini addit verba: *in lora.* Deinde verba *et Amineas* deleri volebat Vrsinus, propter locum Plinii, qui post verba capitis prioris ultima ita pergit: *In lora recte condantur; quas suspendas duracinas, Amineas maiores: vel ad fabrum ferrarium hae recte servantur. — Amineam proxime dictam Varro Scantianam vocat.* Ceterum hoc in loco Pontedera malebat *maius* legi; eoque ducit lectio Polit. *et malus.*

In lora) Haec verba ex libris scriptis addidit Victorius; in Varrone ex libro suo addidit Vrsinus.

Duracinas) Pontedera veterem lectionem praeferebat: *quae suspendas duratura, aminea maiora utilia; ad fabrum — ea recte servantur.* Neutro enim genere Catonem ista uvarum genera semper enunciare; Plinium et Varronem ex sui aevi more *duratura* mutasse in *duracinas.* In Plinio Ponted. corrigit: *amineas maiores utiles; ad fabrum.*

Maiores) Verba in editionibus antiquis deinceps addita; *et Scantianas opportunissimas esse, vel* etc. habent etiam antiquae Plinii editiones. Sed omitti ab optimo exemplari Plinii et reliquis manuscriptis libris annotavit ad h. l. Victorius; qui Catonis veram scripturam eam esse putabat, quae in Plinio exstat; contra Varronem, in cuius libris lectio paulo antea annotata exstat, sententiam magis quam ipsa verba retulisse, atque ex eo libros Catonis vulgatos fuisse interpolatos. Nititur vero inprimis eo argumento, quod Plinius Amineam maiorem a Varrone ait vocari Scantianam; ex quo arguit Catonem non nominasse Scantianam, nec Amineam maiorem una cum Scantiana Varronem. Victorio assentitur Vrsinus et Pontedera. Ceterum intelligit uvas fabriles (Caelii Aurel. Chronic. III,

rarium pro passis eae recte servantur. Poma, mala struthea,[k] cotonea scantiana, Quiriniana, item alia
3 conditiva[l] mala mustea, et Punica (eo lotium suillum aut stercus ad radicem[m] addere oportet, uti stabilia[n]

f. r. s. Iunt. G. *hac et ad f. ferrarium, pro passis recte servantur* Ald. (2) *structea* I. B. R. Br. *coronea* Iens. Br. Wrat. *Scauriana* Wr. (l) *condiditia* Wr. (m) *eorum* add. a. Vict. (n) *fabulim malorum* Codd. Victorii Caesen. Venetus, Grono-

2, IV, 3), quibus gratiam fumus adfert fabrilis, auctore Plinio 11, s. 3.

Passis) Vvarum passarum varia genera Asiatica recenset Galenus de Alim. Facult. II, qui est locus classicus. Cf. etiam Palladium Octobr. XXII.

Poma mala) Pontedera distinguebat: *Poma: mala struthea — punica (eo — fiant), pira volema — sementiva (haec — erunt), Tarentina — cucurbitiva, item alia genera* etc. recte puto! Punicarum cultum antiquum fuisse Romae et religione consecratum, colligo ex loco Festi et Servii, qui reginam sacrificantem gessisse tradunt in capite virgam, ex punica incurvatam, *arculum* dictam. Vide Scaligerum ad vocem *inarculum*.

Stabilia mala) Libri Victorii praeferebant: *uti fabulim malorum*; unde Turnebus *favulum malorum*, ineptissima sententia, *favuli malorum* Popma, *aut fabulium alarum*, i. e. culmorum fabalium, Scaliger efficiebant. Sed egregie fallitur Scaliger, quum ἄχυρα κυάμινα Graecorum comparat cum his fabulibus alis. Pontedera *fabulum malorum* corrigit, antique dictum interpretatus pro pabulum; Gesner *pabulum malorum fiat* praeferebat, et ex Columella V, 9, 13, *fimo pabulandas esse oleas* comparabat. Putabat igitur haec voluisse Catonem dicere, ali illo laetamine arbores dulcioremque fructum ferre. Stercus porcinum radicibus punicae adhibent Columella V, 10, 15; Arbor. 23, 1; Plinius XVII, s. 47; Geoponica X, 18; Palladius Mart. X, 3, contra vermes et ne acida poma nascantur. Potuit igitur Cato idem remedium adhibere, ut mala stabilia fiant, id est ne mala immatura defluant. Nam stabilia dici mala, quae condendo sunt aptiora nec facile corrumpuntur, Gesnero affirmanti vix assentior. Ceterum malorum et pirorum genera et nomina accuratius explicabo ad Columellam. Nunc video etiam Rottboellium p. 14, vulgatam defendere. Suspicatur is verba *pabulum malorum* a glossatore addita esse vocabulis *lotium suillum aut stercus*. In Curis sec. Ponted. *fabulum* dictum pro *pabulum* suspicatur ex graeco φάγω et ὕλη, *fahule*, *fabule*, *fabulum*. Ceterum locus Servii a Scaligero laudatus ex Codice Danielis, ubi Aelius Stilo docet, alas ex lupino dici surculos sine foliis, Varro autem culmum fabae alam interpretatus esse dicitur in libris de Lingua latina, meretur, ut admoneam lectorem, usum hunc vocabuli alae esse ex graeco ductum. Vti enim turmas equitum, cohortes utrinque cingentium, *alas* equitum dixerunt Romani, quas Graeci εἴλας et ἴλας; ita plane Graeci εἴλας et ἴλας leguminum paleas dixerunt, ut acus, aceris Graecis est ἄχυρον. Hesychius: Εἰαί — τῶν ὀσπρίων τὰ ἀποκαθάρματα. Idem: Εἶλα.

mala fiant) Pira volema, Aniciana, et sementiva,[o] 4 (haec conditiva in sapa bona erunt) Tarentina, mustea, et[p] cucurbitina. Item alia genera. Quam pluris[q] serito, aut inserito oleas, orchites,[r] posias. Eae optime[s] conduntur vel virides in muria, vel in lentisco contusae.[t] Orchites ubi nigrae erunt et siccae, sale con- 5 friato[v] dies v, postea salem excutito, in solem ponito

vianus. *fabuli malorum* Cod. S. Reparatae. (o) *sementina* a. Vict. (p) *mustea, cucurbitina* P. copulam omitt. etiam Gronov. (q) Sic restituit Ponted ex Edd. pr. et codd. Polit. et S. Repar. nisi quod praefert *olias, orcites*. Cod. Paris. *quamplurimis*. Schneid. *quamplurima*, et punctum posuit post *inserito*. (r) *archites* Br. (s) Ita pro *optimae* Basil. et Gryph. 1542 Castigationum Victor. et Codd. Vaticani apud Pontederam. (t) *confusae* lens. Br. et Wr. *contusae vel orch.* Pol. *vel orcites* Gronovianus. (v) Ita ex Pol dedi pro *confricato*. Deinceps pro *dies V* ante Vict. erat *dies duos*, etiam Wr. *duos*. Polit. II habet.

ὀσπρίων ἡ καλάμη. denique: εἴλη·— τὰ ἄχυρα, καὶ τῶν ὀσπρίων ἡ καλάμη. Aliud genus palearum Graeci λόγην vocant, unde Hesychius ἐπιλώγιον· τὸ μέγα ἄχυρον. Paleam Romani similiter ex graeco πάλη duxerunt, quod tamen vocabulum tenuissimum farinae pollinem, et fuliginis seu cineris pulverem Graecis significat.

Eae optim.) Varro I, 60: *Oleas esui optime condi scribit Cato orchites et pauseas aridas vel virides in muria vel in lentisco contusas. Orchites nigras, sale si sint confricatae dies quinque, et tum sale excusso, biduum si in sole positae fuerint, manere idoneas solere; easdem sine sale in defrutum condire*; ubi Pontedera malebat: *albas vel virides*. Vrsinus *confriatae* ex libro scripto praeferebat, et *condi*. Plinius XV, s. 6: *Condi olivas optime orchites et pausias vel virides in muria vel fractas in lentisco*. Vulgatum *optimae* h. l. pessime defendit Gesner. *In lentisco* esse in semine lentisci, recte admonet Vrsinus ex Columella XII, 47, 1. Ex Plinio Vincentius laudat: *quam vel virides in amurca*. Crescentius V, 20: *Cato scribit eas optime usui condito, si sale sint confricatae diebus quinque, et tunc sale excusso si biduo in sole fuerint positae, et manere idoneas si solere easdem — inde frictum condere*. Ita nempe antiqua mea habet, ubi Basil. *conditas si — et solere — in defrutum*.

Confriato) Ita ex libro Polit. dedi, monente etiam Vrsino, qui veteres Codices ita habere ait hic et in Varrone. Comparat verbum *infriare* Columellae VI, 15; XII, 30, et multis aliis in locis verba *confricare* et *infricare* fuerunt permutata a librariis cum *infriare* et *confriare*. Aliud tamen est *confricare* sale, qua in re maior vis sit fructu, aliud *confriare*, id est conspergere minuto sale. Gesner etiam rationem Vrsini approbavit. Sal amurcam exsugit.

Dies V.) Ita Varro, et in libris veteribus reperit Victorius; diversi igitur libri isti sunt a Polit. libro ubi est numerus minor.

In solem) Varro habet *in sole*.

biduum, vel sine sale in defrutum condito. Sorba [x] in sapa quum vis condere, vel siccare, arida [y] facias, item [z] pira eodem modo facias.

VIII. Ficos mariscas in loco cretoso et aperto [a] se-

(x) *serva in sapa. Cum vis condere* I. B. Br. R. Wr. *sappa* Wr. *sorva in sapa. Condere* P. *sorba in sapa cum vis condire* I. I. G. A. *sorba in sapa condere* Vict. et reliqui. Cum Gesnero facit Popma 2. (y) *viridia* a. V. *viada* Wr. (z) *item —facias* om. I. B. Br. R. Wr. *item pira facias* P. *ni pira facias* Gronovianus; reliqui cum Gesnero, nisi quod A. et G. *pyrea.* (a) *aprico* A. I. I. G.

Sorba) Cod. Pol. *sorva;* quam lectionem habent etiam Edd. primae. Ex graeco βια seu *vi* cum addito r finali et graeco ἕω *induo* derivat Pontedera, vel ex graeco ἡ οὔη vel ὁ οὖος et eum r finali ἥρ, ὅρ, postea aspiratione in ρ versa *serve; sorvo,* demum *sorva, sorba.* De re ipsa nunc videamus. Plinius 15, s. 23, *Cato et sorba condi sapa tradit.* Columella XII, 16, sorba docet servari vel viridia in urceolis picatis, aut in passo vel defruto. Palladius Ianuario XV, 5, primum viridia et duriora lecta in urceolis servat, deinde cum pediculis suis viridia suspendit; tertia est ratio haec: *Item secta per partes siccantur in sole et servantur in vasculis ad hibernum. Cum voluerimus uti, aqua ferventi macerata revirescunt sapore iucundo.* Denique addit: *alii sorba in sapa asserunt diu posse servari.* Varro I, 59: *Sorba quidam dissecta et in sole macerata, ut pira; et sorba per se ubicunque sint posita in arido, facile durare.* Lectionem huius loci ita constituebat Meursius: *Sorba in sapa cum vis condere, belle sicca et arida facias.* Quae ratio emendandi est ineptissima; nam in sapa fructus virides, non aridi servantur. Noster infra c. 143, sorba cum piris arida, et sorba in sapa iterum commemorat. Quare etiam h. l. geminam istam rationem doceri puto. Pontedera lectionem *viridia* praeferebat alteri vulgatae *arida;* sed non dixit, qua ratione reliqua verba interpretanda essent. In Curis sec. interpretatur *viridia* perfecte matura, non acerba, nec mitia, quoniam haec instam maturitatem transgressa sunt, illa nondum consecuta. Equidem primum illud certum et indubitatum esse puto, lectionem, a Gesnero positam, quamque intactam reliqui, esse omnino ineptam. Nam quae in sapa condiuntur poma et servantur, non siccantur antea. Deinde in hac ipsa lectione et sententia ineptum est additum *arida facias cum siccare vis.* Itaque ex vestigiis vulgatae lectionis lego: *Sorba in sapa convenit condere; vel secta arida facias; item pira eodem modo facias.* De sorbis dissectis et siccatis vide ad Varronis l. c.

Cap. VIII. *Ficos*) Catoniana praecepta habes cap. 28, 1, 42, 1, 94, ficos siccas servare docet cap. 99, crates ficarias nominat cap. 48, 2. Cum Columella X, 418, pingues vocet mariscas, credere oportet reliquas a Catone nominatas contrariam succi naturam obtinere, atque ideo in loco Crasso et pingui seri. In terra macra ficum mariscam non nasci, tradit Varro I, 9.

Cretoso) Cato etiam infra cap. 29

rito: Africanas, et Herculanas,[b] Saguntinas,[c] hibernas, Telanas atras pediculo longo, eas in loco crasso,[d] aut stercorato serito. Pratum si irriguum habebis, foenum[e] non deficiet. si non[f] erit, siccum, ne foenum desiet, summittito. Sub urbe hortum omne genus, 2

(b) *herculaneas* Pol. (c) *Sacontinas* P. 4, *Sagont.* P. 2. (d) *crassiore* P. *hybernas* paulo antea Brusch. *Tellanas* Gronovianus et *crassiore*. (e) verba *foenum non def.* desunt in Pol. et Gronoviano. (f) *si non et erit siccum, summittito* a. V. (g) *myrtum* ante Pop. 2 omnes.

et 40, cretam pro argilla dixit. Cretam ex toto repudiat in oliveto ferendo Columella V, 8, 6, credo quia nimis densa est. Videtur ergo Cato suadere, ut si ficus sit serenda in alterutro solo, pinguem in macro seramus, reliquas contra. Aut simile est consilium illi, quod cap. 6, de olea Licinia dedit: *qui ager frigidior et macrior erit, ibi oleam Licinianam seri oportet; sin in loco crasso aut caldo severis hostus nequam erit et ferundo arbor peribit et muscus ruber molestus erit.* Olea nempe Liciniana et pinguis oleo et ferax fuisse videtur. Cretosum macilentum solum pingue opponit etiam Palladius Martio X, 4.

Herculanas) Cum libro Polit. *Herculaneas* vocat ex h. l. Plinius XV, s. 19.

Saguntinas) Scripturam Polit. *Sacontinas* ex vetere codice memoravit etiam Vrsinus et comparavit *macistratos* in Columna Duilii.

Hibernas) Cum Saguntinis vocem copulavit Schoettgen, separavit cum Harduino Gesner. Chelidonias Plinii esse suspicabatur Harduinus.

Telanas atras) Verba haec coniungenda, non, ut antea factum, separanda esse, ex Macrobio Saturn. II, 16, monenti obsecutus fuit Gesner. Ignoramus originem nominis. Libri editi Plinii ante Harduinum *Tellianas* praeferebant. Loci nomen requiri videtur. *Selinos* in Italia nominat Plinius III, sect. 44, aliis non dictos; ibidem *Tellenem* nominat, quae Livio *Tellenae*. Est etiam *Telus* insula maris Aegaei. Sed scripturam ipsam definire et constituere antea oportet, quam de oppido affirmare aliquid licet. Ceterum varias ficorum species hodieque non solum colore fructus, sed etiam vario pulpae colore, figura pomi, pediculi longitudine et brevitate, maturitate et seritate fructus aliisque argumentis distinguunt. Vix in tanta fructuum varietate cum cultu usque aucta licet agnoscere formas et nomina, a veteribus scriptoribus posita, nec frustra laborabo in disputatione vana et inutili. Pediculo longo sunt fici, quas Provinciae Gallicae incolae vocant *roses noires, roses blanches* (Bernard Mémoire sur le Figuier p. 52), deinde *cotignacenquos* (ibid. p. 59), *Figues de Cuers* (p. 66). Idem Bernard accurate distinxit varietates ficorum eas, quae solum siccum et macilentum, aut crassum et humidum amant.

Submittito) Prata submittere dixit etiam Varro I, 49, 4; Columella II, 18, 2, in foenum submittere idem XI, 2, 15.

coronamenta omne genus, bulbos megaricos, murtum* coniugulum et album et nigrum, laurum[h] Delphicam, et Cypricam,[i] et silvaticam, nuces calvas,[2]

(h) *loream* P. et Gron. (i) *Cypream* P. (2) *galvas* Iens. *galbas* B. R. *calvas* Brusch.

Megaricos) Cum Theophrasto H. P. 7, 13, Plinius 29, s. 30: *Proxima,* inquit, *his est bulborum natura, quos Cato inprimis serendos praecepit, celebrans Megaricos — reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, suavitate; quippe cum quidam crudi mandantur, ut in Chersoneso Taurica. Post hos in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli.* Columalla X, 106. Megaricos at circa Siccam natos Libycos laudat. Ovidius: Daunius (i. a. Apulus) an Libycis bulbus tibi missus ab oris, an veniat Megaris, noxius omnis erit; scilicet ad Venaris abstinentiam. Fabriles bulbos habet Apicius 8, cap. 7. Dioscor. 2, cap. 200, bulbum asculentum breviter notat. Ad orchidum Linnaeanarum genus pertinare, promisit se demonstraturum alibi Schulza in Toxicologia Vetarum pag. XXX. Contra G. W. Wedelins in Dispnt. edita Ienaa 1701, arum Aagyptiacum maximum sau colocasium intelligi censebat, eoque referebat locum Galeni de Alim. facult. II, qui arum Cyrenaicum utpote dulcius in Italiam convectum fuisse testatur. Vix dubitaverim assantiri viro docto, malim tamen generatim arum Italicum intelligi, at locum Galeni de bulbis Libycis Romam convectis intarpretari.

Murtum) Plinius 15, s. 37, myrtum coniugulam nigram et candidam landat, coniugulam nostratem, i. e. romanam interpretatus. Veneri sacram at coniugiis fuissa, notum est. Alba et nigra dicitur a bacca, ut ex Columella XII, 38. Praetar usum religiosum colebatur ad oleum et vinum inda parandum, da quibus vidabimus ad Columellam. Genera myrtorum dascripsit Plinius l. c. Cultum myrti describere auctores latini rei rusticaa omiserunt.

Silvaticam) Infra c. 133, hanc omisit. Plinius 15, s. 39: *Duo eius genera tradit Cato, Delphicam et Cypriam. Pompeius Lenaeus adiecit mustaceum, quoniam mustaceis subiiceretur; hanc esse folio maximo, flaccidoque et albicante; delphicam aequali colore, viridiorem, maximis baccis atque e viridi rubentibus. Hac coronari triumphantes Romae. Cypriam esse folio brevi nigro, per margines imbricato, crispam. Postea accessere genera. Tinus: hanc silvestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt color; est enim ei caerulea bacca.* Indidam discimus laurum triumphalem esse dalphicam. Adiicit: *Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc quae vulgatissima est, baccarumque fertilissima; sterilem vero earum triumphalem.* Idam XVII, sect. 11, *baccalem* nominat, aamqua cum tino et augusta baccis, triumphalam talea tantum utpote sterilem. Scilicat laurus Linnaei nobilis dioica sau sexu arborum divarsarum distincta visitur in Europa calidiore. Feminam baccaliam, baccalem at cypriam dicebant marem delphicam et triumphalem. Da illa Theophrastus C. P. II, 15: δάφνης γὰρ ἐστιν ἡ καὶ ἄκαρπος, ὥσπερ ἡ βρυοφόρος. Idam H. P. III, 8, ἡ δὲ δάφνη τὸ βοτρύδιον φέρει μὲν καὶ

καρποφόρος, εἰ μὴ καὶ πᾶσα, ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς. οὐ μὴν ἀλλὰ πλέον ἡ ἄκαρπος, ἣν δὴ καὶ ἄῤῥενα τινὲς καλοῦσι. Vnde Plinius XVI, s. 52, *laurus uvas suas gignit, maximeque sterilis; quae non gignit aliud: ob id a quibusdam existimatur.* Vides, βρύον ab eodem Theophrasto alibi βοτρύδιον dici, quanquam βρύον in aliis etiam florem masculum appellavit. Denique locus alter Theophrasti docet, laurum eandem alicubi etiam sexu coniuncto fuisse repertam.

Calvas) Plinius 15, s. 24 de amygdalis: *Haec arbor an fuerit in Italia Catonis aetate, dubitatur, quoniam graecas nominat, quas quidem et in iuglandium genere servant. Adiicit praeterea avellanas et galbas Praenestinas, quas maxime laudat et conditas ollis in terra servari virides tradit.* De servandis nucibus locus Catonis est infra cap. 143, *et nuces Praenestinas recentes in urceo in terra obrutas habeat;* ubi vides, recentes dici, quas Plinius virides vocavit ex Catone. Nuces Praenestinas et Avellanas (ubi liber Polit. *Abellanas*) quomodo transplantare oporteat, docet noster infra c. 133, 2. In Pliniano *galvas* libri scripti omnes consentiunt. Calvas contra nuces solus Petronius nominat cap. 66. Dalecampius ad Plinium ex veteri glossario posuit: *calva nux*, κάρυον βασιλικόν. Popma ex glossario profert *calvae*, ποντικὰ πεφρυγμένα. Calvas interpretantur dictas, quod barba molli reliquam partem protegente (unde et nostris *Bartnüsse*) summum caput seu apex nucis nudus seu calvus prominet. In Catone Edd. primae similiter habent *galbas* scriptum; quo vocabulo color flavus viridi permistus significatur, qui externae nucum faciei vix convenit. Sed haec est solennis vocabuli variatio in Codd. Sic in loco Varronis apud Nonium in *proboscis* et ericius: *se circumspexisse atque invenisse, quum dormire coepisset tam glaber quam Socratis calvitium, esse factum ericium e pilis albis cum proboscide;* ubi in secundo loco prior Editio Merceriana *gallum*, priore *calvum*, secunda utrobique *calvum* habet, Codex Guelferb. secundo *galbam*. Praeterea vulgatum *Socrates* idem Codex in *Socratis* mutat, unde locum correxi. De graecis nucibus Plinii dubitatio vana erat. Ita enim etiam Columella amygdalas vocat et Varro. De Praenestinis locus est Festi in voce *nuculas*, ubi in Praenestinorum regione plurima nux minuta nasci traditur. Haec Praenestina nux vulgaris Linnaei corylus seu avellana esse videtur. *Abellanas* ab oppido Campaniae dictas esse ad Virgilii Georgic. II, tradit Servius; Plinii locus in editione Harduini scriptum habet: *quas ante Abellinas patrio nomine appellabant;* etsi ibi quoque Codex Tolet. *abellanas* habet. Sed Abellinum Campaniae oppidum nominat Plinius III, s. 9. Avellana igitur ea Campania in reliquam Italiam prodita eadem esse videtur cum Corylo maxima Linnaei. In Asiam et Graeciam e Ponto venisse nuces has ideoque a Graecis ponticas dictas fuisse, testatur Plinius l. c. Campaniae intulisse videntur graecae coloniae in ora Italiae maritima frequentes. Ceterum male Gesner hoc loco distinctionem inter *Avellanas Praenestinas* sustulerat, secutus obscurum hominem aliquem, de nucibus Saturnalitiis tradentem; infra tamen cap. 133 eandem reliquit. De calvis res dubia manet; si ad avellanae seu coryli genus pertinent, tres eius species commemorasse dicendus est Cato. Infra duas tantum nominat. Avellanam facere Tarentinam, id est sine putamine duro; saltem putamine molli, docet Columella V, 10, 14: unde patet,

avellanas Praenestinas, et Graecas, haec facito uti serantur. fundum urbanum,[l] et qui eum[m] fundum solum habebit, ita paret,[n] itaque conserat,[o] uti quam solertissimum[p] habeat.

IX. Salicta locis aquosis, humectis,[a] umbrosis, propter amnes ibi seri oportet. Et id videto, uti aut domum[b] opus sient,[c] aut ut venire possint. Prata ir-

(l) *suburbanum* I. I. G. Ald. Hinc novum caput orditur Er. Ald. et Paris. (m) *qui cum fundo* I. B. Br. R. Wr. *fundum* om. Codd. Vrsini. (n) *apparet* P. (o) *conservat* Brusch. (p) *fertilissimum* I. I. G. A. *sollertissimum* Pol.

Cap. IX. (a) *virctis umbr. propeque* I. B. Br. R. Wr. *victis um. propterque* Ald. I. I G. *umcetis um. propter* Polit. teste etiam Victor. (b) *domui* a. V. (c) *siant*

Tarentinos excelluisse cultura nucum. Graeci κάρυα ποντικά et λεπτοκάρυα vocant. De generibus dicam ad Palladium III, 25, 31. In Priapeio carmine 51, est: *nucemve longam, quam vocant avellanam*; ubi veteres libri *alva* vel *Alana* habent; unde Scaliger corrigebat *Albanam* vel *calvam*. Vbi corylum nominant simpliciter scriptores nostri, silvestrem intelligi volunt. Cf. ad Colum VII, 9, 6. Plinius 15, sect. 24, de avellanis: *Nunc Thasiae et Albenses celebrantur et Tarentinarum duo genera, fragili putamine, ac duro, quae sunt et amplissimae et minime rotundae. Praeterea molluscae, putamen rumpentes.* Festus: *moracias nuces Titinnius duras esse ait; unde fit diminutivum moracillum.* Quae glossa ad quod genus nucum pertineat, nondum investigavi.

Haec facito, ut serantur) Ad plures accusativos *facito* referri debet, more antiquo, quem Plautinis exemplis multis illustravit Gesner, laudata etiam Sanctii Minerva cum notis Pezonii II, 5, 5. Atticis eadem ratio dicendi fuit familiaris. Ceterum Cod. Gronov. *facito inserantur* habet.

Fundum urbanum) Suburbanum aut legendum aut interpretandum, recte monuit Gesner. Ceterum hinc novi capitis initium capiunt Edd. Ienson. Bonon. Iuntt. Ald. Gymn. Adeo Bonon. praescribit titulum: *ut salicta locis aquosis serantur.* Christius in Villatico p. 90, lectionem antiquam *fundum urbanum et qui cum fundo solum habebit* praeferens interpretatur fundum solius habitationis caussa et ad voluptatem, usu urbano constitutum; nam si sine solo esset, ne verbo quidem dignatum fuisse putat Catonem. Sed contra monet Ernesti ad h. l. qui adscripserat Christii locum, eo sensum non fundum, sed villam urbanam dici.

Solertissimum) nove dictum pro *solertissime excultum*. Similiter Plinius 19, sect. 19, *hortum indiligentem* dixit.

Cap. IX. *Aut domum opus*) Cel. Rottboell. p. 14, comparato loco cap. VII, *et ligna et virgae venire possunt, et domino erit, qui utatur*, malebat legi: *uti ad domini opus sient, et uti venire possint.* Ex antiquo *domui* facile derivari potest *domini*, si sententiam tam facilem haberet, quam vulgata lectio. Cod. Gronovii habet scriptum: *seri oportet; videto ut vendere possit.*

rigua, si aquam habebis,[d] potissimum facito: si aquam non habebis, sicca[e] quam plurima facito. Hoc[f] est praedium quod ubi vis expedit facere.

X. Quomodo oletum agri iugerum ccxl instruere oportet:[a] vilicum, vilicam, operarios v, bubulcos iii,[b] subulcum i, asinarium i, opilionem i.[c] Summa[d] hominum xiii. boves trinos,[e] asinos ornatos[f] clitellarios, qui stercus vectent, iii. asinum unum,[g] oves c. vasa[h]

I. B. R. Br. *fiant* Wr. (d) *id* addunt a. V. et Gronovian. (e) *sic ut habeas quam plurimum* ante V. (f) *Hoc modo pr. quodvis exp.* ante Vict. *Hoc est praedium quodvis* Paris. Cod.

Cap. X. (a) Lemma: *quot villicus conservos · quot boves et asinos et ministros et utensilia habere oporteat. Villicus villicos operarios habeat* I. B. R. et Brusch. Lemma: *Quae villicus habere debet*; deinde versus deficit, tum *villicus villicos* W. Lemma: *Quomodo oleum agri* iugera CCXL *instruere oporteat. Vilicum vilicam* Pol. Vict. et rel. Gesner cum Pop 2 dedit: *Olivetum agri* CCXL *iugerum. vilicum* et cet. *Olivetum agri ducentorum quadraginta iugerum habere oportet* I. I. G. A. (b) *duos* I. B. R. Paris. (c) *et opil.* Br. (d) *Summa hom. XIII* omitt. I. B. Br. R. Wr. *hominum* per literam h solam signavit Polit. (e) *ternos* a. V. (f) *onerarios* I. B. Br. R. W, *instratos* Aldiq. (g) *ad* inser. ante Victor.

Cap. X. *Quomodo*) Haec verba ex lemmate Pol. et Victorianae, addidi suadente Pontedera. Varro I, 19: Cato *in olivetis* CCXL *iugerum boves trinos; ita fit ut Saserna dicat verum, ad centum iugera iugum opus esse, si Cato, ad octogena*; ubi legendum est: *ita si Saserna dicit verum ad centena — opus est*. Idem cap. 18: *Cato unam formulam scribit, in qua praecipit, quomodo olivetum agri iugerum* CCXL *instruere oporteat. Dicit enim in eo modo haec, mancipia* XIII *habenda, vilicum, vilicam, operarios* V, *bubulcos* III, *asinarium* I, *subulcum* I, *opilionem* I. Ceterum Cod. Paris. incipit: *villicus villicos operarios habeat V*.

Boves trinos) Recte Varro tria iuga interpretatur, et Cato bubulcos tres numerat. Vrsinus ad Varronem posuit locum Catonis ex libro V Originum ex Nonio in *protelare* hunc: *sed protelo trini boves unum aratrum ducent*, qui nescio an ad hanc significationem pertineat. Pontedera malebat: *boves VI*; quia postea *plostra maiora tria*, et *iuga tria*, et *aratra sex* commemorantur. Sed ex numero aratrorum nihil arguere licet, quae gemina haberi videtur velle Cato; contra idem *ornamenta bobus* VI, postea posuit.

Ornatos) Victorius ex libris suis pro *onerarios* hoc dedit, nescio an recte. Ipse Cato deinceps *ornamenta bobus VI; instratas asinis III*, posuit. Et cap. 11, ubi asinos plostrarios II, ponit, deinceps *asinis instrata II*, dicit, ubi male vulgo *ornamenta asinis instrata III*, legitur. Nescio ex quo libro Gesner lectionem *instratos* memoraverit; equidem et *ornatos* et *instratos* iuxta *clitellarios* inepte poni censeo.

Asinum unum) Varro I. c. *Quod*

olearia instructa iuga v. ahenum quod capiat quadrantalia[i] xxx. operculum aheni,[2] uncos ferreos III. urceos aquarios III. infidibula[l] II. ahenum[m] quod ca-
2 piat quadrantalia v.[n] aheni operculum, uncos[o] III. la-

(h) *vasa ollariaque instrumenta habeat. Ahenum unum quod capiat metretas triginta aut pluris* I. B. Br. W. *ahenum unum* etiam Ald. *oliariaque instrumenta* Cod. Paris. (i) Pol. liber signat vocabulum per literam q hic et deinceps. (2) *unum* add. ante V. (l) *infundibula* a. V. *infid.* Po. 1 et 2. (m) *ahenum unum q. c. urceos tres ah. op. unum, amphoras ollarias duas: quinquag.* I. B. Br. R. Wr. *ahenum aliud* I. I. G. Ald. (n) *decem* I. I. G. A. (o) *urceos tres ex addit asinos, qui stercus vectent, tres, asinum molarium*, unde *molarium* h. l. addi voluerunt Turnebus, Meursius, Vrsinus. In Catone Edd. principes cum Polit. libro habent *molendarium*, recentior Polit. *molendiuarium*.

Sues) Deinceps suûm numerum subulco non attribui, merito miratur Rottboell p. 15. Haras certe decem exstrui iubet infra cap. 14, s. 1; credo, ut eo secludat scrofas eum sua prole. Vniversae enim sues suili includebantur.

Instructa iuga) Editt. principes habent *vasa ollariaque instrumenta habeat. Ahenum unum* etc. Voluerunt dare *vasa oleariaque* etc. Vulgatam Turnebus interpretatur quinque trapeta vel prela ordinaria cum suo instrumento; Gesner vasa coniuncta quinque generum, quae unam synthesin efficiant, et quasi corpus instrumentorum. Enumerare Catonem quinque, *ahenum, operculum aheni, uncos, urceos, infudibula*. Confirmare conatur opinionem suam loco Varronis I, 22, 3, ubi de Catone: *Oliveti iugera CCXL qui coleret, eum instruere ita oportere, ut faceret vasa olearia iuga V, quae membratim enumerat, ut ex aere ahena, urceos, nassiternam, item alia;* ubi Editt. Iuntinae post *olearia* inserunt *instruere*, unde Ba. — G. effecerunt *instructa*. De numero quinario generum vasorum vides Varronem plane adversari Gesneri opinioni, quae et per se est absurda. Ceterum ipse Gesner comparavit locum infra cap. 145, 1, *si sex iugis vasis opus erit* (ad oleam faciundam) *facito*. Sed omisit locum supra cap. III, 5, *in iugera oleti CXX vasa bina esse oportet*; unde difficultas alia oritur, cui nunc immorari non lubet. Infra cap. 12, *in torcularium quae opus sint vasis quinis*; tum numerat prela V, sueulas V, et reliqua item instrumenta numero quinario procedunt, ut adeo fit manifestum, quod ad eum locum monuit Turnebus VIII, 6, ex quoque genere vasorum quinque adesse velle Catonem.

Ahenum) Festus: *Aenulum vas ex aere parvum*. Isidorus: *Enulum, caldarium*. Scaliger ex Glossis posuit: *Aena*, λέβης. Plinius 16, s. 22, cortinas aereas dixit; sed libro 24, s. 68, *cortinae fulloniae* in libris scriptis sunt *unae fulloniae*, id est, *aeneae*, recte interpretante Harduino. Idem 27, s. 66, *ex quibus fiunt aeneae fulloniae*. Eo respexisse suspicor glossae auctorem, qui *aenam* lebetem interpretatur.

Vncos III.) Edd. I. I. G. *urceos* habent, quam lectionem, in varietate omissam errore operarum in Gesneriana utraque, probabat Meursius propter locum Varronis I, 22, ubi est: *ex aere ahenea, urceos, nassiternam*.

bellum polulum, amphoras olearias II. urnam quinquagenariam unam, trullas[p] III. situlum aquarium unum, pelvim unam, matellionem,[q] trullium, scutriscum, matellam, nasiternam,[r] candelabrum, sextarium,[s] plostra[t] maiora III. aratra cum vomeribus VI.

Aldina praefert Meurs. (p) *trulas* I. B. R. (q) *matelionem*, *trulium*, *scuriscum* I. B. Br. R. W. *trullum sc. unum* Ald. et Cod. Paris. qui et *truliam unam ad* habet; *trullium scurriscum* Pol. (r) Ita pro *nassiternam* A. I. I. G. et Po. 2. (s) *sestarium* Pol. I. B. Br. R. *unum* add. hic et alias singularibus editt. aliae; *candelabrum unum*, *sestarium unum* Br. A. (t) *plaustra* I. B. Br. R. (v) Hoc

Polulum) Infra cap. XXI, 3, *laminae polulae*. Infra cap. 14, 2, est *paululam pilam*; sed vide notam. In Epistola Ciceronis ad Famil. XII, 12, pro *paullulum morae* Mediceus teste Victorio habet scriptum * *pollulum*; idem Codex in titulo Epistolarum ad Consulem Paulum habet *Cos. Paullo*. Et in Epistola XI, 7, *Polla* dicitur Paula Bruti uxor.

Quinquagenariam) Quae sextarios 50 contineret, quum urna vinaria dimidiata sit amphora, igitur sextarios 24 contineat. Formam igitur solam in hac amphora olearia spectari, putat Gallicus interpres, quam cum vinaria communem habeat. Ego vero puto, amphoras, urnas, omnesque reliquas mensuras olearias maiores vinariis fuisse. Hinc amphorae additur epitheton oleariae; ita infra c. 13, sextarium olearium appellat. Modium olearium pariter maiorem fuisse, suspicio est Galli Bernard, posita ad caput 144, cui robur hinc accedit.

Trullium) Iterum c. 11, s. 2. Sed ibi trulla I et trullium est, in Polit. vero *trulleum*. Cap. 13, 2, trullas aheneas 3 ligneas duas nominat. Varro de L. L. IV, p. 30, trullam recte derivat a graeco τρυβλίον. Scilicet *trua* est, quod graece τρύψ dicitur, quo usus est Nicander in Alexipharmacis, instrumentum coquorum, in quo usu nominant Graeci ζωμήρυσιν. Praestat igitur scriptum non geminata liquida. Vsum trullae et trullei docet Varro et ex eo Gesneri Thes. L. L.

Scutriscum) A scutra capitis 157 derivat Popma *scutulam* et *scutellam*, patinae maioris genus interpretatus. Scutram ligneam ex Lucilio annotarunt Grammatici.

Nasiternam) Hic et in Varrone I, 22, cum Victorio Gesner peiorem formam *nassiternam* posuit, etsi in Indice postea nostram recte probavit cum Scaligero ad Festi glossam: *nassiterna est genus vasis aquarii ansati et patentis*: et Perizonio Animadvv. Histor. c. 9. Hic quidem monet, in numo esse *Nassica* pro *Nasica*, dicique nasiternam non a tribus nasis, quod cum Turnebo VII, 22, putaverat Scaliger, sed ut cisternam a cista, et simpliciter vas ansatum ita significari. Verum Gesner nasum in vase hoc non ansam, sed tubulum additum seu orificium interpretari malebat; nescio qua de caussa; quum nasiterna vas patens sit, et nasos Vatinianis calicibus Martialis, quatuor nasos calici Iuvenalis assignet.

iuga cum loris ornata III. ornamenta bubus VI. irpi-
3 cem[x] unum, crates stercorarias[y] IIII. sirpeas stercorarias[z] III. semuncias III. instrata asinis III. ferramenta,

pro vulgato *urpicem* dedi ex B. Br. R. Paris. (x) *stergerarias* I. Br. Wr. *grates sterg.* P. *scirpeas* deinceps I. I. G. A. (y) *sestercenarias* I. B. Br. R. Wr. *stercorarias* P. (z) *stramentaria ferrea* I. B. R. Br. *setamentaria ferrea* W. *ferra-*

Irpicem) Ita recte Edd. B. R. Vulgo *urpicem*. Festus: *Irpices genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris.* Varro L. L. IV, 31: *Irpices regula* cum pluribus dentibus, *quam item ut plaustrum boves trahunt, ut eruant quae in terra sunt.* Servius Virgilii Georg. I, 95, *vimineasque crates trahit* interpretatur: *ad agrorum scilicet exaequationem, quam Irpicem rustici vocant.* Haec ad h. l. Meursius. Crate inducta coaequare glebas dicit Columella II, 18, 4; quod graece est διὰ βοῶν σκάλλειν Geoponic. II, 24. Itaque irpices hominis manu reguntur, crates a bobus trahitur. Varro quasi *sirpices* dictos putabat; Scaliger a graeco ἁρπαγή derivat, et locum Euripidis in Cyclope affert: σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπαγῇ δόμους. Idem locum Hesychii annotat: ὀξίνα ἐργαλεῖόν τι γεωργικόν, σιδηροῦς γόμφους ἔχον, ἑλκόμενον ὑπὸ βοῶν. Itali hodieque latinum nomen servant *Erpice* et *erpicare* vocantes, unde Crescentius cum alibi tum libro III, c. 15, usus est, ubi tamen utraque mea Editio habet: *expexe de quibusdam spinis facto semen operiatur.* Ita et alibi habet *expexe* pro *erpice.* Medio aevo *erpicam* dixere. Vide Cangii Glossarium in *Erptia*, ubi Vgutio grammaticus derivat *erpicam* ab *arpe quod est rapere.* Ita fere Scaliger. Gesner urpicem praeferebat.

Crates stercorarias) Cod. Paris. *crates duas, sterc. IV*, Varro I, 22, 3, ex h. l. instrumenta ex ligno refert *plostra maiora tria, aratra cum vomeribus sex, crates stercorarias quatuor, item alia.* Ceterum recte monet Turnebus VII, 22, singulis bovum iugis duo aratra cum vomeribus adsignari. Infra c. 11, iugeris vineae C totidem crates, sed unam modo sirpeam assignat. Alteruter numerus vitiosus est. Ῥιπίδα κοπραγωγὸν ex Cratete comico habet Pollux X, 175. Ceterum recte h. l. edd. primae cum Polit. bis praeferunt *stercerarias*. In Sangermannensi Columellae Codice semper *sterceris* scriptum exstare, monuit Abr. Gronov. et locum Martiani Capellae addidit III, p. 81: *Item veteres stercera-tos agros dicebant, non stercoratos.* Scilicet illi *temperi, temperius, foeneri, pigneri* et similes formas frequentabant. *Pigneri* habet noster c. 149, sect. 2. Foeneratorem servarunt in usu vulgati libri editi Scriptorum veterum.

Semuncias) Sirpeas minores interpretatur Turnebus VII, 22; clitellas minores parte dimidia Popma, consentiente Gallico interprete Scilicet Turnebus ex Glossis apposuit: καυθήλιον *semuncia.* Eandem glossam transtulit Salmasius ad locum Planti Epidico V, 11, 1; ut *copulas secuncias* interpretaretur copulas, quibus clitellae religantur in mulis clitellariis. Scilicet malebat *copulas semuncias*, id est semunciarias legi.

Ferramenta) Varro I, 22, ex h. l.

ferreas VIII. sarcula VIII. palas IIII. rutra[a] V. rastros quadridentes II. falces foenarias III. stramentarias VI. arborarias V.[b] secures III. cuneos III. fistulam[c] farrariam I. forpices[d] II. rutabulum I, foculos II. dolia olea- 4
ria C.[e] labra XII, dolia quo vinaceos condat X. amurcaria X. vinaria X. frumentaria XX. labrum[f] lupinarium

menta furcas ferreas A. Iunt. G. (a) *rastra quinque, furculas quadrid.* W. I. B. R. Br. (b) numerus abest et iungitur cum *secures* W. I. B. R. Br. (c) *fiscellam farinariam* W. I. B. R. Br. *ferrariam* Pol. 2. (d) *forcipes* a. V. (e) *oliaria decem: labra totidem, dolia quis* a. Vict. nisi quod Brusch. *dolea olearia* habet. (f) *labrum* abest W. I. B. R. Br. (g) *acsteroias sex* W. I. B. R. Br. *aerias* z. Pol.

sic de ferramentis, quae sint et quot opus ad multitudinem, ut ferreas octo, sarcula totidem, dimidio minus palas, item alia; ubi Edd. principes habent *furcas ferreas,* Polit liber *furcas rectas.* Vides unde h. l. in Edd. I. I. G. venerit *ferramenta furcas ferreas,* Victorius, qui h. l. in Codice suo *furcas* non reperit, ad alterum locum eandem observationem referri voluit, ubi similiter *furcas* delevit. Videtur igitur liber Polit. diversus esse a Victorianis. Equidem cum Gesnero probo *furcas ferreas.* Ceterum quae deinceps nominantur instrumenta usque ad dolia, ferramentis annumerat Cato. *Furcas* h. l. omittit atiam Codex Caesenas, teste Pontedera. Vide ad c. XI, 4. Forte etiam ad palas referre possis. Ceterum Pontedera malebat: *palas VIII, rutra X.*

Arborarias) Varro L. L. IV, p. 33, *falces — in Campania seculae a secando dictae — aliae falces foenariae, et adoreae* (alii *arboreae*) *— lunariae sunt, quibus secant lumecta, cum in agris serpunt spinae — sirpiculae — his utuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas.* Lumecta dicuntur a graeco λύμη, nocumenta agrorum, spinae.

Secures III) Pontedera malebat proportione alterius agri: *secures VI, cuneos VI.* In Codice Paris. *stramentaria VI. arboraria secures III.*

Fistulam ferrariam) Lectionem Edd. principum *fiscellam farinariam* repudiat ferramentorum reliquorum societas. In Polit. 2 est *ferrariam*, aeque male. Comparavit Gesner locum Plinii XV, s. 23: *Etruria spicam farris tosti pisente pilo praeferrato, fistula, ..rata, et stella intus denticulata;* quem accuratius interpretatus est Io. Becmann *Geschichte der Erfindungen* T. II, p. 3. Deinceps Cato sect. 5, pilum farrearium unum inter lignea vasa memorat, ubi Gesner pilam substitui voluit. Vide omnino de modo pinsendi farris ad Varron. I, 69.

Forpices) Vulgo *forcipis.* Vide ad cap. XI, 4.

Vinaceos condat) Pontedera malebat *condas*, ut infra *secernas* vel *succernas.*

Amurcaria) Varro I, 61: *amurcam periti agricolae tam in doliis condunt quam oleum aut vinum.* Ceterum Pontedera ex numero hoc arguit paulo antea etiam cum Edd. principibus scribendum esse *dolia olearia* X. Sed eaedem numerum labrorum exaequant doliis oleariis et vinaceorum.

unum, serias[g] VI. labrum eluacrum[h] unum, solium unum, labra aquaria II.[i] opercula doliis, seriis priva plura,[2] molas asinarias unas, et trusatiles unas, hispanienses unas, molilia[l] III. abacum I. orbes aheneos[m] II. mensas II. scamna magna III. scamnum in cubiculo

(h) *vinaticum* a. V. *vinacium* W. *eluacrum* Pol. 2. (i) *quinque* a. V. forte fuit *u* quod alius legit *ū*. Deinceps *et seriis* Ald. (2) *plura* abest Pol. (l) *mobiliacum unum*, *orbes* W. I. B. R. Br. *mollilia* I. I. G. A. (m) *aeneos* a. V.

Serias VI) Cap: XI, s. 4, legitur *serias X*, quam lectionem etiam h. l. Polit. liber habet. Lupinarium labrum videtur esse, ubi maceratum lupinum pecori praebetur. Eluacrum etiam c. XI recurrit ex Codd. restitutum a Victorio, quod quid sit, nescio. Forte ab *helua*, *heluela*, *heluella* oleris genere *eluenacium* dictum fuit, ut lupinarium. De helua vide ad Varron. II, 5, 8.

Priva plura) Pontedera cum Polit. libro omittendum censet *plura*, veluti ex nota vocabuli *priva* ortum. Ita iudicaverat etiam Meursius, probante Gesnero.

Hispanienses unas) Diversas igitur ab asinariis et trusatilibus, sed alibi non memoratas. Easdem infra cap. XI in vinea omisit, et rotam aquariam nominavit. Sed rota aquaria haustris aquam e fluvio ministrabat. Hispanienses omisit etiam, qui molarum inventionem et historiam enarravit Io. Becmann. Ad olearem usum molas has non pertinuisse, quod video viros quosdam doctos opinari, docet illud, quod in vinea easdem et totidem (exceptis hispaniensibus) adhibet. Molam buxeam qua piper tereretur ad cibos, memorat Petronius cap. 74, quam *fractilli* nomine indigitavit Isidori glossa. Haec erat manualis.

Molilia) Infra cap. 11, *iugum asinarium I, orbem aheneum I, molile I*, ubi orbium et orbiculorum usum in mola Gesner annotat ex nostro c. 3, 5, sed orbem aheneum, cui fuerit usui, negat se intelligere. Molile interpretatur cum Turnebo Adv. 7, 22, manubrium quo movetur mola, ut a libra est librile. In Thes. L. L. interpretatur instrumentum, quod molae, aut collo boum vel humeris adalligatur, quum trudunt molas. Voluit igitur πανσιχάπην intelligi. Festus: *molucrum non solum quo molae vertuntur dicitur, id quod Graeci μύλικρον appellant — Molucrum aiunt esse lignum quadratum quoddam ubi molatur. — Aelius — eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur. Aurelius Opilius appellat ubi molatur.* Reliquam molae frumentariae fabricam explicatam dedi in Dissert. de Trapeto Catonis.

Abacum) Inter culinaria instrumenta ἄβακα Pollux VI, 90, et palmulorum lancem βαλάνων ἄβακα nominat VI, 86, monente Gesnero in Thes. L. L. qui malebat tamen interpretari h. l. genus mensae sustinendis vasis aliis accommodatum. Eiusmodi abacos aeratos ex Asiatica Gallorum victoria Romam primum invectos a Cn. Manlio memorat Livius 39, 6, et Plinius 34, s. 8.

unum, scabilla [n] III. sellas [o] IV. solia [p] II. Lectum in cubiculo I. lectos loris subtentos [q] IV. et lectos tres communes, [r] pilam ligneam unam, fullonicam unam, [s] telam iogalem unam, [t] pilas duas, pilum fabarium unum, farrearium unum, seminarium unum, qui nucleos succernat [v] unum, modium unum, semodium unum, culcitas [x] VIII. instragula VIII. pulvinos XVI. operimenta X. mappas III. centones pueris VI.

XI. Quomodo [a] vineam iugerum C. instruere opor-

(n) *scabillia* I. B. R. Br. Ba. A. G. Gr. (o) *sellas* I I Pol. (p) *sollia* P. B. R. *urceos* I. I. G. (q) *substentos* I. B. R. Br. (r) *communes* inser. a. V. quod restitui (s) *unam* omitt. W. I. B. R. Br. (t) *telum regale unum* W. I. B. R. *taclum regale* Br. Paris. (v) *secernat* omisso *unum* ante Vict. *quo secernat* Brusch. (x) *culcitras* a. V.

CAP. XI. (a) Vulgo erat initium: *Vinea C iugerum vilicum.* In I. B. Br. R.

Loris) Eiusmodi restes Petronius cap. 97, Glossae Isidori et Scholiastes Iuvenalis vocari aiunt *institas*, monente Popma.

Communes) Ex Edd. primis restitui monente Pontedera; nam in cap. XI est *et tres servos una cum factoribus ubi cubet*; sic enim ibi corrigit Pontedera vulgatam *et tertius servus una cum f. uti cubet*.

Fullonicam) Cum Edd. primis Gesner malebat *pilam ligneam unam fullonicam*, *telam* etc. Ceteras metallo factas fuisse suspicatur. Infra c. XIV, *pilam ubi triticum pinsant*, *unam*, *fullonicam unam*; ubi libri optimi *fulloniam* habent.

Telam iogalem) Hic et infra cap. XIV, ubi est *telas iogales duas* Edd. I. I. G. habent *tedas*, monente Victorio, qui in libris suis omnibus utrobique *telas* reperit. Iugum cui tela imponitur texenda, recte interpretatur Popma. Et sic est apud Senecam Epist. 94 et poëtas.

Pilum) Gesner etiam admonuit scribendum esse *pilam fabariam unam*; *farreariam unam*. Praeterea verba *pilas duas* vitiosa aut supervacanea esse censeo.

Seminarium) Turnebus VII, 22, intelligit pilam seminariam ad cernendos seminum nucleos. Meliora nemo post eum docuit. Huc facit lectio librorum ante Victor. editorum, ubi est: *qui nucleos secernat*, *modium* etc. Vnde Pontedera corrigebat *secernas*, de interpretatione secutus. Vide infra ad cap. 25. Seminarium forte voluit dicere, ubi semen apii pulsabant, quo facto crispius nasci putabatur, teste Theophr. II, 5; Columella XI, 3; Plinio XIX, s. 46. Ceterum verba *qui nucleos — unum* pertinere puto ad verba supra posita de lectis, male huc in alienum locum retracta. De lecti usu ad nucleos secernendos vide notam ad cap. 25.

Cap. XI. *Quomodo vineam*) Cum Pontedera lemma Codicis Polit. praeposui huic capiti, nisi quod ibi est *instituere oporteat*. Lemma antiquum verbum aptius *instrui* habet. *Viniam* retinuit Pontedera ex Polit. pro *vi-*

tet: vilicum, vilicam, operarios x. bubulcum I. asinarium I. salictarium[b] I. subulcum I. Summa[c] homines[d] XVI. boves II. asinos plostrarios II. asinum molarium I. vasa torcula[e] instructa III.[f] dolia V. ubi[g] vindemiae esse possint, culleum[h] DCCC.[i] dolia[2] ubi vina-

lemma est: *Alia institutio quot et quibus conservis et operibus institui villicum oporteat. Villicum villicos operarios et opera haec in iugera plura oportet habeat: Bubulcum unum* etc. A. Iunt. G. *Vineam centenum iugerum habere oportet villicum villicam* etc. *Vinea centenum iugerum, Villicum villicam.* Po. 2. Lemma W. *Alia item habenda a Villico. Villicum villicos.* Lemma Polit. *Quomodo viniae Iug. C. instituere oporteat. Vilicum, vilicam.* (b) *salictarium* I. omitt. ante Victor. (c) *opilionem unum: stabularios quatuor: boves duos: et asinos* etc. I. B. R. Br. W. (d) *hominum* I. I. G. *hominum XV.* Aldina. (e) *torcularia* I. I. G. A. (f) *quattuor* I. B. R. W. (g) *dolia IV.* I. B. Br. R. Wr. numerum omitt. Ald. Iunt. G. et habent *dolia cum operculis, ubi.* Nostra lectio est a Victorio quam ex Medic. interpolavit Gesner, ubi esse dicitur: *dolia. Vbi quinque vindem.* (h) *culeum* I. B. R. W. Br. *culeorum* A. Iunt. G. (i) *Sexcentorum* W. I. B. R. Br. *octingentorum* I. I. H. A. Ba. *octuginiorum* Gr. G. (2) *minora decem*

neam. In Codice Gronovii est *instruere.* Codex Paris. incipit: *Villicus villicos operarios et opera haec in iugera plura oportet habeat; bubulcum I.* plane ut Edd. primae.

* *Salictarium*) Varro I, 18: *Alteram formulam scribit de vinearum iugeribus centum, ut dicat haberi oportere haec, XV mancipia, villicum, vilicam, operarios X, bubulcum, asinarium, subulcum.* Omisit igitur salictarium Varro, etsi in vetere Codice Vrsinus nominatum reperisse se salictarium unum testatur. Salictarius videtur dictus, qui salices caedit ad usum vineae. Ceterum editiones ante Victorium vulgatae *salictarium* similiter omittunt, I. B. R. addunt opilionem, et stabularios quatuor, summa hominum omissa. Opilionem in formula oliveti cum Catone nominavit etiam Varro, in vinea omisit.

Boves II) Turnebus interpretatur binos, id est duo iuga, ut cap. 10, boves trinos. Sed ecce Varro I, 19, 3, qui ea h. l. refert: *in vinea iugerum C iugum boum asinorum iugum, asinum molarium;* unde vanam esse Turnebi interpretationem, recte admonuit Gesner; etiam bubulcus unus nominatur.

Torcula) Varro I, 22, ex h. l. habet *torcularia* sine varietate, ubi Vrsinus *torcularia* rescribi voluit. Turnebus interpretatur tria pressoria in torculari uno adhibenda.

Dolia V ubi — possint) Pontedera legit: *dolia ubi quisque vindemiae esse posint, culeum DCCC ... opercula doliorum et tectaria priva.* In Cod. Polit. et Caesen. *dolia ubi quinque vindemiae esse possint* culeum DCCC; unde *quisque* effecit interpretatus cuiusque anni seu vindemiae. Feminino genere esse *quisque* apud Plautum Poenuli Prol. 106. Verum de genitivo *quisque* pro *cuiusque* dubitationem non exemit; *tectaria* ex Polit. Caesen. et S. Repar. Codicibus restituit, tegumenta interpretatus.

Culleum) Quum in agro cis Ariminum in singula iugera dena cullea

ceos condat, xx.[l] frumentaria xx. opercula doliorum. 2
et tectoria[m] priva.[n] Vrnas sparteas[o] vi. amphoras

ins. I. B. R. W. Br, *item* ins. A. I. I. G. (l) XX. deest I. B. R. W. Br. (m) *tectu-ria* Pol. (n) *parva plura urn.* I. B. R. W. *parva plura. urnas* Br. (o) *sparteas*

vini fierent et in agro Faventino iugerum tricenas amphoras seu culleos quindecim redderet aetate Catonis, quod ex eius Originibus refert Varro I, 2, 7, quumque apud Plinium 14, s. 5, idem Cato (eodem Originum, ut recte censet Gesner, loco) denos culleos redire ex iugeribus scripserit, non immodicum proventum positum hic a Catone credere licet octonum culleum in iugerum. Hic igitur culleorum numerus uni vindemiae sufficiebat. Quid igitur Varroni venit in mentem mirari: *tantum numerum culleorum scripsisse puto ne cogeretur quotannis vendere vinum?* Gesnero quidem errasse memoria falsus Varro videtur, nec probat Turnebum VII, 23, qui Varronem secutus numerum *quinque* omittit. Equidem puto, in libro Catonis eo, quem Varro legerat, defuisse verba *ubi quinque vindemiae esse possint*; alioqui numerum eum culleorum, qui uni vindemiae, quae in iugerum culleos octonos redderet, sufficiebat, non esset miratus in Catone. Praeterea in Catone mirum mihi accidit, in priore vineae modo simpliciter positum esse doliorum vinariorum numerum, nulla ratione proventus edita vinarii, hic vero subito rationem octonariam proventus in culleorum numero edi, doliorum numerum omitti. Certe nec antiqua Victorii lectio, nec ea, quam Gesner ex libro Mediceo posuit, disputationi Varronis convenit; igitur is aliam lectionem in Catone secutus est, aut plane lapsus est, quod in re tam levi vix credere licet. Interim lectionem antiquam restitui, urgente Pontedera. Plane enim inepta et a Catonis doctrina aliena est ea, quam intulerat Gesner.

Dolia) Varro l. c. *dolia cum operculis culleorum octingentorum, acinaria XX, frumentaria XX, item eiusmodi alia — tantum numerum culleorum scripsisse puto, ne cogeretur quotannis vendere vinum.* Victorii lectionem *dolia V, ubi vindemiae* ex Mediceo mutavit Gesner. In minore enim vineae modo cap. X, dolia vinaria X, totidemque acinaria posuit Cato, quare Pontedera h. l. malebat *dolia XX* scribi, quoniam totidem acinaria dolia ponuntur. Idem in Curis sec. recte monuit, inepte dici Catonem dolia tot parare, ubi quinque vindemiae esse possint, et pro doliorum multitudine cellam vinariam aedificare. Is enim patremfamilias vendacem esse oportere statuit. In alterum annum saepe expedire vinum servare, si vilitas sit; sed quum nova vindemia urget, vel vili distrahendum est, ut pendens condamus. Quare Victorianam lectionem restitui, quanquam numerum Pontederae malo.

Tectoria) Veteres Edd. habent *parva plura*; quae lectio vitiata est ex *priva plura*; tectoria Gallus interpretatur: *et de quoi les enduire toutes.* Sed tectorium parietum novi, quod in operculis doliorum locum non habet; nec ita dixisset Cato *tectoria priva.* Igitur dubius haereo.

Vrnas sparteas) Ad vinum metiendum accommodatas esse, ne frangerentur, si fictilis essent, putat Tur-

sparteas IIII. infidibula[p] II. cola vitilia[q] III. cola, qui[r] florem demant, tria, urceos mustarios decem. plostra duo. aratra duo. iuga[s] plostraria duo, iugum[t] vinarium I. iugum asinarium I. orbem[v] aheneum I. molile[x] I. aheneum, quod capit[y] culleum unum. operculum aheni unum, uncos ferreos III. ahenum cocu-
3 lum,[z] quod capiat[a] culleum,[b] urceos aquarios II. Am-

deest I. B. R. *sparteas* W. (p) *infundibula* a. V. *infudibula* M. Po. 2. (q) *vinaria* I. B. R. W. Br. (r) *quis vel queis* a. V. (s) Ita Edd. ante Victor. qui *iugum plostrarium* I. dedit. (t) *iugum vinarium unum* des. a. Victor. (v) *orbem aheneum* I. desunt I. B. Br. R. I. I. G. (x) *ahenum unum mobile quod* I. B. R. Br. *aenum unum* etc. W. *mollile unum, ahenum, quod* I. I. G. A. (y) *capiat culeos triginta* a. V. *capiat culleos* I. Pol. (z) *aliud* a. V. (a) *capeat* Pol. (b) *culeos*

nebus, quem secutus Gesner addit easdem pice undique oblitas et firmatas fuisse. Advocat huc ex Columella XII, 18, 2, *fiscellae texendae et picandae*. Quid si sparto sirpatas urnas fictiles interpretemur? de quo sirporum et sparti usu dixi ad Columellam VIII, 15. Addo locum Nonii: *obba poculi genus vel ligneum vel ex sparto.* Hesychius: *πυτίνη· πλεκτὴ λάγυνος οἴνου· ἔπλεκον δὲ ταῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ δεσμῶται καὶ σπυρίδας καὶ τὰ τοιαῦτα.*

Cola vitilia) Maiora haec interpretatur Gesner, per quae mustum universum traiiciatur.

Florem) Ne pessum eat et vitiet saporem, saepius tolli iubet Columella XII, 30, 1, qui cap. 19, colis etiam musti spurcitias redundantes purgat.

Iuga plostraria duo) Veterem lectionem restitui, probante Gesnero, qui monet ex c. 62, quot iuga boum mulorum asinorum habebis, totidem plostra esse oportere. Modo verba is sequentia interpretatus fuisset!

Vinarium) *Molarium* coniecit Gesner legendum esse; Gallicus interpres iugum boum molae iungendorum ineptius interpretatus est. Quid si *mularium* scripserit Cato? Mulos enim cum asinis et plostris nominavit cap. 62. At mulos in instrumento non nominavit! Nunc mihi persuasi Catonem antiquo more scripsisse: *iugum bovinarium I, iugum asinarium I.* Atque ita apparet, formam iugi asinarii diversam fuisse a bovillo, contra atque ex vulgata lectione colligebat Scheffer de Re Vehic. I, 11. Vulgatam lectionem utcunque defendit Rottboell p. 15.

Orbem aheneum) Edd. principes omittunt; quis ahenei orbis usus ad molam fuerit, ignorare se fatetur Gesner. At supra cap. X, 4, post molarum mentionem posuit orbes aheneos II, nec constat ad quem usum.

Molile I) Postea molas asinarias III vulgata lectio et trusatiles unas memorat; quodsi etiam mecum duas modo inde effeceris, ut oportet, molilia saltim duo requiruntur. Supra c. X ad tres molas ponit molilia totidem.

Coculum) Ex libris suis hoc dedit Victorius, Festi loco addito, ubi est: *Coccla vasa aenea coctionibus apta.*

phoram,[c] nasiternam I. pelvim I. matellionem[d] I. trullium[e] I. situlum aquarium I. scutriscum,[f] trullam, candelabrum,[g] matellam,[h] lectos IIII. scamnum[i] I. mensas II. abacum[k] I. arcam vestiariam I. armarium promptuarium[l] I. scamna[m] longa VI. rotam aquariam I. modium praeferratum[n] I. semodium[o] I. labrum eluacrum[p] I. solium.[q] labrum lupinarium I. serias[r] x. Ornamenta bobus[s] II. ornamenta asinis instrata[t] III. se- 4

decem et operculum: urceos I. B. R. G. Brusch. Ald. (c) *amphoram* om. P. Gronn. H. G. *nasiternam* ex I. B. Br. R. Ald. Iunt. dedi pro *nassiternam* et post *amphoram* comma cum iisdem posui. (d) *matelionem* I. B. R. Br. (e) *trulum* I. B. R. Br. *trullum* I. I. G. A. *trulleum* P. (f) *trulum scutriscum unum: candelabrum* I. B. R. Br. *trullum scutr.* I. I. G. A. (g) *unum* add. I. B. R. I. I. G. Br. (h) *matellam, lectos quatuor* desunt I. B. R. W. Br. (i) *scannum* P. I. B. R. Br. (k) *abacum* I. deest Br. W. *scabilia quattuor* I. B. R. Br. *abacum unum, scabillia quatuor* I. I. G. A. (l) *promptarium* P. (m) *scanna* P. I. B. R. Br. (n) *perferratum* I. B. R. Br. (o) *solium unum* ins. a. V. (p) *vinarium* a. V. (q) *solium* deest a. V. *solum* P. (r) *storias* Wr. (s) Numerum addidi, latentem in lectione Edd. a. Vict. ubi est *bobus et asinis*. Pol. omittit etiam ipsum hoc *et*. (t) *sua* Wr. (v) *semuncias tres: sportas faecarias tres* desunt I. B. R. W. Br.

Trullium) Cato noster apud Festum: *Nassiterna est genus vasis aquarii ansati et patentis — Cato in ea oratione quam composuit in Q. Sulpicium: quotiens vidi trullos, nassiternas, perfusos aqualis matellas sine ansis*, ubi Scaliger corrigit: *pertusos aquales*. Idem Festus: *matellio diminutivum a matula*.

Rotam aquariam) Quae aquam, ex fluvio haustam, subministret; ne de mola cogites.

Ornamenta bobus II) Ita recte scribendum esse monuit Pontedera; boves enim duos supra nominavit, plostra duo et aratra duo. Similiter cap. 10, boves sex numerans; deinceps posuit *ornamenta bobus sex*. Scilicet Edd. ante Victorium vulgatae habebant: *ornamenta bobus et asinis*. Liber Polit. *et* omittit praeterea, quod manifesto ortum fuit errore librari: ex numero II. Ornamenta asinis negant Meursius et Gesner.

Asinis in strata III) Asinos plostrarios initio posuit, unum molarium. Similiter cap. 10, asinos clitellarios tres, unum molarium ponens, deinceps *instrata asinis III* edidit. Itaque molaribus instrata non habet. Vitium ergo est in vulgata lectione huius loci. Praeterea dubito an asinis plostrariis instrata conveniant, ut clitellariis; ornamenta certe conveniunt et molario clitellario et plostrario. Et tamen Editiones principes cum Codice Polit. *ornamenta* tribus his asinis negant, *instrata* permittunt. Instratum asini est σάγμα, equi στρῶμα. Stratum equi habet Seneca Epist. 81, et Plinius VII, 56, asini Petronius cap. 45, mulae a centunculis diversa Livius VII, 4.

muncias[v] III. sportas faecarias III. molas asinarias unas,[x] trusatiles[y] unas. Ferramenta,[z] falces vineaticas[a] VI. sirpiculas[b] V. falces silvaticas[c] V. arborarias[d] III. secures[e] V. et [f] cuneos[g] IIII. vomeres ferreos[h] X.[i]

(x) Ita I. B. R. Br. vulgo erat III. (y) *molas unas trusatilis ferramenta* P. et Gronov. (z) *ferramenta* deest I. B. R. W. Br. (a) *serrulas* I. B. R. *surculas* W. *vineaticas sex* deest P. et Gronov. (b) *scirpiculas* V. deest I. B. R. Br. W. *sirpiculas* P. et Po. 1 et 2. (c) *Quattuor: et* I. B. R. W. V. I. Pol. Br. (d) *totidem* I. B. Br. R. W. *rusticarias decem* add. A. Iunt. G. *arborias* Cod. Gronov. (e) *quattuor* I. B. Br. R. W. (f) *et* om. P. et Gronov. (g) *totidem* I. B. Br. R.

Faecarias) Fiscinas olearias campanicas; quibus in vino faecato utitur Cato c. 153, comparat Gesner.

Asinarias unas) In oliveto iugerum CCXL, quod exercent homines XIII, trusatiles unas, asinarias unas ponit, addit etiam hispanienses unas. Restitui igitur numerum Edd. principum; nisi malis hispaniensium molarum loco additas duas asinarias fuisse in numerum hominum XVI. At enim asinum molarium unum supra nominavit, iugum unum asinarium et molile.

Vineaticas VI) Infra XL numerat.

Sirpiculas) Ita cum Popma ex libris Pol. scripsi pro *scirpiculae*. Varro L. L. IV, p. 33, inter genera falcium: *Sirpiculae vocatae a sirpando, id est ab alligando. — his utuntur in vinea alligando fasces, incisas fustes, faculas; has phancillas Chersonesice dicunt fasces.* Sed Varronem in etymologia et usu sirpicularum aberrasse, et hic locus docet Catonis, et recte monuit Salmasius ad Solinum c. 35, p. 414, dictas fuisse olim *sarpiculas* a sarpendo. Festus: *Sarpta vineta putata, id est pura facta, unde et virgulae abscissae sarmenta. Sarpere enim antiqui pro purgare dicebant.* Ita esse in Duodecim tabulis monet *Sarpuntur vineae.* In Palladio I, 43, 2, *sarpam* substituit *serrae* Codex Polit. ubi Gesner recte locum Festi et graecum ἅρπη comparavit. Schoettgen ex Radulfo Ardente Dom. Septuag. p. 190 affert: *sarmenta vitiorum sarpa correctionis avellamus.* Idem tamen in Communi Apostol. p. 400, *sirpa discretionis putavit.* Suspicor igitur, ex sarpa vulgi rustici consuetudine corruptam fluxisse vocem *sirpiculae.* Galli hodieque utuntur vocabulo *serpe.* Ceterum Varro I, 22, ex h. l. refert sic: *Item sic de ferramentorum varietate scribit permulta et genere et multitudine qua sint, ut falces, palas, rastros; sic alia, quorum nonnulla genera species habent plures, ut falces: nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticae opus esse sex, sirpiculae V, silvaticae V, arborariae III, et rustariae X;* ubi ante Victorium similiter *scirpiculae* legebantur. De sarmento, a sarpendo ducto, vide ad Varron. I, 31. Abr. Gronov. putabat *sirpiculas* h. l. esse sirpices seu irpices, genus rastellorum.

Arborarias III) Edd. I. I. G. hic inserunt postea omittendas *rusticarias decem.* Victorius ipse Varronem putabat h. l. positas reperisse olim ruscarias, sed in libris scriptis infra collocatas testatur Victorius. Ceterum Pontedera corrigit *arborarias XI*, ut numero operariorum conveniant, ut cap. 10.

Secures V) Pontedera *secures VI*,

palas[k] VI. rutra[l] quatuor, rastros quadridentes[m] II. crates stercorarias IIII. sirpeam[n] stercorariam[o] I. falculas[p] vineaticas[q] XL. falculas[r] rustarias[s] X. Foculos[t] II. for-

W. (h) *ferreas* P. et Gronovianus. (i) *sex* I. B. R. W. Br. (k) *palas VI.* deest I. B. R. W. Br. (l) *rastra* I. B. R. W. Br. (m) *sex* I. B. R. A. I. I. G. Br. (n) *scyrpeas* I. B. R. Br. *scirpeas* W. *sirpiam* P. *scirpeam* I. I. G. A. (o) *stercorariam unam* omitt. I. B. B. W. Br. *stercorariam* Ba. *stercoream* Gy. (p) *faculas* P. W. I. V. Br. *falculas vineaticas XL. falculas ruscarias X.* desunt I. I. G. A. (q) *vinaticas viginti* I. B. R. W. Br. *viniaticas XL.* P. (r) vide lit. p. *et* pro *falc.* habet Brusch. (s) *rusticarias* I. B. R. Br. (t) *forcipes duas, foculos duos* I. B. R. Br. I.

et deinceps *cuneos VI* mavult, quoniam cap. X, operariis quinque ponit securos tres et cuneos tres.

Vomeres ferreos X) Aratra duo cum duobus bobus posuit supra; in oliveto cap. X boves senos, et aratra cum vomeribus VI, posuit; igitur numerus vomerum h. l. vitiosus esse videtur. In Polit. est *ferreas*, et deinceps in Edd. primis *sex*. Vomeres ferreos cur nominet non video; neque enim ligneos fuisse puto. In oliveto cap. 10 est: *ferramenta, ferreas VIII, sarcula VIII, palas IV, rutra V, secures III, cuneos III*, ubi libri alii non contemnendi *furcas ferreas* habent. Scribo igitur h. l. *vomeres II, ferreas X*, et sic video etiam Pontederam coniecisse.

Palas VI) Farreas intelligo, nam ligneas deinde nominat plures. Ceterum Pontedera mavult legi *palas VIII*. Cap. enim 10, operariis V, dantur palae IV.

Rutra IV) Pontedera mavult X, supra enim operariis V, attribuuntur quinque.

Crates stercor) In oliveto iugerum CCXL, supra cap. 10, totidem crates, sed unam tantum sirpeam ponit; alteruter igitur locus vitiosus est in numero. Praeterea Varro I, 22, aperte utrumque instrumentum ligneum esse docet; h. l. male inter ferramenta est, quod recte vidit etiam Gesner.

Vineaticas XL) Edd. I. I. G. plane omittunt; I. B. B. viginti numerant. Supra VI numeravit, numero aperte vitioso. In Varronis loco Victorius et libri vetusti scripturam *opus esse exi*, ita interpretatur, ut inde efficiat numerum XL. Contra Pontedera numerum vulgatum nimis magnum censet esse, et ex lectione Polit. CXI (ita enim interpretatur) efficit numerum XI, qui operariorum numero respondeat; esse enim decem cum salictario.

Ruscarias) Sunt quas Varro L. L. IV, p. 33, *lunarias* appellat, quibus secant lumecta seu spinas. Runcones Palladius I, 43, ubi similiter ut h. l. et in Columella XII, 18, libri optimi *faculas* habent. *Falculas* h. l. probavit Turnebus Advers. VII, 23, et revocavit Gesner. In Varrone I, 22, ex h. l. ante Victorium referebantur *rusticariae*, quod h. l. editiones principes habent. *Rustariae* ex Codice vetere probat etiam Vrsinus, interpretatus, quibus rubi secantur. Addit locum Festi in *Rustum*, sed lacunosum. Rustariae, si bene habent, antique dictae pro ruscariis, quibus rusci exscinduntur; unde *ruscare* verbum. Victorii emendationem h. l. recte posuit Gesner, in Varronis loco operae eius videntur errasse. — *Falculas ru-*

pices II. rutabulum,[v] corbulas[x] Amerinas[y] xx. quala[z] satoria[a] VII. alveos[b] XL. palas ligneas[c] XL. lintres[d] II.[e]

I. G. *forcipes duas*, *foc.* I. I. W. *foc.* 2. *forcipes* 2. Pol. (v) *rutabulum* omitt. Wrat. (a) *corcubulas* W. *corabulas* Pol. (y) *quattuor: viginti* I. B. R. Br. *amennas IIII.* Cod. Paris. *amerinas, viginti*; Iuntt. (z) *Lasataria* W. vulgo *sataria* est. (a) *vel* I. B. R. W. Br. (b) *alucos triginta* W. (c) *treginta* W. *pala ligneas* Gronov. (d) *luntres* P. *lectos* W. (e) *duas* I. B. R. *duos* I. I. G. Br. *quattuor*

scarias) *Falculas rustarias* Pontedera ex Polit. Codice et Vrsini, Gronov. Meurs. recte restituit, eiecto *ruscarias*. Ruscum Festo esse rubum; falculas rustarias esse, quas Palladius I, tit. 43, *runcones*, vulgus Italorum *ronconi* vocet. Ruscum humillimum fruticem nullibi segetibus molestum in mareriis et sepibus per colles nasci, et quum exstirpatur, ligonibus a radice effodi. Hinc in Virgilii Ecl. VII, vers. 42, *horridior rusco* vitiatum esse ea *rusto*; rusco enim solum folium in acumen finiri. Similiter Georg. II, 413, *aspera rusci vimina per silvam* mutanda esse in *rusti*; nulla enim rusco esse vimina. Ex vitioso Virgilii loco Columellam censet X, 374, duxisse: *sepes nunc horrida rusco prodit:* Neque enim tenerum rubi germen edule, ut rusci; contra ruscum non spinis horridum neque hirsutum esse.

Forpices) Supra cap. X, 4, ante Victorium similiter erát *forcipis*; et sic h. l. habet etiam Pol. liber. Vóssio, vocem damnanti, Gesneri Thes. opponit auctoritatem Cassiodori Orthogr. cap. 4, et Isidori XX, 13, qui forpirem tonsori, forfirem sartori attribunnt. Deinde posuit locum Sidonii Carm. XV, 184, *rupit odoratam redolenti forpice barbam.* Itaque h. l. neutram formam convenire apparet; Cato enim instrumentum tractando igni dicere voluit, quod recte monuit Gesneri Index. Quare *forcipes* unire probo, quod vocabulum Festus, Servius ad Georg. IV, 174, Velius Longus et Isidorus ductum tradunt a *formo*, quod olim pro calido dicebatur, et capere; forficem contra esse ad incidendum. In loco Columellae XII, 43, s. 4, pro *forficibus* Ieuson. habet *forphicibus*, atque iterum sect. 10, ubi Lips. cum Sang. libro *forpicibus* habent. Videtur igitur ex antiquo *forphex* formatum deinceps esse *forfex*. In altero loco Columellae VI, 26, 2, pro *forcipibus* Goes, Lips. *forficibus*, Saogerm. *porficibus* habent scriptum. Differentiam forcipis et forficis docuit etiam Rhodius ad Scribonium p. 93.

Corbulas) Victorius etiam in suis libris *Corabulas*, in Varrone *corbubulas* scriptum reperit, sed recte vulgatam formam tuetur loco Varronis I, 15, et 22. Graeci copbinos maiores, quo uvas colligunt, vocant κανθηλίους, ut est in Geopon. VI, 11. Amerinas, dirit ea salice Amerina, de qua ad Columellam IV, 31, s. 4.

Sataria) Recte Popma legit *satoria* probante Gesnero; unde in ipsa oratione posui.

Lintres) Alias navias dietas, in vindemiae usu, interpretatur cum Turnebo VII, 23, Gesner. Festus: *Navia lignum cavatum ut navis, quo in vindemiis uti solent.* Lintres, in quibus uva portatur, habet Servius ad Virgilii Georg. I, 262. Tibullus I, v, 23, *et mihi servabit plenis in lintribus uvas.*

culcitas[f] IIII. instragula[g] IIII. pulvinos VI. operimenta[h] VI.[i] mappas[2] III. centones pueris VI.

XII. In torcularium[a] quae[b] opus sunt[c] vasis quinis.[d] Prela temperata[e] V. supervacanea[f] III. suculas[g] V. supervacaneam[h] I. funes loreos[i] V. subductarios[2] V. medipontos[l] V.[m] trochleas[n] X. capistra V. assercula[o] V. ubi[p] prela sita sient[q] V. serias[r] III. vectes[s] XL. fibu-

W. (f) *culcitras* a. V. (g) 1 ¦ 1 Pol. hic et alias. (h) *opermenta* Pol. (i) *octo* W. (2) *quatuor.*

Cap. XII. (a) *torcolarium* P. (b) *haec* I. I. G. A. (c) *sint. Vasis* I. B. R. W. Br. *sunt, vasis* I. I. G. A. *sunt. Vasis* Pol. (d) *quinis, praela* a. V. *quinis; prela.* M. Po. 2. (e) *competanea sex* W. (f) *duo* W. (g) *suculas* I. B. R. W: Br. (h) *supervacaneas duas* W. (i) *sex* W. (2) *quatuor* W. (l) *meliponthis* Iens. Br. *melipontis* W. Pol. *mediponthos* B. R. *melipontos* Cod. Gronovian. M. Po. 2. (m) *quinos* W. *quinque* ante V. reliqui. (n) Vulgo V. erat. *trochleas decem* I. B. R. Br. *trochlias* X. P. *troclias* X Cod. Caesenas. numerum X etiam habet Cod. Gronov. *trocleas* I. I. G. A. *Trochias denas* W. (o) *quina* W. (p) *limplasica sient* I. R. Br. *bimplasica scient* Bo. *bipartita fient* W. *Bipraela sita sient* Pol. (q) *quinque* om. W. (r) *serias* 3. deest W. (s) *vertes senas, fibulas*

Culcitras) Cap. X, hominibus XIII, posuit culcitas VIII, instragula VIII, pulvinos XVI, operimenta •I, mappas III, centones pueris VII, unde numeros huius loci vitiosos esse pro portione et numero hominum arguebat. Locus est Lucillii apud Nonium p. 17, b. *Culcitulae accedunt privae centonibu' binis.* Vnde scriptura huius loci *culcitas* defenditur, et si licet inde arguere de numero culcitarum, putem, tres sufficere centonibus sex.

Temperata) Gallus *arbres de pressoir montés.*

Cap. XII. *Vasis quinis*) Lemma Victorianum habebat: *Quomodo vasa torcula V iugerum instruere oporteat*, certatim emendarunt viri docti, sed recte cum Pontedera abesse iussit Gesner.

Supervacanea III.) Cum Gesnero Gallicus Interpres unum supervacaneum relinqui vult; totidem enim suculis unam supervacaneam attribui.

Suculas) *Trevils* Gallo. Vide ad cap. 19.

Subductorios) *Cinq cordes de retraite* Gallo, qui melipontos vertit *cables d'abatage.*

Trochleas X.) Recte Pontedera numerum vulgatum V, ex cap. 3, emendari iussit, addicentibus optimis libris.

Capistra) *Dix cordes à mettre à la tête des leviers pour les rabattre.*

Assercula) *Cinq solives pour mettre en pied droit sous les arbres en leur repos* Gallus. Sic et Turnebus VIII, 6, comparato capite infra 152. Deinceps serias sex malebat Gesner poni, quo melius reliquis responderent.

Vectes XL.) Pontedera secundum proportionem cap. 3, corrigit XXX, et deinceps *fibulas LX*, consentiente Gallo. Contra Gesner malebat *vectes VI.* Meister vulgarem numerum defendi posse monet ex eo, quod infra cap. 19, suculae sena foramina Cato indit; quibus induntur vectes quino-

las XL. confibulas[t] ligneas, qui[v] arbores comprimat, si dishiascent,[x] et cuneos VI.[y] trapetos V.[z] cupas minusculas X.[a] alveos X.[b] palas ligneas[c] X. rutra ferrea[d] V.

XIII. In[a] torcularium in[b] usu[c] quod opus est.[d] Vrceum, aheneum[e] I. quod capiat quadrantalia[f] quinque, uncos ferreos tres, orbem aheneum[g] unum,

quaternas, W. *fibulas XI. vectes XI.* I. B. R. I. I. G. (t) *constibules* W. *constibilis* Pol. Gronov. (v) *quis* I. B. R. W. Iuntt. Br. *queis* H. A. Ba. Gr. G. (x) *dehiscent* I. B. R. A. I. I. G. Br. *disicent* W. *dehissent* Paris. Pol. nobiscum. (y) *senos* W. (z) *quinos* W. (a) *cuppas* I. B. R. W. I. I. G. Br. (b) *duas* W. (c) *denos* W. (d) *denas*, *rastra* W.

Cap. XIII. (a) *In cella olearia torcularium unum in usum fiat*, *opus est* W. (b) *in* omitt. a. V. Pol. nobiscum. (c) *usui* I. I. G. A. (d) *sit* I. B. R. Br. *siet* I. I. G. A. (e) *unum aeneum* a. V. *urc. ahenum quod* Paris. (f) *culeos quadraginta quinque* I. B. R. Br. *culeos treginta* V. W, q. V. Pol. (g) *ahenum* Pol.

rum vasorum omnino 30; quibus addi debent vectes secundi et tertii, minores longitudine omnes.

Fibulas) *Ce sont des bouts de solives, au moyen des quelles le point d'appui du pied de l'arbre peut être fixé plus bas ou plus haut à volonté.* Ita Gallus monet.

Confibulas) *Six clefs avec leurs clavettes ou coins servant à retenir les arbres jumellés, au cas qu'ils viennent à se desunir.* Gallus vertit. Scilicet Meister, sex fibulas et totidem confibulas sufficere censens, h. l. ita legit: *fibulas et confibulas ligneas — et cuneos VI.* Caput III, numerat quidem fibulas duodecim, sed ibi confibulas simul numerari censet Meister. Ceterum *quae — comprimant* malebat Abr. Gronov.

Cupas) *Pieds — pendans* Gallo. Si maiores additae essent, ferrem; nunc vero vitium latere suspicor; neque enim intelligo, cui usui tantus numerus minuscularum cuparum paretur, quum maiores non tam facile eximantur modiolis, nec minores eidem trapeto conveniant, cui maiores. Infra cap. 21, cupam trapeto facit longam pedes X. An igitur fuit h. l. *cupas longas pedes X?*

Alveos X) Gallus: *Quarante baquets à poignée.*

Rutra) *Rables de fer* Gallo.

Cap. XIII. *In usu*) Meursius malebat *rursum, quod opus sit.* Gesner verba *in usu* interpretatur: quum uti volumus.

Quod capiat) Haec merito Gesnero de vitio suspecta sunt. Vrceus enim neutro genere alibi non dicitur, nec fingi facile potest vel cogitatione urceus, qui tot quadrantalia capiat. Suspicor igitur, Catonem etiam hic u in cella olearia *urceum aquarium* nominasse, deinde *urnam quinquagenariam*. Vitium monstrant Edd. primae ubi est: *culeos quadraginta quinque* vel *triginta*. Saltem separandas duxi voces *urceum aheneum*, quae vulgo coniunguntur.

molas unas, cribrum[h] unum, incerniculum unum, securim unam, scamnum[i] unum, seriam vinariam unam, clavam[k] torcularii unam, lectum stratum, ubi duo custodes liberi[l] cubent, et[m] tertius servus[n] una cum[o] factoribus uti[p] cubet. fiscinas novas veteres.[q] epidromum,[r] pulvinum,[s] corium unum, lucernas[t]

aeneum a. V. Deinde *unas* post *molas* omitt. Cod. Gronovianus. (h) *cribum unum incerniculum, Securim* W. (i) *Scannum* P. I. B. R. Br. (k) *clavem torculario* a. V. *clavem torculari* P. (l) *libere* I. B. R. Br. (m) *et* omitt. P. (n) *servos* Po. 2. (o) *cum his sit oportet, et uti cum his cubet* Wrat. (p) *ubi* Po. 2. (q) *vetus epidromum* a. V. *vetere epridomum* Pol. punct. omitt. etiam Po. 2. (r) *epidionium* W. (s) *Pulvinos binos, lucernam unam, craticulas* W. (t) *lucer-*

Incerniculum) Plinius 8, s. 69, de asino Atheniensi: *ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent*, in qua historia Aristoteles H. A. VI, 24, habet: ἀπὸ τῶν τηλιῶν. Sed etiam graecae vocis notio dubia est; nec inde definiri potest, qua in re cribrum differat ab incerniculo. De τηλία multa disputant Scholia ad Aristoph. Plutum versu 1038. Gallus cribrum *crible*, incerniculum *un tamis* vertit. Lucillius apud Nonium p. 88 Mercerii: *Cribrum incerniculum, lucernam in laterem, in telam licium*; ubi putes, divisim legi debere *cribrum in cerniculum*. Forte cribrum non aliter differt ab incerniculo, quam Graecorum κόσκινον, κρησέρα, ἀλευρότησις, id est materia, teste Polluce VI, s. 74.

Clavam) Libri optimi *clavem*, quam Gesner interpretatus vel simpliciter clavem cum clostris, ut in cella olearia, vel vectim, probabat. Gallus: *une barre pour fermer le pressoir par dedans.*

Et tertius) Quia tot homines uno in lecto esse non possint, Pontedera malebat *et tres*, (sc. lectos) *servos — ubi cubet*. Certe *ubi* probo cum Pontedera; et recepit secunda Popmae editio. De uno lecto tantum praecessit, et tamen tertius statim nominatur. Compara cap. X, sect. 5.

Fiscinas) Ab hominum usu alienas censens Pontedera *calcitras novas privas*, i. e. pro singulis lectis malebat legi. Sed possunt haec verba alienum locum tenere.

Epidromum) Verbum graecum Catoni negabat convenire Pontedera. Sed epityrum tamen et multa alia, vulgari usu trita, vocabula adhibuit. Popma interpretatur textum funeum, in quo servus cubet. Sed epidromus graece dicitur funis superior, quo rete vel simile textum attrahitur vel extenditur. Corium Popma lecto instratum interpretatur. Gallus *un brande.*

Lucernas) Gesneri coniecturam *lacernas* legentis, cur probem, non video in tam perturbato nominum et instrumentorum ordine. Separari tamen forte *craticulas* rectius a lucernis, assentior. Italus *Presta* Memoria intorno cet. p. LIII, ex h. l. retulit, nescio quam bene, usum *della teola nelli formoli*. Craticula forte cortinae supponebatur, quo oleum defluebat ex torculario. Vide ad cap. 66.

craticulas duas, carnarium unum, scalas unas.[v] In
2 cellam oleariam[x] haec opus sunt. Dolia olearia,[y] opercula,[z] labra olearia[a] XIIII. conchas maiores duas, et minores duas, trullas[b] aheneas[c] tres,[d] amphoras olea-
3 rias duas, urceum aquarium unum, urnam quinquagenariam unam, sextarium olearium unum, labellum unum, infidibula[e] duo, spongias[f] duas, urceos fictiles II.[g] urnales II.[h] trullas ligneas duas, claves[i] cum

nas, *craticulas* I. B. R. it. Meurs. et Po. 2. *lucernas* ponitur ante *corium* Pol. et Cod. Gronov. (v) *duas. Item in caella olearia* I. B. R. Br. *duas* etiam habent Ba. H. A. Gr. G. (x) *olearcam* Po. 2. (y) *et* interpon. a. V. comma interp. M. Po. 2. (z) *et* interser. a. V.. (a) *quindena* W. deinceps *maioris — minoris* Cod. Paris. (b) *trulas* I. B. R. Br. (c) *aeneas* a. V. (d) *duas* W. (e) Ita pro *infundibula* scripsi ex Pol. *infudibula* M. Po. 2. *infidibula* Pol. (f) *spongeas* Pol. (g) II. omitt. I. B. R. (h) *binos* W. *duos* I. B. R. I. I. G. Br. (i) *clares duas* W.

Carnarium) Cap. 14, in villa carnaria 3 esse vult. Carnarium vulgare erat cella, quae suspensa gerebat fumo succidias aliasque carnes, herbasque adeo, quas coloni servari volebant. Ita posuit Varro II, 4, 3, et Columella XII, 53, 3. Ita etiam Moretum versu 56, *non illi suspensa focum carnaria iuxta durati sale terga suis truncique vocabant*, traiectus medium sparto, sed caseus *orbem*, *et vetus adstricti fascis pendebat anethi*, ubi Scaliger malebat *rigebant*; sed sententia postulat *truncosque ferebant*. Puleium in carnario suspensum florere ait Plinius 18, s. 60, funes in carnario suspendit Cato c. 68, fabas ibi servatas cap. 135, et furcillas carnarii c. 96, memorat Petronius; quibus furcillis res servandae suspendebantur. Vide ibid. c. 136. Sed Gesner in Indice voluit ubique esse pensile tabulatum vel tignum, uncis pluribus instructum, unde succidiae aliaeque res possent suspendi. Advocat huc ex Glossario: κρεμάστρα *carnalium seu carnarium*. Loco etiam Moreti abutitur, quem vitiosum esse affirmo. Deinde posuit locum Plauti in Captiv. IV, 4, 6, *adveniens deturbavit totum cum carne carnarium*. Sequitur ibi: *arripuit gladium, praetruncavit tribus tergoribus glandia*. Alterum postea ex Pseudolo I, 2, 64, ubi de laniis est: *nisi carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi hodie mihi erunt, cras te—stringam ad carnarium*, unde confici posse putat Gesner, carnarium esse tigillum pensile. Hoc certum est, a Catone carnaria diei diverso sensu utroque in loco; etiam a Varrone apud Nonium de vasis p. 264: *Haec advectoribus accedunt cellae* (sellae) *claves, claustra, carnaria dolia*. Repetiit dicta ad h. l. Gesner in Thes. L. L. Addo locum Iuvenalis XI, 82, *sicci terga suis rara pendentia crate*, quem male de vase vimineo Gesneri Thes. recte de carnario interpretatur N. Heinsius.

In cellam) Recte Codex Gronovii Caput novum XV, orditur sic: *In cella olearia quae opus*. Idem deinceps *operclo* habet scriptum.

Trullas) *Couloirs* Gallo. Conchas

clostris in[k] cellas duas,[l] trutinam unam, centumpondium[m] incertum unum, et pondera certa.[n]

XIV. Villam aedificandam si locabis novam ab solo, faber haec faciat oportet. Parietes omnes (uti[a] iussitur) calce et cementis,[b] pilas ex lapide angulari,[c]

(k) Ita I. B. Br. R. Pol. W. Reliquae numeri notam III posuerunt. (l) *duas* abest W. (m) *centum pondium* diu. I. I. H. A. (n) *cetera* Pol. *cetera* W.

CAP. XIV. (a) *uti iussitur* deest W. (b) *conglutinet* interpon. W. (c) *fabricet, et limina, et postes, et fenestras ex latere et cemento. Tigna vero, et quae ad culmina opus sunt, ex ligno, et asseres fulcimentis opportuna. Praesepes bubus* etc.

etsi ferreas etiam habet in oleario usu Columella, nihil tamen impedit, quominus in Catone conchas veras intelligamus rotundas, quarum usum in decapulando oleo annotavit Plinius 32, s. 53.

Claves) Varro apud Nonium p. 545, *haec adeo emtoribus accedunt cellae, claves, claustra, carnaria, dolia.* Vulgo legitur *adventoribus*, qui locus confirmat coniecturam Rottboellii p. 46, qui cellas duas in cella olearia positas sibi invicem repugnare negat. Cellam enim oleariam recte interpretatur torcular, in qua duas cellas fuisse suspicatur. Quamquam de ea re tacet descriptio Catoniana torcularis. Gesner huc transfert ex cap. XIV. 2, sellas, non cogitans, in cella olearia vel vinaria operam sedentariam non fieri a familia. Altera Rottboellii coniectura, claves duas cum clostris in cellas duas interpretantis, *quasi in duas cellas*, minus mihi probatur; hoc tamen cum viro doctissimo non diffiteor, faciliorem esse lectionem Edd. primarum *cum clostris in cellas duas*, quam quod Iucundus in Aldina eumque secutus Victorius Gesnerusque dedit *cum clostris III, in cellas duas*, ubi quamvis in tribus clostris in duas cellas unum supervacaneum prudentiae imputaveris, inepte tamen cellae duae ponuntur inter instrumentum mobile. Itaque malim *cum clostris in cellam duas*, ut Cato cellae oleariae duas claves providere dicatur, si forte altera deperdita casu fuerit; quae suspicio in mentem venit etiam Rottboellio. Veterem igitur lectionem restituere non dubitavi. Pontedera e qui supra *fiscinas* delevit, easdem hic ex Iens. lectione effictas restituere malebat in Cur. sec.

Incertum) Vna mole centum libras pendens; certa pondera, distincta et partita, non in unum pondus confusa interpretatur Turnebus Adv. VII, 24.

CAP. XIV. *Vti iussitur*) Rottboellius p. 46, malebat *ubi iussitur*. Nam villas omnes caementis et calce vix licet credere ista aetate fuisse exstructas, multas contra lateribus structas surrexisse suspicari possumus. Scilicet ipse Cato villae suae fundamenta calce et lapide seu caementis pede I supra terram strui iubet sect. 4, ceteros parietes ex latere, crudo puto; inde est quod sect. 5 addit caetera lex uti *villa ex calce caementis*, ubi malim *uti villae ex calce et caementis*, sc. totius structae. Quae omnia quum reputo, initium capitis vix sanum esse puto.

tigna omnia, quae opus sunt, limina,[d] postes, iugamenta,[e] asseres, fulmentas,[f] praesepis bubus[g] hiber-
2 nas, et[h] aestivas[i] faliscas, equile,[k] cellas familiae, carnaria[l] III. orbem,[m] ahena[n] II. haras[o] X. focum, ianuam[p] maximam, et alteram[q] quam volet dominus,[r] fenestras, clatros in[s] fenestras, maiores, et[t] minores bipedales X.[v] lumina[x] VI. scamna[y] III. sellas[z] V. telas[a] iogales[b] duas, luminaria[c] VI. paullulam[d] pilam, ubi

W. (d) *ahena duo* inf. I. B. R. Br. (e) Ita pro *iugumenta* I. B. R. Br. (f) *fulcimenta, praesepes* a. V. *fulcimentas praesepis* Paris. (g) *bubus* omitt. I. B. R. Br. (h) *et* om. Pol. (i) *faciat* cum puncto ins. W. (k) *equile* deest W. (l) *in orbes* W. (m) *orbem* om. Pol. (n) *ahena* 2. om. I. B. R. W. Br. *ahenea* 2. Pol. (o) *suillas* W. (p) *ianium maximum* Wrat. (q) *alterum quem* W. (r) *fieri* add. W. (s) *in fenestras* deest W. *in fenestris maioris et minoris* I. B. R. (t) *et minores bipedales X* desunt Pol. (v) *aut pluris lumina. Sanna longa trina, sellas quinas. Telastegalis duas* etc. W. (s) *bipedalis X.* hic inser. Pol. (y) *scanna* P. I. B. R. Br. (z) *cellas* Pol. 2. (a) *tedas* I. I. G. *cellas* Pol. 2. *telas iogales* in libris suis reperit Victorius. (b) *togales* P. I. B. R. Br. *iugales* Gr. G. (c) *sena* W. *sex* ante V. (d) *paululum lata. Pilam* W. *paululum lata:*

Iugamenta) Gesner vulgatum *iugumenta* Vitruvii II, 1 auctoritate confirmabat, ubi viri docti *iugumentantes* praeferant. Gallus vertit: *les linteaux*, asseres *les chevrons*, fulmentas *les pieds-droits*. Idem tamen infra iugamenta vertit *croisées*.

Fulmentas) Restituit Victorius ex libris, et confirmavit auctoritate Lucilii et Plauti apud Nonium. Gesner interpretatur tigilla quadrata, qualia pedibus lectorum vulgarium adhibentur. Sed etiam fulmentas soccorum habet Plautus Trinummo III, 2, 94, et sunt rerum omnium, quae fulciuntur fulmentae.

Faliscas) Vide supra ad cap. 4, 1. Post *aestivas* num interpungendum sit, nec ne, dubium est mihi quidem. Faliscae forte sunt dictae a falis, ligneo tabulato ad spectandum exstructo.

Cellas familiae) Scaliger malebat *sellas* legi, interpretatus de Varronis sellis familiaricis, ad necessitatem corporis, quas eodem nomine vocat Vitruvius VI, 10. In hoc tamen Catonis loco dubitari potest, *cellae* an *sellae* locum obtinere debeant.

Carnaria III) Suspicatur Gesner olim fuisse *carnarium*.

Orbem, ahena) Pontedera ex cap. 18 malebat *orbem, catenas*; ad fabrum enim lignarium non pertinere vasa aenea.

Luminaria VI) Lumina aperturas, foramina, luminaria, foriculas seu specularia cum Turnebo VIII, 13, interpretatur Gesner. et Gallus reddidit: *six carreaux transparens.* Fenestris clatros luminibus, in aedium parte honestiori, luminaria seu specularia obdere videtur. Sed specularium usus Senecae memoria demum innotuit. Quare foriculas probo.

Paullulam pilam) Aut legendum

triticum pinsant,[e] unam, fullonicam[f] unam, antepagmenta,[g] vasa torcula duo. Hae[h] rei materiem, et 3
quae opus sunt, dominus[i] praebebit, et ad opus dabit, (succidet,[k] dolabit lineabit[l] secabitque materiam.[m]

pilam I. B. R. Br. *paulılum latam pilam* sine distinct. I. I. G. A. (e) *pinsat* Pol. (f) *fulloniam* P. I. B. R. Br. *fuloniam* W. (g) *ante pagmenta* divis. Iuntt. *antepagnioum*. *Vasa* Wr. (h) *Heres* a. V. *Eae rei* Po. 2. *Hae rei* Codd. Victorii. (i) *domui praestabit* a. V. (k) *faber* add. W. (l) Ita Edd. ante Victorium qui dedit *serram I lineam I.* (m) *unam* addunt I. B. R. Br. *solam* A. I. I. G. quam glossam vocis *duntaxat* esse putabat Gesner. *materiem* Wratisl.

polulam, (vide ad cap. X, 2) aut cum Edd. primis *luminaria VI paululum lata, pilam* etc. Ceterum mirum est, pilam pistoriam a Catone memorari, qui tria genera molarum alibi posuit. Frumenta tosta in pilis veterea Romani pinsebant; hinc pistores dicti; molarum usus recentior fuit. Forte pila granorum folliculos duriores deterebat, antequam grana ipsa commolerentur in farinam; forte etiam triticum pinsebant pila, unde granea et far fieret; ceterum mola in farinam commolebant. Nunc video Rottboellium etiam p. 46 improbare *pilam paululum latam*, quae familiae totius cibo conficiendo non sufficeret. Verum eam quidem rationem vix admisero, quia farre altam puto familiam. Vel sic tamen cum eodem Rottboellio probo antiquam lectionem *luminaria VI paululum lata*. Vtinam aliquis docuisset luminarium usum materiamque! Certe statim luminibus adiungi debebant, ut clatri fenestris, si eundem habebant usum luminum occludendorum. Varro in ornithone III, 7, 3, *fenestris punicanis aut latioribus reticulatis*, ubi punicanae nullae aliae quam clatratae esse possunt. Illae igitur angustiores fuisse videntur; lumina contra latiora, eaque vel foriculis appositis vel retibus claudenda.

Fullonicam) Vide ad cap. X, 5.

Antepagmenta) Festus: *antipagmenta valvarum ornamenta quae antis appanguntur*, ubi ex MSto Barthii *anticis adpinguntur* corrigit Abr. Gronov. ad h. l. et monet, in Cod. Salmasii *antahis adpinguntur* esse. Anticum veteres pro ianua dixisse. Vide Vitruvium IV, 6, et Gesneri Thes. L. L. h. v. Gallo sunt *chambranles*. Romani similiter *antefixa* fictilia dixerunt, in fastigiis aedium posita.

Vasa torcula duo) Sine dubio cellas duas, vinariam, alteram oleariam dicere voluit. Nam faber, qui villam exstruit et cellas has duas, non idem prela olearia vinariaque cum vasi, eo pertinentibus, struit vel accommodat. Igitur vitium latere puto, et *cellas torcularias duas* a Catone scriptas fuisse, vel *cellas ad vasa torcula duas*

Hoc rei) Defendi posse formam hanc, negat Rottboell, et cum altera Meursiana praefert *Eae rei*

Lineabit secabitque) Antiquam lectionem restitui. Victorius eumque secutus Gesner dedit: *serram I lineam I materiam duntaxat secabit facietque. Conductor.* quam scripturam ineptam esse vidit etiam ipse Gesner. Dominus scilicet materiam et quae opus sunt praebet, conductor operam. Verum vix credere licet, dominum fabro

dumtaxat[n] conductor[o]) lapidem, calcem, arenam, aquam, paleas,[p] terram, unde lutum fiat. Si de caelo villa tacta siet, de ea re verba divina[q] uti fiant.[r] Huic operi pretium ab domino bono, qui bene praebeat

(n) Deinceps Vict. addidit: *secabit facietque* quae verba omisi cum I. B. R. I. I. G. A. Wrat. Vulgo ab Ald. usque interpungitur *duntaxat. Conductor.* vel *facietque. Cond.* (o) *vero ligna* I. B. Br. R. W. sed *ligna* omisit Ald. Iunt. G. (p) *et* add. I. B. Br. R. *paleasque et terram* Wr. *paleasque parabit et terram* A. Iunt. G. (q) *vha* Pol. 1. *uti verba* Pol. 2. *divina* addidi ex I. B. R. I. I. G. Br. A. (r) *fiat* Pol. 1. *procuret* add. I. B. R. A. I. I. G. Br. (s) *N. duo* A. I. I. G.

serram et lineam praebuisse; quidni etiam securim et asciam? Omitto difficultatem structurae in vulgata lectione. Gesner malebat: *succidet faber, dolabit, lineabit secabitque materiam duntaxat. Conductor* etc. Partem igitur veri vidit; sed *fabro* opus huc non habemus; conductor enim adest, isque est ipse faber, qui aedificium redemit. Conductor non praebet calcem et reliquam materiam domui, sed dominus. Igitur cum Pontedera vocem *conductor*, ex sequenti membro retractam, antecedenti adtribui, et verba *succidet — conductor*, parenthesi inclusi, ut sequentia *lapidem* et reliq. copulentur cum verbis *ad opus dabit*: mallem tamen statim ista sequi, altero membro *succidet — conductor* post verba *lutum fiat* reposito. Factum aurum et argentum novi, sed materiam factam a fabro qui dixerit nondum reperi. Gallicus interpres vulgatam lectionem expressit. Rottboell malebat *per serram iuxta lineam duntaxat secabit conductor* p. 18.

Lutum fiat) Hinc lutare granaria cap. 92, et lutamenta cap. 128 Habitationem delutat cap. 128. Alioquin possis suspicari *lateres fiant*. Ex luto enim vel paleato vel acerato lateres fieri, praeter Vitruvium testatur locus Lucillii ap. Nonium p. 445, ed. alt. Merc.

Si de caelo villa tacta siet) Pontedera legit: *Sei de coelo veila tacta siet, de ea re v. b. a.* (*ious*) *fiat.* in Codd. Polit. Caesen. Repar. *de ea re uba uti fiant.* De lustratione villae non loqui Catonem; eam enim ad conductorem non pertinere, qui villam restaurare debet. Catonem voluisse cavere, ne quid controversiae inter dominum et conductorem nascatur; *de ea re viri boni arbitratu ius* (id est iudicium, ut cap. 148) *fiat.* Ex compendio scripturae v. b. a. natam esse lectionem *uba*. Verum ab initio voluit Cato monere filium aut villicum, quid primum faciundum esset, ubi villa tacta fuisset de coelo. Religiones nempe primo loco habebantur. Nihil, inquit, hoc ad conductorem; at Cato filium aut villicum alloquitur. Deinde viri boni arbitratu hic non opus est; ibi enim opus est, ubi dissensus aut disputatio est de pretio. Hic vero Cato vixdum ignem de coelo memorare coepit.

Verba divina) Addidi ex Edd. principibus vocem, quae abesse non debebat, si locum, fulmine ictum, lustrari voluit Cato. De ritu lustrandi vide Scaligerum ad Festum in *bidental.*

quae opus sunt, et numos fide bona solvat. In tegulas 3
singulas[s] II. in[t] tectum: sic[v] numerabitur[x] tegula: integra[y] quae non erit, unde quarta pars[z] aberit,[a] duae pro una,[b] conliciares quae erunt, pro binis[c]

duo pedalia. Tectum W. (t) *Id*. I. B. R. Br. (v) *rite* inser. W. *In tectum sic numerabitur tegula*, *int*. A. (x) *numerabitur. Tegula* I. B. R. Br. (y) *quae erit* interser. I. B. R. A. l. l. G. Br. (z) *non erit*, *vel* ins. Wrat. (a) *abierit* I. B. R. (b) *una. Deliciares* a. V. *una computabuntur*, *quae* W. (c) *integris* interpon.

Singulas II) Turnebus VII, 24, interpretatur quasi scriptum sit *singulas N*. i. e. numus; et sic deinceps sect. 5 verba *singulas N. S.* interpretatur *numus et semis*: quo pretio comprehendi putabat praeter materiam manupretium; vel sic tamen per caram tegulam esse fatebatur, quae numo veniret. Gesner vulgatam similiter de numis duobus interpretatur, sed aliter pretium id computat. Scilicet ex numero tegularum certae magnitudinis de mercede fabrorum in universum fuisse constitutum putabat, ita ut pro tecto solverentur in singulas tegulas numi bini, pro reliqua aedificatione in singulas iterum tegulas bini semis: et accederet tandem manupretium ligni. Nam sect. 5 pro *ex signo manupretium* legi maleba[t] ex *ligno*. In pedem ternis nummis transegit Messidius architectus cum Q. Cicerone, villam aedificante, ut constat ex Marci epistola ad Quintum III, 1. Interpres Gallicus: *ce prix tant pour la couverture que pour le reste du batiment se réglera par le nombre des tuiles qu'on supposera de deux pieds*; *et voici comme on les estimera pour la couverture*. Voluit igitur cum libro Wratislav. legi *singulas bipedales*. Eiusmodi tegulas Palladius Maio XI, 2, et alibi *bipedas*, Vitruvius VII, 1, bipedales tegulas vocat. Equidem verba *in teg. sing. II in tectum* hoc loco aliena et spuria censeo; et verba antecedentia sic cum seqq. copulanda: *solvat sic numerabitur. Tegula integra quae non erit*, etc. Nunc video Cel. Rottboellium p. 19, ita h. l. ordinare: *in tegulas singulas II* (i. e. bipedales) *id tectum sic numerabitur. Tegula* (scilicet est) *integra*, *quae erit*; *quae non erit, unde quarta pars abierit, duae pro una*; *conliciares* etc. Sed tectum quomodo numerari dicatur, non video; nummi pro tecto numerantur, et ipsae tegulae numerantur. Pretium singulis {tegulis bipedalibus statuit numum, itaque suspicatur vir doctus, post verbo, *quaternae numerabantur* fuisse scripta haec: *pretium in tegula singulas HS.* quae in alienum locum hinc longe reiecta leguntur vulgo. Nunc igitur ea mihi sententia placet, ut legam *fide bona solvat. In tectum sic numerabitur tegula*: *integra quae non erit — quaternae numerabuntur pretium in singulas tegulas HS.*

Conliciares quae erunt, pro binis putabuntur) Veterem lectionem *deliciares* ex libris suis mutavisse videtur Victorius, quanquam ex Politiani libris nil varietatis annotatum fuerit. Victorius suum *colliciares* confirmari ait loco Festi in *Collicias*. Verum dispicere antea debebat Cato cavaedium tuscanicum an displuviatum addi voluerit: in illo enim colliciae et tegulae colliciares erant, in hoc deliciae

putabuntur:[d] in aliis[e] quot erunt, in[f] singulas[g] quaternae numerabuntur.[h] Villa,[i] lapide calce[k] funda-

I. I. G. (d) *deputabuntur et* in *singulas* W. (e) *valus quod* Pol. (f) *in* om. I. B. R. Br. (g) *singulis* B. R. (h) *connumerabuntur* W. (i) *Villae aedes lapide fundamentata supra* W. *Villae fundamenta ex cementis et calce supra* etc. I. I.

et tegulae deliciares, auctore Vitruvio 6, c. 3, qui quum displuviatum genus in refectionibus molestiam magnam habere testetur, Catonem tuscanicum adhibuisse censeo; itaque *conliciares* tegulas probaverim. Sequitur in Catone: *in aliis quot erunt, in singulas quaternae numerabuntur*, quae verba varia ratione interpretati sunt viri docti. Inepte autem post conliciarium tegularum mentionem Cato redit ad fractarum tegularum rationem, ubi antea definitum erat, unde quarta pars abesset, ut binae tegulae pro una integra procederent. *In aliis* igitur quas tegulas signabit? diversas certe a colliciaribus. Deinde *quot erunt* quid significat? Partes deficientes tegulae fractae intelligebat Gesner et Rottboel, *aliis* ad fractas referentes. At videamus, qualis ex hac interpretatione sententia Catonis exeat. Tegulam fractam, unde pars quarta abest, geminam pro una integra putat Cato; in aliis seu reliquis fractis, quot partes defractae aberunt, (an quartae, quarum mentio praecessit?) in singulas (quaternas partes defractas, an tegulas omnino fractas?) quaternas (partes tegularum, an integras tegulas?) numerant Gesner et Rottboell; ubi nihil nisi ineptias inesse video. Quod si, uti ipse antea in Commentario feceram, *quot erunt* interpretaris *fractae*, difficile est *in aliis* verba quo referantur dicere. Nam de colliciaribus fractis non dixerat Cato, sed de tegulis, quibus fractis quarta pars abest. Igitur si aliae nunc fractae tegulae memorantur, alia ratione et diversa partium quantitate fracte esse debent; quarum rerum tamen nihil verbis expresse signatur. Quocunque te vertas, nihil efficies, unde sententiam loci adiuves. At liber Politiani praebet quod omnes difficultates plane tollit, vocabulum: in *valus*, *quod erunt*, *in singulas* et cet. Est igitur de *vallis* sermo, de quibus posui locum Servii ad Georg. I, 264, ubi ex Aelio Gallo habet: *vallos tegulas grandes, quae supra collicias infimae ponuntur*. Hos *vallos* Cato antique *vallus* genere foemineo dixit, nisi librarii genus mutarunt. Hi igitur valli duplo maiores colliciaribus tegulis fuisse videntur, quia *in singulos quaternae* tegulae *numerantur*. Hanc vocabuli *valli* notionem cum Catonis auctoritate adde Lexicis latinis.

Conliciares) Victorius comparavit Festi locum hunc in *Inlicium*: *unde colliciae tegulae per quas aqua in vas defluere potest*. Sed idem Festus habet etiam *deliciares*, quas Victorius eiecit: *deliciae est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigium collocatur, unde tectum deliciatum et tegulae deliciares*. Servius ad Georg. I, 264 ex Aelio Gallo habet: *vallos, tegulas grandes, quae supra collicias infimae ponuntur*.

Quot erunt) Fractae, et minores etiam, quam paulo ante dictae. Sed Rottboell intelligit partes deficientes quot erunt.

Lapide, calce) Pontedera ex cap. 15 malebat *ex lapide* Recte. Sed praete-

menta supra terram pede,[l] caeteros parietes ex latere, iugamenta,[m] et antepagmenta, quae opus erunt,[n] indito.[o] Caetera lex[p] uti villa ex[q] calce cementis;[r] pretium in[s] tegulas[t] singulas N.[v] s. loco salubri bono[x] domino[y] haec,[z] quae supra pretia[a] posita sunt. ex signo[b] manupretium[c] erit:[d] pestilenti, ubi aestate[e]

G. A. (k) *fundamenta calce* I. B. R. Br. (l) *pede* omitt. W. (m) *iugamenta* I. B. R. Br. *iugamentum* Pol. Vulgo *iugumenta pede uno excedet. et ante pagimenta* W. (n) *ex lapide* inters. I. I. G. A. (o) *inducto* W. *indicto* Pol. (p) *iubet* ins. W. (q) *ex* omitt. W. (r) *et cemento et lapide, precio* W. *et cemento* I. B. R. Br. *et cementis si fiat, in tegulas* I. I. G. A. (s) *in* abest I. B. R. Br. (t) *tegulas dato aedificetur loco* etc. W. (v) *duo, id est in loco* I. B. R. Br. *N.* HS. *in loco* A. I. I. G. N. S. Pol. (x) *Domino bono. Haec, quae sunt supra posita, sunt precia ex* etc. W. (y) *domino. Haec* ante Vict. omnes. (z) *pretia, quae supra posita* I. I. G. A. (a) *posita sunt precia* I. B. R. Br. (b) *acque ex signo* B. R. H. (c) *inani pretium* W. I. B. R. A. I. I. G. Br. *imani precium* Pol. *manipretium* Codex optimus Victorii. *maniprecium* M. Po. 2. (d) *loco* inser.

rea *Villae* scribi debere puto. Sic Aldina dedit.

Caetera lex) Defendere vulgatam conatus est Gesner; quod commenti sunt auctores Edd. I. I. G. vide in varietate lectionis: id si tibi placebit, sequere.

Tegulas singulas) Pro notis, quae sequuntur *N. S.* Edd. principes habent *duo, id est in loco.* ut supra sect. 4 habebant *tegulas singulas duo id tectum.* Lectio Victoriana est in Polit. libris, eamque Meursius interpretatur *numos singulos*; quod facit etiam Popma. Gesner suspicatur fuisse scriptum *HS.* id est sestertium. Nostram sententiam supra positam habes.

Ex signo) Turnebus VII, 24 *signo* coaluisse censet ex verbis duobus *sing. nu.* i. e. ex singulis numis pro materia datis, manupretium pro portione dandum erit, quod semissem fuisse putat, atque inde verba illa deinceps explicabat: *pretium in singulas tegulas numus semis.* Popma *ex signo* interpretatur ex forma aedificii a domino signata. Gesner malebat *ex ligno* legere. Gallicus interpres: *c'est sur ce pied, que doit être payé le detail de la main d' oeuvre.* Rottboell *signo inani* cum Popma de forma aedificii designata a domino interpretatur, interioribus spatiis vacuis relictis.

Vti villa) Malim *villae ex calce cementis*, sc. structae totius.

Manupretium) Edd. antiquae *inani pretium*, in quo latet *manipretium*, quod in optimo suo libro scriptum reperit Victorius. In Plinio 33, s 53; libro 34, s. 17, ibidem sect. 18. ubi Harduinus ex libris scriptis edidit *manipretio*; ante erat *immani pretio.* Codex Victorii vetustus ibi habebat *manipretii.* Iterum 35, s. 40, no. 43 pro *immanitate pretii* erat in Codice Victorii *manipretii*; Harduinus dedit *manipretio.* Similiter in Vitruvio IX pro *immani pretio* Codex Victorii habebat *manupretio.* Apud Ciceronem Pison. c. 24, et Verr. I, 56 editum est *manupretium.* Vide Drakenb. ad Livium 36, 7. Sed dubitat Cel. Rottboell

fieri[f] non potest, bono domino pars quarta pretii[g] accedat.

XV. Macerias[a] ex calce,[b] cementis,[c] silice,[d] uti[e] dominus omnia ad opus praebeat, altam[f] P.[g] V. facito,[h] et[i] columen[k] P.[l] I. crassum P.[m] I. S. longam[n] P.[o] XIV. et uti sublinat[p] locari oportet.[q] Parietes villae si locet[r] in pedes C.[s] id est, P.[t] X. quoquovorsum, li-

ante V. omnes, et Cod. Gronov. (e) *astante* W. (f) *bono Domino fieri non potest, pars* W. *fieri bono domino non potest, pars* I. B. R. Br. (g) *presii* W. *preti* Pol.

Cap. XV. (a) *Maceria si* I. I. G. A. (b) *et* ins. I. IG. . A. (e) *et* ins. W. *ve.* (f) *faciat* ins. W. (g) *pedes quinque* a. V. *pedibus quinis* W. (h) *facito* deest Cod. Gronov. W. P. F. B. R. Br. (i) *et* om. W. (k) *culmen* W. Paris. I. B. R. A. I. I. G. Br. (l) *pede uno* W. I. B. R. *p.* V. Pol. *pedem unum* I. I. G. (m) P. I S. P. II. Cod. Gronov. desunt W. Paris. I. B. R. Br. *pedem et semissem* I. I. G. (n) *longum* W. *longa* Pol. (o) *pedibus quindecim* W. Paris. I. B. R. Br. *pedes quindecim* I. I. G. A. (p) *sublimat* I. B. R. Br. *sublimat ita* W. *sublinat conductor* Ald. (q) punctum abest W. (r) *locet. Id si pedes denos quoquoversum habeat: idem maceria si pedes quinos et perticam unam itidem. Si sesquipedalem* etc. W. (s) *centum* I. I. G. (t) *pedes denos quoquoversum habeat libellum* a. V. *libellus*

de manipretio, quia Cato alibi *pretium* simpliciter dixit, et *inani signo* probat; quod quidem a me impetrare non potui; etsi ipse sentio, manipretium de aedificio hoc vix recte dici. Movet me imprimis locus Catonis apud Gellium XIII, 23, ubi Cato de se: *neque mihi aedificatio neque vasum neque vestimentum ullum est manupretiosum.*

Vbi aestate) Quum calor solis vapores pestilentes nocentiores facit in loco, quem dominus aedificio vult exstruere. Miratur tamen Gesner, patremfamilias ita insanire, ut tali loco aedificare velit.

Bono domino) Non domino accedit, sed a domino adiicitur pars quarta pretii. Igitur praepositionem excidisse puto.

Cap. XV. *Macerias*) Malim *maceriam*; quanquam totum caput misere luxatum et vitiosum esse clamant omnes Interpretes. Sic facile vides, maceriam caementis et silice simul non exstrui; itaque Aldina rectius habet *vel silice*

Columen) Gallus *chaperon* interpretatur; recte; idem monet, longitudinem dictam plane esse ineptam et vitiosam, forte etiam altitudinis mensuram. *Sublinere* Gallus interpretatur recte *crépir*. De longitudine maceriae Gallo etiam assentitur Rottboell; et quis non? quum videat, villae parietes quoquo versus pedes decem patere. *Perticas* nota P. significari, suspicio est viri docti apud Rotthoellium. *Sublimet* malebat idem Rottboell, qui de vitiosa maceriae definitione in Gesneri Thes. L. L. monuit.

Si locet) Scilicet dominus, nec quidquam ad opus praebeat, recte monente Gallo.

bellis in[v] pedes[x] v. et perticam[y] unam[z] P. vic.[a] N. X. Sesquipedalem parietem dominus[b] fundamenta[c] faciat, et ad[d] opus praebeat[e] calcis in P. singulos longitudinem opus est modium unum, arenae modios duos. 2

XVI. Calcem partiario coquendam qui dant, ita dant.[a] Perficit, et coquit, et ex fornace calcem eximit calcarius,[b] et ligna conficit ad fornacem.[c] Dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus siet, praebet.

XVII. Robus,[a] materies item pro[b] ridica, ubi sol-

Cod. Gronov. (v) *tres* I. B. R. Br. (x) *quinos* a. V. (y) *perricam* Popm. 2. (z) *Pedes centum. Mc si sesqupedalem* Iens. Br. *pedes ceutum. Et si sesqu.* B. R. *ped. III CIIX. Si sesqu.* A. I. I. Ba. A. *ped. III. CIX. Si sesqu.* II. Gr. G. (a) *vict.* M. Po. 2. NIX Cod. Gronov. (b) *voluerit* interser. I. I. G. A. (c) *super fundamentum* W. *fundamento* I. B. R. Br. (d) *id* interpon. W. (e) *praebeat calcem et arenam in pede siugulo, modium unum calcis, et arenae modios duos in longitudine et latitudine communi.* W. *praebeat: tres pedes longitudini opus est calcis modium* etc. I. B R. Br. *praebeat, ei longitudini et latitudini in pedes singulos altitudinis opus est calcis modium* etc. I. I. G. A. *et* tamen deficit in Ba. Polit. vero plane nobiscum facit.

CAP. XVI. (a) *datur* Pol. *Calcarius* ins. I. B. R. A. I. I. G. Br. (b) *Calcarius* nunc om. I. B. R. A. I. I. G. Br. (c) *furnacem* Pol.

CAP. XVII. (a) *Rebus* I. B. Br. A. *Robur* A. Iunt. G. (b) *pro* om. I. B. Br. R.

Libellis) Gallicus interpres emendat: *aut libellis in pedes V et perticam unam pedum XX* quae vertit: *ou un parallelogramme ayant cinq pieds de base sur une perche de vingt pieds.* Verum equidem ignoro hanc libellae notionem: assentitur tamen Gallo Rottboell.

Vict. N. X) i. e. Victoriatis numis decem. Infra de lege oleae faciundae iterum: *Vasarium Vict. II.*

Sesquipedalem) Malim cum Edd. aliquot et Gallico interprete legere. *si sesquipedalem*; deinceps *fundamento* Edd. I. B. R. quod probavit etiam Gallus; recte, nisi malis ex Wratisl. corrigere *super fundamento.* Antea enim maceriam ipsam crassam pedem et semissem fieri iussit. Parietes intergerivos crassitudine sesquipedali fieri solos, quod lateritii parietes ea crassitudine plusquam unam contignationem sustinere non possint, ex legibus publicis annotat Vitruvius II, 3t et ex eo Plinius 35, *s.* 49. Vterque laterum Romae usitatorum longitudinem sesquipedalem, latitudinem pedalem fuisse perhibent

Praebeat) Intellige *omnia*, nisi id ipsum vocabulum fuerit inserendum.

Longitudinem) Quod Editiones quaedam praeferunt *longitudini*, rectius esse quilibet agnoscet.

CAP. XVI. *Partiario)* Vid. ad cap. 137.

CAP. XVII. Capiti lemma inseri vult Pontedera: *Materies quid anni tempestiva siet.*

Robus materies) i. e. quum ad materiam seu fabricam, tum ad ridicas.

stitium fuerit ad brumam semper tempestiva est. Quae[c] materies[d] semen habet, quum semen maturum habet, tum tempestiva est. Quae materies semen non habet, quum glubet,[e] tum tempestiva est. Ea[f] quae semen viride et maturum habet,[g] uti[h] semen de cu-
2 presso,[i] de pino, quidvis[k] anni[l] legere possis. Item

Cod. Gronov. (c) Ita pro Victor. *caetera* I. B. Br. R. A. Iunt. G. (d) Intersertum a Victor. *quae* om. Eaed. (e) Ita pro *glubebit* Eaed. (f) *eo quia* I. B. Br. R. Pol. (g) *habet. Id semen* I. B. Br. R. Pol. Cod. Gronov. (h) *est* add. A. Iunt. G. (i) *et* add. I. B. Br. R. A. Iunt. G. *cipresso* Pol. (k) *quisvis* a. V.

Theophrastus H. P. V, 1. robur (δρῦν) sero caedendum, post autumnum; alias eum glubet, caesum citissime computrescere. Plinius 16, s. 74: *robur vere caesum teredinem sentit, bruma autem neque vitiatur, neque pandatur.* Ceterum Editiones primae *Robus materies item ridica*: Aldina *robur et materies item pro ridica.* Sed robur seu quercus fabricae et ridicae materiam praebet. Equidem malim *Robus materies, item ridica — tempestiva est.*

Glubet) Vide infra ad cap. 31, 2, ubi haec repetuntur: *tum erit tempestiva* (materies) *quum semen suum maturum erit — quae materies semen non habebit, quum glubet tempestiva est*, ubi regulam ex Theophrasto interpretatur. Vide et infra ad cap. 31, et adde locum Teophr. H. P. III, 6: ὥρα δὲ καὶ πρὸς τὸ τέμνεσθαι τὰ ξύλα τότε διὰ τὸ λοπᾷν. ἐν γὰρ τοῖς ἄλλοις καιροῖς οὐκ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός, ἀλλὰ καὶ περιαιρεθέντος μέλαν τὸ ξύλον γίνεται καὶ τῇ ὄψει χεῖρον. ἐπεὶ καὶ πρός τε τὴν χρείαν οὐδὲν ἀλλὰ καὶ ἰσχυρότερον, ἐὰν μετὰ τὴν πέπανσιν τῶν καρπῶν τμηθῇ.

Cupresso) Infra cap. 151: *Semen cupressi Tarentinae per ver legi oportet: maturum est, ubi hordeum flavescit.* Ceterum hoc in loco multa sunt vitia, quae miror ne ab ipso quidem Pontedera annotata aut correcta fuisse. Primum illud in aperto et sine dubio est de materia ad caedendum matura tradere voluisse Catonem. Nunc vero de semine maturo legendo immiscentur quaedam ab hoc capite plane aliena. Deinde verba: *Item quidvis anni* etc. de qua arbore dicantur, plane incertum et obscurum est. Sunt etiam multa alia vitiosa, quae deinceps annotabo. Quod si statuas, ex maturitate pini et cupressi ad caedendum cepisse Catonem occasionem simul de semine maturo tradendi, et signo maturitatis materiae inde capiendo, vulgatam aliquo modo reconcinnare licebit, ita tamen, ut relinquatur illud incommodum, ut aut ipsa arbor quidvis anni seu quocunque anni tempore matura esse dicatur ad caedendum, aut semen quovis anni tempore maturum ad legendum. Quae utraque sententia falsa est; nec eam voluisse videtur Cato ponere. Igitur ita possis legere: *Ea quae semen viride et maturum habet, uti semen de cupresso, quidvis anni legere possis. Pinus item quidvis anni matura est et tempestiva. Ibidem sunt nuces bimae, unde semen excidit, et anniculae. Hae ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet; per sementim primum incipiunt maturae esse; postea usque

quidvis[m] anni[n] matura est, et tempestiva, ibi[o] dum sunt nuces bimae,[p] inde semen excidet, et anniculae[q] eae[r] ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet, per[s] sementim primum[t] incipiunt maturae[v] esse. Postea usque adeo sunt plus menses VIII. Hornotinae nuces virides sunt. Vlmus,[x] quum folia cadunt, tum utraque[y] tempestiva est.[z]

(l) *temporibus* add. a. V. (m) *quisvis* A. Iunt. G. (n) *temporibus* add. A. Iunt. G. (o) *ibidem* I. B. Br. R. Pol. Caesen. Venetus Cod. et Gronovianus. (p) *hinc* I. B. Br. R. *binae* P. Caesen. Venet. *bonae* Wrat. (q) *anucleae* Pol. 2. (r) *erunt. Et* I. B. Br. R. *eae* om. A. Iunt. G. *anniculae hae* Pol. Caesen. Venet. (s) *tum primum per semen* I. B. Br. R. A. Iunt. G. (t) *primum* om. P. (v) *matura* I. B. Br. R. Pol. (x) *ulmis* I. B. Br. R. (y) Ita pro *iterum* I. B. Br. R. A. Iunt. G. (z) *fiet* I. B. Br. R.

adeo plus menses VIII. Hornotinae nuces virides sunt. Cypressi mentionem scilicet plane alienam a priore loco censeo; alia enim ratione trifera est cupressus, quam pinus. Plinius 16, s. 50 trifera est et cupressus; namque baccae *eius colliguntur mense Ianuario et Maio et Septembri, ternasque earum gerit magnitudines.* Ceterum ipsum praeceptum ut verum laudat Pontedera in Cur. sec.

Nuces) Pontedera ex vestigiis variae lectionis ita h. l. constituit: *ibidem sunt nuces binae: unde semen excidet, eae anniculae. Hae ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet*, i. e. generis duplicis nuces adhaerent his arboribus, altera annicula, altera hornotina; illa quum hiascere incipit, hac viridi manente, intelligi arborem tempestivam esse ad caedendum. Sed docere debebat vir doctus, *binas nuces* ita latine dici posse de gemino nucum genere; quod equidem non credo. Reliqua etiam huius loci vitia non tetigit, nec de qua arbore haec verba sint intelligenda docuit. Equidem de sola pino interpretor, et emendationis antea positae sponsorem habeo Plinium 16, sect. 44: *In maxima tamen admiratione pinus est: habet fructum maturescentem: habet proximo anno ad maturitatem venturum ac deinde tertio. Nec ulla arborum avidius se* (Vincent. scilicet) *promittit. Quo mense nux ea decerpitur, eodem maturescit alia: et sic dispensatur, ut nullo non mense maturescant. Quae se in arbore ipsa divisere, azaniae vocantur, laeduntque caeteras, nisi detrahantur;* ubi quod ex MStis libris posuit Harduinus *azaniae* pro *zamiae*, confirmat Vincentius.

Tum legi oportet) Rottboell p. 22 ita h. l. ex Edd. primis concinnat: *tum legi (id) oportet: tum primum per semen incipiunt m. esse.* Putat vir doctus a Catone opponi sibi invicem maturitatem per semen et maturitatem per materiam, quod ego latinitatem nego pati.

Postea usque) Legendum puto, ut antea iam dixi: *maturae esse, postea usque adeo plus menses VIII.* i. e. et post sementem ita maturescere pergunt plusquam VIII menses; quam sententiam Plinii locus confirmat.

Vtraque) Qui Victorianum *iterum* repetiit Gesner, ne verbulum quidem

XVIII. Torcularium si aedificare voles, quadrinis[a] vasis, uti contra[b] ora sient, ad hunc modum vasa 2 componito: arbores crassas P.[c] II. altas P.[d] VIIII. cum cardinibus, foramina longa P.[e] III. S. =— exculpta[f]

CAP. XVIII. (a) Ita Popma dedit ex lectione Polit. *quadritis*, quam in libro vetusto suo reperit Victor. Reliquae Edd. cum Gesnero dant *quadrariis*. (b) Hanc lectionem Vict. effecit ex libri sui *contraria*. Antea editum fuit: *contractiora*. Wratisl. inter *contra* et *ora* suspendit, inserendi causa syllabam *eti*. Brusch. *fient*. (c) *pedes duos* I. B. R. I. I. G. Br. (d) *pedibus novem* I. B. R. Br. *pedes novem* A. Iunt. G. (e) *pedibus tribus et* I. B. R. Br. *pedes tres semis et excalpta* A. Iunt. G. (f) *excalpta* A. Iunt. G. (g) *digitis* I. B. R. Br. *digit.* P.

interpretationis addidit, nec equidem video, quomodo possis interpretari. At geminum ulmi genus habet etiam Columella V, 6, ubi vide. An forte *samera* latet in *iterum?* De utraque ulmo nunc consentientem reperio Rottboellium pag. 23.

CAP. XVIII. *Quadrinis*) Hoc vulgato *quadrariis* substitui debere, recte monuerunt Turnebus VII, 25, Vrsinus et Popma, qui adeo editioni suae inseruit. Victorius ex libro suo vetusto *quadritis*, ex Polit. *quadridis* annotavit Gesner; sed infra sect. 3 recte Polit. *quadrinis*. Edd. principes quadriviis habent pro vulgato *quadrariis*. Non necessariam esse Vrsini emendationem *quadriiugis*, fiet manifestum ex iis, quae dicta sunt supra ad cap. X, 1. Popma locum Pomponii ex Pistore posuit apud Nonium in Quaest. hunc: *nunc plus quaesti facerem, quam quadrinas si haberem molas.* Gallicus interpres: *un pressoir à quatre equipages complets.* Ceterum quaeri potest, cur Cato hic quadrinis vasis contentus fuerit, quum ipse cap. X et XII olivetum iugerum 240 quinis vasis instruxerit? Meister putabat Catonem novam rationem exquisivisse deinde, ut torculario melius ordinato quatuor vasa sufficerent, atque ita non solum spatii, sed etiam laboris et temporis compendium fieret. Itaque probabat lectionem: *uti contractiora sient.* Contra Plinius 18, c. 31: *premunt aliqui singulis, utilius binis, licet magna sit vastitas singulis.*

Contra ora) Reliqui Victorianam emendationem, etsi veram puto esse alteram *contraria*, i. e. sibi opposita. Inepta est Popmae coniectura, *contra fora* legentis. Mecum sentit Turnebus VII, 25; antiquam *contractiora* expressit Gallus: *et qu'il n'ait, que la grandeur nécessaire.* Sed Gallicus architecton in compositione torcularii recte vertit: *opposés par bouts.*

Arbores) Turnebus l. c. interpretatur quas Galli iumellas posteriores vocant; Gallicus etiam interpres *jumelles.*

Cardinibus) Turnebus pedem interpretatur, quo tenuiore infigantur suae basi; Gallicus etiam interpres *les tenons, qui les termineront supérieurement et la portion de leur pied, qui sera engagée dans le patin.*

Foramina) Quibus indantur fibulae monente Meistero. Gallus *le logement des aiguilles.* Turnebus *foramina tria longa p. s.* legendum esse suspicabatur, falsus opinione. Ceterum virgulae transversae tres uncias totidem significant, docente cum aliis

digitos[g] VI. Ab solo foramen primum, P.[h] I. S. inter[i] arbores et arbores, et parietes P.[k] II. in II. arbores P. I. =— arbores ad stipitem primum directos[l] P.[m] XVI. stipites crassi P.[n] II. alti cum cardinibus P.[o] X. sucula praeter cardines P.[p] VIIII. prelum longum P. XXV. inibi lingulam P.[q] II. S. pavimentum binis vasis cum canalibus duobus P. XXXIIII. trapetibus locum dextra,[r] sinistra, pavimentum P. XX. inter binos stipites vectibus

(h) *pede uno et* I. B. R. Br. *pede uno semis*. I. I. G. (i) *inter arbores ped.* II. *inter arbores et parietes ped.* II. *arbores ad* etc. A. I. I. G. *inter arbores et parietes pedes duos, tres duos, arbores pedem unum arbores ad stip.* Brusch. (k) *pedes duos, tres duos arbores pedem unum arbores ad* etc. P. I. B. R. (l) *derectos* I. B. R. Br. (m) *pedibus sexdecim* I. B. R. Br. *ped.* etc. I. I. Ba. A. Gr. G. *pedes* Herv. (n) *pedes duos* I. B. R. (o) *pedibus decem* I. B. R. *pedes* Hervag. deinceps *suculam* Brusch. (p) *pedes* I. B. R. H. (q) *pedes duos: octo* I. B. R. Br. *ped.* 115. I. I. ex quo ortum CXV. Ba. H. A. Gr. G. (r) *destra* Pol. *destra et* I. B. Br. *dextra*,

Gronovio de P. V. cap. 6, p. 27, et Eisenschmidt in tabula notarum ponderalium p. 150.

Digitos VI) De latitudine interpretatur Gallus.

Ab solo) *Ouvrez une mortaise à un pied et demi du sol* Gallus vertit. *Foramen primum* partem infimam foraminis recte interpretatur Meister.

In II arbores P. I =—) Haec verba Gallus intelligere se negat, atque omittit; Meister suspicatur, fuisse olim *arbores et arbores et parietes pone arbores* P. I =—.

Stipitem primum) I. e. primam partem stipitum recte interpretatur Meister, contentus sexdecim pedibus, quum Gallus octodecim sibi sumserit. Meister malebat *inter arbores ad stipitem*.

Stipites) Turnebus esse putat, quas Galli vocent iumellas anteriores, Gallus vertit: *la paire de poteaux qui appartient à ce même pressoir*. Ceterum Pontedera malebat *crassos — altos, suculam*; haec enim omnia pendere a verbo *componito*. *Suculam* ait esse in Edd. primis et Codice Caesenate; nec dissentio equidem a viro egregio.

Praeter cardines) Igitur cum cardinibus pedes X. In sucula *tourillons* vertit Gallus.

Prelum) *L'arbre* Gallo; qui *inibi* reddit *y compris*. Lingula arborum foraminibus inditur, recte monente Turnebo VII, 25.

Pavimentum) *La surface du hangard qu'occupent deux pressoirs y compris leur deux bassins et deux Trapetes, aura 33 pieds de largeur, prise sur la longueur du hangard.* Ita Gallicus Cato, qui totius latitudinis torcularii dimidium pedes XXXIII esse monuit; idem trapetos inter duo vasorum paria, Meister autem inter vasa et parietes collocavit.

Vectibus — P. XXII) Si vectes in utroque latere oppositi sibi trahuntur, laborem impediunt; quare vectibus esse pro *vectubus* censet Gallicus architecton, et Interpres reddit

3 locum P. XXII. Alteris vasis ex adversum ab stipite extremo ad parietem, qui pone arbores[s] est, P. XX. Summa torculario,[t] vasis quadrinis[v] latitudine[x] P. LXVI. longitudine[y] P. L. II. inter parietes.[z] Arbores ubi statues, fundamenta bona facito alta P.[a] V. inibi lapides silices[b] totum forum[c] longum P. V. latum P.[d] II. S.

et R. I. I. G. A. (s) *arborem* I. B. R. Br. (t) *et* ins. I. I. G. A. (v) Ita Polit. et Cod. Gronov. *quadriviis* I. B. R. Br. Vulgo *quadrariis.* (x) *latitudinem pedes* I. B. R. Br. *altitudo pedum* I. I. G. A. (y) *longitudinem pedes quinquaginta duo sit* I. B. Br. R. *longitudo pedum quinquaginta duorum siet* I. I. G. A. (z) *et* ins. P. I. B. R. Br. (a) *pedibus quinque* I. B. R. Br. (b) *siliceos* Ba. H. A. Gr. G. *in* praeterea ins. I. I. G. A. (c) *statuito* inters. I. I. G. A. (d) *pedicinis duobus: octo* I. B. R. Br. *ped.* II. S. *I. I.* ex quo ortum *pedibus centum quindecim* Ba. H.

pour les charrois. Praeterea artifex Gallicus demonstravit pedes solummodo XIIX relinqui vectibus. De priore interpretatione dubito; arbores enim parietibus utrinque oppositae stant, igitur stipites et vectes in medio torcularii spatio sibi utrinque oppositi occurrunt.

Arbores est P. XX) Gallicus architecton ponit pedes XXII.

Vasis quadrinis) Ita ex Pol. dedi pro *quadrariis;* quo accedit Edd. principum *quadriviis.*

Longitudine P. LII) Gallicus architectus longitudini tribuit pedes LXVI; latitudini vero inter parietes pedes XXXVI, non LII. Igitur corrigi volebat *longitudine P. LXVI, latitudine P. XXXVI inter parietes. Arbores ubi* etc. Equidem distinctionem vulgarem, monitus a viro docto, correxi, sententia postulante; erat enim *Inter parietes arbores ubi statues, fundamenta* etc. De mensura videbimus in Explicatione Figurae in fine libri additae. Meister latitudinem 66 pedum similiter posuit, longitudinem 52 pedum; et comparavit locum Vitruvii VI, 9: *Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus et prelo premitur, ne minus longum pedes XL constituatur. Ita enim erit vectiario spatium expeditum. Latitudo eius ne minus pedum senum denum;* de distinctione corrigenda idem prior monuit.

Lapides silices) Gallicus architectus legebat: *silices crassos P. I. S. forum longum P. VI S. latum P. II S.* Fori enim longitudinem vulgarem non sufficere crassitudini binarum arborum, quibus Cato tribuit pedes IV, et intervallo pedum II inter arbores posito. Igitur interpres gallicus vertit: *couvrez-en d'une pierre dure d'un pied et demi d'epaisseur; la superficie, qui sera de six pieds et demi de longueur, sur deux pieds et demi de largeur.* Meister intervallo arborum unum pedem assignat, hinc acquiescit in numero vulgari; prior etiam de significatione vocabuli *forum* monuit, cui dubitabat posse substitui *foramen* aut *torum.* Galli rationem magis probo, quia is rectius spatio inter arbores intercedenti consuluit. Igitur absque ulla correctione malim transpositis verbis legere: *inibi lapides silices statuito; ibi foramen pedicinis duobus facito;*

crassum[e] P.[f] I. S. Ibi foramen pedicinis duobus facito. 4
Ibi[g] arbores pedicino in lapide statuito. Inter duas
arbores, quod loci supererit, robore expleto, eo
plumbum infundito,[h] superiorem partem arborum di-
gitos sex altam[i] facito[k] siet, eo capitulum robustum
indito.[l] Vti siet stipites ubi stent, fundamenta P.[m] V. 5
facito; ibi silicem longum P.[n] II. S. latum P.[n] II. S. cras-

A. Gr. G. (e) *crassum* P. I. S. deest I. I. G. A. (f) *pedicino uno* I. B. R. Br. (g) *ibique* a. V. *sopererit*. Brusch. (h) *fundito* I. I. G. A. (i) *altum* Pol. (k) *facito: fiet et cap*. Iens. et Br. *facito: fiat et cap*. B. R. (l) *indicto* P. I. B., R. (m) *pedibus quinis* a. V. (n) *pedicinis duobus: et* I. B. R. Br. *ped. CXV totum foramen longum P. V latum P. II S. crassum P. I S.* Quod si locum stipitum compares, facile suspiceris lapidum silicum crassitudinem et ceteras mensuras esse, non fori vel foraminis. Ceterum Cato silicem lapidem et caementa alibi distinguit. Pro lapide alii saxum nominarunt. Hoc vero in loco lapidem seu saxum, non silicem probaverim. Diversitatem docet locus Livii 41, c. 37, ubi vias in urbe et clivum Capitolinum et porticum extra portam trigeminam in Aventinum *silice* stravisse censores refert, porticum ab aede Saturni in Capitolium ad Senaculum ac super id Curiam et emporium *lapide* sternenda curasse. Lapides scilicet ad normam caeduntur; silices contra minuti et angulosi. Cato apud Plinium XIX, sect. 6 forum muricibus sternendum censuerat, ne sine causa homines otiosi ibi consisterent.

Pedicinis) Cum Turnebo VII, 25, Popma interpretatur pedem tenuem edolatumque, quo arbor inseritur cardini aut basi suae. Male alii lapidem pedicinum intelligunt, in quo pedes arborum statuantur. Recte cum Meistero Gallicus interpres *les pieds des deux jumelles.*

Robore) Materia roborea seu quernea.

Robustum) I. e. ex roborea materia. Ita antea *robur* dixit, et deinceps *stipites robustos*. Ita Varro I, 38, 3. Columella II, 15, 6; IV, 26, 1, robore querceo vel subereo IX, 1, 3, ubi vide notas; roburneae fruges Columella IX, 1, 5. Plautinos locos a Popma appositos dabit Gesneri Thes. L. L. Ad plumbi mentionem Gallus adiungit *s'il s'y trouve quelque faux joint*, i. e. si commissura labet.

Vti siet) Vulgo erat *indito, uti siet — stent. Fundamenta.* Sequor Gallicum architectum et interpretem, qui recte separavit. Fundamentum enim nunc simile fit, in quo statuantur stipites, quale antea factum arboribus. Prior idem monuit Meister.

Fundamenta P. V) Alta pedes V intellige, ut in fundamento arboribus statuendis, recte monente Gallo et ante eum Meistero.

Silicem longum P. II. S.) Meursium crassitudo aequalis offendit, qui ex comparatione fundamenti alterius malebat *crassum P. I. S.* Gallus vertit: *vous y poserez sur son lit de carrière, et bien de niveau, une pierre de taille longue de deux pieds et demi, large de deux pieds et demi, et épaisse*

sum P.[o] II. s. planum statuito, ibi stipites statuito. Item alterum stipitem statuito. Insuper arbores stipitesque trabem planam imponito, latam P.[p] II. crassam P.[q] I. longam P.[r] XXXVII. vel[s] duplices indito, si solidas non habebis. Sub eas trabes inter canales et parietes extremos, ubi trapeti stent, trabeculam pedum XXIII.[t] s. imponito sesquipedalem, aut binas pro singulis eo[v] supponito. In iis[x] trabeculis trabes, quae insuper arbores stipites stant, collocato. In iis[x] tignis parietes extruito, iungitoque materiae, uti oneris satis habeat. Aream[y] ubi facies, P. V. fundamenta alta facito, lata

I. I. G. (o) *pede uno et* I. B. R. Br. *ped. XV*. I. I. G. *p. 1. s.* Pol. atque ita Ald. (p) *pedicinis duobus* I. B. R. Br. *pedes duos* I. I. G. (q) *pede uno* I. B. R. Br. *pedem unum* I. I. G. A. (r) *pedibus triginta* I. B R. Br. (s) *Has* I. I. G. A. (t) XXIIII. s. Pol. *viginti quattuor* I. B. R. Br. *viginti trium et semis* I. I. G. (v) *desuper ponito* a. V. (x) *his* I. B. R. A. I. I. G. Br. (y) *aram* P. et Cod.

d'un pied et demi. De crassitudine consentio.

Planum) In ipsa soli planitie collocare, ita, ut tota sua altitudine a pavimento exstet, interpretatur Meister: qui ita caveri putat infimo stipiti a pavimenti humore. Ita esse in Vitruvio: *Si plano pede erit ruderandum*, id est, in ipsa soli planitie.

Stipites statuito. Quum sequatur *item alterum stipitem statuito*: malim h. l. cum interprete Gallico legere *stipitem statuito*. Ceterum Meister hinc arguit arbores in eodem lapide statui a Catone, quum separatim unumquemque stipitem nunc statuat. Hinc etiam silicum diversa mensura ponitur longitudinis.

Trabem planam. Recte Gallus vertit *horizontalement*, et trabem ipsam *tour de poitrails.* Meister monet, trabem geminam requiri, arboribus alteram, alteramque stipitibus imponendam. Solidas interpretatur, quae bina prela seu vasa iungebant.

Sub eas trabes) Gallus *Super* emendandum aut vulgatam eadem sententia interpretandam esse censet. Huc ducit antiqua lectio a Victorio mutata in fine sententiae, quae habebat: *pro singulis desuper ponito.* Gallo praeiverat Meister.

Canales) Gallus *le passage des voitures* interpretatur ex ratione ea, qua pavimentum cum vasis quadrinis descripsit.

Trabeculam) Gallus interpretatur: *poutre servant d'étressillon entre un pressoir à droite et un à gauche, et posée entre le passage des voitures et le mur.* Ceterum binas trabeculas pro singulis supponi tum demum censet Meister, quum duplices quoque trabes impositae fuerint.

Trabes, quae) Gallus: *bouts de poutres ou forts madriers.*

In iis tignis) Gallus: *sur cette charpente élevez une maçonnerie.*

Aream) Gallus: *l'aire qui tenoit lieu de notre maie*, eamque putat in

P. VI. aream,[z] et canalem rotundam[a] facito, latam P.[b] IIII. S. ==— Caeterum pavimentum[c] totum[d] fundamenta pedum duorum facito. Fundamenta[e] primum fistucato,[f] postea cementis minutis, et calce arenato[g]

Gronov. *Haram* I.B.R.Br. (z) *haram* P. I. B. R. Br. (a) *rutundam* Pol. (b) *pedibus quattuor*: *et* I. B. R. Br. *ped. quatuor* S. I. I. G. *pedes* exprimit *Herm.* (c) *pavimento toto* A. I. I. Ba. H. A. *pavimenta toto* Gr. G. (d) *totum. Fundamenta* I. B. R. Br. *fundamento ped. duorum. Fund.* umisso *facito* Cod. Gronov. (e) *fundamenta* om. I. B. R. Br. (f) *festucato* omnes praeter I. I. G. (g) *hare-*

torculario vinario fuisse latiorem. Scilicet legit Gallus *latam P. VI aream*, eamque censet pariter rotundam fuisse.

Latam P. IIII) Gallicus architectus, ne altitudo canalis, quo liquor expressus defluit, omittatur, corrigit *latum P. III altum P. I. S* Ƶ. Canalem eodem modo interpretatur Meister.

Ceterum pavimentum) Gesner vulgatam defendit intellecto *per pavimentum totum*. Equidem malim *Cetero pavimento toto*. Intelligit nunc pavimentum omnis spatii, excepto pavimento areae et canalis, cui pavimentum signinum sternit, recte monente Gallo.

Cementis) Super solo congestitio fistucato statumina inducit, cementis minutis, non minoribus tamen, quam quae manus implere possint, monente Meistero.

Calce) Pavimenta subdialia struere docet ex Vitruvio 7, 1. Palladius Maio c. 11, subtegulana, qualia Cato, Palladius I, 9. Vtraque Plinius 36, s. 61, 62, 63. Ceterum *calce arenato* iunctim lecta probabat Gesner, et calcem genere etiam masculo dici putabat. Contra monet Pontedera, Catonem genere foeminino dixisse calcem cap. 16 et 38. In Palladio Febr. 25, 23, pro *calx viva*, Codex Erford. habet *vivus*, sed eius libri auctoritas tanti non est. Igitur calcem ab arenato seiungi voluit Pontedera. Aliud enim esse *calcem*, aliud *arenatum*; et in calce iam intelligi arenam, cum qua subacta sit. Verum ita non opus erat addi *calce*; alterutrum enim abesse poterat. *Arenatum* enim fieri ex calce et arena, notum est, veluti Gallorum *mortier*, nostrum *Moertel*. Sed hoc arenato Cato h. l. uti non voluit. Rudus enim fundamentis ingerit, primo quidem ruderis coriu ex saxis seu cementis minutis et tertia parte calcis admiata facto, altero ex glarea et calce. Atque ita pavimentorum rudera statuminat Vitruvius, Plinius et Palladius in locis supra laudatis. Igitur nec Pontederae nec Gesneri sententiam plane approbare possum. Si Cato posuit *arenato*, respexit ad portionem calcis cementis aut glareae addendae; sed puto vocabulum esse spurium. At nunc demum video Pontederam in Cur. sec. locum posuisse monumenti antiqui, ubi similiter *calce arenato* positum est. En tibi locum: *eosque parietes marginesque omnes quae lita non erunt, calce harenato lita politaque et calce uda dealbata recte facito. Quod opus structile fiet in terra, calcis restinctae partem quartam indito nive maiorem.* Itaque credere licebit calcem arenato (casu tertio) dictam distingui solitam a calce uda.

semipedem unumquodque corium struito. Pavimenta ad hunc modum facito, ubi libraveris, de glarea, et calce arenato primum corium facito; id pilis subigito, item [h] alterum corium facito.[i] eo calcem cribro succretam indito alte digitos duo.[k] ibi de testa arida pavimentum struito. ubi structum erit,[l] pavito fricatoque oleo:[m] uti pavimentum bonum siet. Arbores, stipitesque[n] robustas facito,[o] aut pincas. Si trabes minores facere voles, canales extra columnam expolito.[p] si ita

nato Pol. (h) *id est* I. B. R. Br. *inde* I. I. G. A. Vulgo *idem*. (i) *face* I. B. Br. R. *facito eo. eo* Pol. (k) *duos* a. V. (l) *est* a. V. (m) *oleo* ins. I. B. R. Br. *oleo peruugito* A. Iunt. G. (n) *stipites* Pol. (o) *facito* omitt. I. B. R. Br. (p) *exponito* I. I. V. A. (q) *opus* abest I. B. R. Br. *opposuerunt* Cod. Gronov.

Vnum quodque) Bina coria fuisse ex altitudine fundamentorum, colligit Meister.

Primum corium) Ruderare hoc dicit Vitruvius, monente Meistero.

Item) Ita cum Meursio correxi vulgatum *idem*.

Ibi de testa) Vrsinus malebat: *ibidem testa — sternito; ubi stratum est.* Bene. Nam proprie testaceum pavimentum non struitur, sed sternitur, vel superfunditur, ut ait Palladius I, 17, 1. Sed gravius ulcus miror a viris doctis omissum. Testa omnis arida est, sed pavimentum testaceum seu signinum fit e testa trita calci addita. Plinius 35, s. 46: *Fractis etiam testis utendo sic, ut firmius durent, tusis calce addita, quae vocant signina, quo genere etiam pavimenta excogitavit.* Testam tritam et succretam in hoc opere adhibet Vitruvius. Quare malim legere: *item testam tritam et pavimentum struito.* Nunc video Gallicum interpretem recte testam aridam interpretari *ciment de têts poli à l'huile.* Testa dicitur later coctus igne. Vitruvius II, 8.

Oleoque fricato) Ex Edd. I. B. R. addidi *oleo*; quod fieri voluit etiam Meursius, qui inepte calcem ex oleo subactam apud Vitruvium 7, 4, et Palladium 6, 11, comparabat, qua lateres bipedales canaliculati iunguntur. Probavit nostram lectionem etiam Pontedera, sed inepte comprobara voluit loco Plinii 36, c. 24, *quod malthatur, oleo perfricatur ante.* Quin Palladium comparas, qui I, 17, cisternarum pavimentum testaceum omni cura terendum ad nitorem et lardo pingui decocto assidue defricandum esse mouet.

Extra columnam) Gallus vertit: *entez-les par entailles*, et deinceps legendum esse censet *pedum XXV longae*. Meister ita: *hoc est ora quae oleum effundunt, possunt quoque in aversis arearum partibus patere; tum non opus est tanto ab una area ad alteram intervallo, cortinis nempe et capulatoribus in alium locum ablegatis; ita stipites quoque, qui utrinque parieti proximi sunt, minus distant, et tantundem trabium longitudini decedere potest. Numerus pedum XXII aperte vitiosus*

feceris, trabes pedum XXII. longae opus[q] erunt. Orbem olearium latum pedibus IIII. punicanis[r] coagmentis facito, crassum digitos[s] VI. facito,[t] subscudes[v] iligneas adindito. Eas ubi confixeris, clavis corneis occludito. In eum orbem tris catenas[x] indito. Eas catenas[x] cum orbibus[y] clavis ferreis corrigito. Orbem ex ulmo, aut ex corylo facito. Si utrumque habebis, alternas indito. 9

XIX. In vasa vinaria stipites arboresque binis pedibus altiores facito, supra foramina arborum pedem

(r) *punicariis* I. B. R. Br. *item* Pol. 2. *punicarnis* I. I- G. A. (s) *digitis* I. B. R. A. I. I- G. Br. (t) *facito* omitt. I. B. R. A. I. I- G. Br. (v) *subsudes ibi iligneas diudito* Pol. 2. (x) Ita pro *cathenas* P. I. B. R. M. Po. 2. (y) *orbis* Pol. forte *orbi*.

est. Maioris enim spatii compendium fieri nequit, quam quod inter binos medios stipites intercedit; trabes itaque ad minimum sucularum longitudinem et stipitum latitudinem, hoc est 26 pedes, debent aequare.

Orbem olearium) Gallus: *la table qui couvrira le tas à pressurer.* Codex Gronovianus habet *pedibus IIII Ξ.*

Punicanis) Gallus interpretatur: *par clefs en forme de tenons pénétrant d'une moitié de leur longueur dans l'épaisseur d'une pièce, et la seconde moitié dans l'épaisseur de l'autre pièce, et chevillées dans l'une et dans l'autre.* Plautus Mostell. III, 2, 143: *Non enim haec pultifagus opifex opera fecit barbarus. Viden' coagmenta in foribus? — specta, quam arcte dormiunt — ut connivent volui dicere;* ubi vide notam Scaligeri. Torculare poenicum ex Varronis γεροντοδιδάσκάλῳ habet Nonius.

Subscudes) Gallus vertit: *elles seront liées extérieurement par clefs à queue d'hirondes — maintenues en place par des chevilles de cornouiller.* Festus: *subscudes appellantur cuneatae tabellae, quibus tabulae inter se configuntur, quia quo eae immittantur succiditur*, seu, ut alibi rectius habet, *succuditur.*

Catenas) De his vide ad Palladii I, 43. Gallus h. l. vertit: *elles seront encore affermies dans leur assemblage par trois barres fixées par des clous de fer.*

Corylo) Pontedera vitium iam vidit, corrigens *carpino*, aut *corno* aut *opulo*. Gallicus interpres *corno* praefert. An fuit *corneolum*? Ita bacillum corneolum Afranius apud Nonium in *Bacillum* habet. De ulmo Vitruvius II, 9: *et in commissuris et in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.* De vectium et preli materia vide cap. 31, s. 2.

Alternas) *Entremêlez-les* Gallus praeeunte Meistero, qui praeterea monet, male caput sequens ab hoc esse divulsum; verba enim *in vasa vinaria — facito* parenthesi inclusa cum reliquis esse continuanda, et copulanda cum hoc capite.

quaeque uti absient.[a] unae fibulae locum facito semi pedem quoquoversum. In suculam[b] sena foramina indito. foramen, quod primum facies, semipedem ab cardine facito, caetera[c] dividito[d] quam rectissime.
2 Porculum[e] in media sucula[f] facito. Inter arbores[g] medium quod erit, id ad mediam collibrato,[h] ubi porculum[i] figere oportebit. uti in medio prelum recte situm siet. Lingulam quum facies, de medio prelo collibrato,[k] ut inter arbores bene conveniat. digitum pollicem laxamenti facito. Vectes longissimos pedum XIIX.[l] secundos pedum XIV. remissarios pedum XII. alteros pedum X. tertios pedum VIII.

CAP. XIX. (a) *absiet* Pol. Vulgo distinguebatur locus: *facito. semipedem — quoquoversum in suculam.* (b) *succulam* I. B. R. Br. (c) *caeteraque* I. B. R. Br. (d) *divito* Pol. (e) *portulum* I. B. R. Br. *proclicium* Pol. 2. (f) *succula* I. B. R. Br. (g) *arborem* Bo. (h) *conlibato* Pol. *collibato* Cod. Gronov. (i) *portulum* I. B. R. Br. deinceps *figire* Br. (k) *conlibato* Pol. (l) XII. X. Pol. *duodecim. vel decem* I. B. R. Br. *decem et octo* I. I- G.

Cap. XIX. *Vti absient*) *A capitulo* supplet Gallicus architectus, quem sequutus vulgarem lectionem distinxi rectius. Vulgatam tamen ita interpretatur Meister: *ubi superius deficit foramen illud longum arborum, locus est faciendus fibulae et confibulae ligneae, quae comprimat arbores si dishiascent, et efficiat, ut quaeque arbor ab altera absit pedem.*

Sena) Gallus: *Chaque tête de treuil sera percée de trois trous de part en part, ce qui produira six orifices pour recevoir les barres.* Meister: *trina ab utraque parte, semipedem a se invicem distantia, primum a cardine tantundem dissitum, ita ut in media sucula novem pedum intervallum duorum pedum vacuum funi ductario obvolvendo relinquatur.*

Cardine) Suculae scilicet, *le tourillon.*

Rectissime) Aequali intervallo interpretatur Gallus.

Porculum) Gallus interpretatur *le croc.* Ita scilicet Turnebus VII, 25. Festus: *Sucula et machinae genus teretis materiae et foratae ac crassae, quam ut uber scrofae porci circumstant, sic (porculi) versantesque fune ductario volvunt.*

Vt inter — conveniat) Haec verba cum interprete Gallico ad antecedentia retuli; vulgo enim cum sequentibus copulantur. Vertit ille: *à l'effet que ce milieu concoure précisément avec le milieu de l'entre-jumelles.*

Laxamenti) Quo liberius moveantur; *de jeu* Gallus vertit.

Pedum XIV) Hanc proportionem vulgatae XV, ut rectiorem praetuli cum Gallico interprete, cui praeiverat Meister.

Remissarios) Turnebus interpreta-

XX. Trapetum quomodo concinnare oporteat. Columellam[a] ferream, quae in miliario[b] stat, eam rectam stare oportet in medio ad perpendiculum, cuneis salignis circumfigi oportet bene. eo plumbum effundere caveto,[c] ne labet columella.[d] Si[e] movebitur, eximito;[f] denuo eodem modo facito, ne[g] se moveat.[h] Modiolos[i] in orbis olea[k] facito, et[l] eos circumplumbato,[m] caveto ne laxi[n] sient.[o] Si[p] autem labant in

Cap. XX. (a) *Columnellam* Iens. Bonon. Reg. Brusch. *Trapeti columnellam* Iens. I- G. A. (b) *meditulio* Iens. Bonon. Reg. Brusch. (c) Ita Iens. I- G. A. Vulgo *caveat*. Deinceps vulgo erat *ni*. (d) *columnella* I. B. R. I. I- G. Br. (e) *autem* inser. I. B. R. A. I. I- G. Br. (f) *et* ins. I. I- G. A. *et plumbum fundito: et* ins. I. B. R. Br. (g) *donec non* a. V. (h) *si se moverit, eo plumbum fundito* ins. I. I- G. A. (i) *Modulos* I. B. R. Br. (k) *oleaginos ex orcite* Pol. (l) *et* om. P. (m) *circum plumbato* diu I. B. R. (n) *lassi* P. Iens. Br. (o) *fiant* I. B. R. Br. (p) *Si autem labent* des. Pol. et Cod. Gronov. (q) *cuppam* I. I- G.

tur non eos, quibus remittatur prelum, sed remissioris et minoris longitudinis, quibus in remissiore pressione opus sit. Hunc sequitur recentior interpres Gallicus.

Cap. XX. *Trapetum — oporteat*) Haec verba lemmatis instar antea superscripta ipsi orationi Catonis recte inseruit Gesner.

Miliario) Edd. I. B. R. *meditulio*. Miliarium in usu balneorum fuit vas longum et angustum. Vide ad Palladium I, 40, 3, et Aprili VIII, 7. Hoc in loco Gallus interpretatur *une exubérance de la forme d'un vase miliaire qui occupe le centre du bassin, et qui a la même hauteur que le rebord.*

Caveto) Ita recte I. I. G. monente Pontedera; sequuntur enim *eximito*, *facito* etc.

Ne labet) Vulgatum *ni* correxi sententia postulante; plumbum enim in firmandis modiolis, nullo vero modo in columella adhiberi voluit, quod facile ponderi cederet, ut recte monuit Victorius, qui veterum editionum lectionem ex libris scriptis correxit, nisi quod *ni* reliquit. Gallicus interpres habet *pour l'affermir*. Cato igitur columellam, si labet, denuo cuneis circumfixis firmari voluit. Facilius enim ita eximitur, et denuo firmatur. Monuit idem Meister et gallicus architectus. Pontedera tamen in Cur. sec. defendit lectionem *ni labet*. At, bone, plumbum circumfunditur ne labet columella vel modiolus; si iam labat, serum est, circumplumbare, aut denuo faciendum id est, ne labet.

Modiolos) Graece χοινικίδες sunt, Gallice *moyeux*, nobis *Nabe*.

Caveto, ne laxi) Haec verba copulanda sunt sensu cum verbo *circumplumbato*, recte monente interprete Gallico.

Labent in cupam) Haec ita esse copulanda et distinguenda a reliquis verbis, recte monuit Gallicus interpres. Vulgo erat *labent*, *in cupam eos indito*. Cupae enim indi modiolos, et inditos circumplumbari, ne labent

cupam,[q] eo indito[r] tunicas solidas, et[s] latas digitum pollicem. facito[t] labeam,[v] bifariam[x] habeant, quas figas clavis duplicibus, ne cadant.

XXI. Cupam[a] facito P. X. tam crassam quam modioli postulabunt,[b] mediam[c] inter orbis quae conve-

cuppam ferrem I. B. R. Br. Deinceps omnes habent *eos*. (r) *fundito cunicas* Pol. 1. Alter nobiscum. *fundito in tunicas* I. B. R. Br. punctum, vulgo post *indito* positum, abest I. I. Ba. H. A. ubi, Gymn. (s) *et* om. Pol. (t) Vulgo erat *pollicem facito. labeam*. Sed punctum post *facito* omitt. I. B. R. *ubi*, I. I- G. (v) *labrum* Polit. (x) Vulgo *bifariam faciat*, et *habeat*. Sed *faciat* om. I. B. R. Br. *et* omitt. Polit.

Cap. XXI. (a) *Cuppam* I. B. R. Br. *Cuppam trapeti* I. I- G. A. (b) *postulabant*

vel vacillent; caput sequens docet. Recte igitur Gallus *cupam* interpretatur axem, *essieu*; haud scio tamen, an aeque bene a graeco κόπος vocem derivet. Cum Gallo facere video Pontederam, cuius notam male excerpserat Ernesti. Is igitur vulgatam *in cupam eos indito; tunicas solidas, et latas d. p. facito*; ita correxit, ut legeret, *in cupam, eo indito tunicas solidas et latas d. p. facito labeam bifariam, et* (vel *uti*) *labeas, quas* etc. Quam emendationem eo lubentius sequutus sum, quod vulgatam alia ratione tueri non licet, nisi quis cum Edd. I. B. R. legere malit: *eos indito in tunicas*. De ipsa lectione non admonuit Gallus, sed recte locum vertit: *remboitez-les de boites d'une seule pièce*. Scilicet recte admonet *solidas* h. l. tunicas opponi duplicibus, ut capite 18. Solidas ex ferro solido factas, non consutas interpretatur Meister, qui libri Polit. *cunicas* praeferebat, quasi ex graeco χοίνικες derivatas, quas modiolos ferreos interpretatur, quibus lignei muniantur intrinsecus.

Labeam) Polit. *labrum* glossam esse vulgatae, monuit Gesner. Foeminino genere Plautum et Nevium dixisse etiam *labia* vel *labea*, annotavit Pontedera. Loca posuit Gesneri Thes. L. L. Hinc *Labeones* dicti fuerunt. Gallus vertit: *et faites en sorte que les deux orifices de chacune s'affleurent exactement de chaque côté, et puissent tous deux être fixés par clous*. Itaque h. l. legi voluit: *facito labeam bifariam* (i. e. utrinque) *habeant, quam figas* etc. Eandem sententiam expressit Pontedera scriptura hac: *facito labeam bifariam, et* (vel *uti*) *habeas, quas figas* etc. Equidem utriusque viri docti conatu approbato atque inde adiutus, malui breviorem sequi viam, cum Edd. I. B. R post *bifariam* positum vulgo verbum *faciat*, et deinceps positum *et* Polit. liber omittant. Igitur *habeat* mutavi in *habeant*, servavi tamen *quas*, quod pronomen potest ad sensum referri, etsi numero praecedenti non convenit. Denique *figas* substitui vulgato *figat* cum Pontedera. Gesner malebat: *faciat ut habeat* vel *faciat habeat*, de ipsa sententia securus.

Cap. XXI. *Quae conveniat*) Sensum recte reddidit Gallus: *donnez à la partie qui en formera le milieu et separera les meules l'une de l'autre, toute la grosseur que demandera la colonne de fer*

niat,[d] tam crassam quam columella[e] ferrea erit. Eam mediam pertundito, uti[f] columellam[g] indere possis. Eo fistulam ferream indito, quae in columellam[h] conveniat, et in cupam.[i] Inter cupam dextra[k] sinistra[l] pertundito late digitos primoris IIII. alte digitos primoris tres, sub cupa tabulam ferream lata cupa media erit, pertusam figito, quae in columellam conveniat. dextra sinistra[m] foramina ubi feceris, laminis circumplectito, replicato in interiorem partem cupae omnis

Pol. (e) *aliam* ins. I. I- G -A. (d) *conveniant erassam* P. (c) *columnella* a. V. Pol. 2. nobiscum. (f) Dcineeps interpositum *in* omisi eum I. B. R. Br. (g) Ita Pr. *columnella* ante Vict. cum quo reliqui *columella*. (h) *columnellam* a. V. (i) *cuppam* B. R. I. I- G. et sie per totum caput. *cuppale. cupa*. P. (k) *destra* I. B. R. Br. (l) *sinistraque* a. V. (m) *sinistraque* a. V. deinceps *lamnis*

pour y être reçue. Supra cap. 19 de ligula. *ut inter arbores bene conveniat*. Igitur incisionem post *orbis* sustuli.

Vti columellam) Hanc lectionem a Gesnero etiam probatam sequitur gallicus Interpres.

Fistulam ferream) *Boite de fer* (canon) *ajustée au diamètre de la colonne et à celui de l'essieu.*

Inter cupam) Gallus: *Vers le milieu de cet essieu.*

Primores) Tenues et crassis oppositos interpretatur Turnebus XI, 13 hic et infra c. 40, s. 3 summos, eminulos, primas partes digitorum Popma. Gallus: *larges de quatre pointes de doigts.*

Ferream lata) Recte monuit Pontedera legendum esse *ferream tam latam quam cupa media erit.* Meister haec ita interpretabatur: *Foramini immissam fuisse tabulam ferream, qua intercedente, cupa cum inhaerentibus orbibus in columellam uteretur, non quidem toto pondere, (nam orbiculis subiectis altitudinem orbium temperari vult Cato; quod fieri non posset, nisi cupa orbiculis incumberet). Ita tamen, ut columella oneris partem ferret.* Gallus ita: *attachez sous cette pièce, qui est suffisamment large dans cette partie, une platine de fer percée pour livrer passage à la colonne.*

Laminis) Polit. liber *lamnis*, quam formam in Plinii libris ubique praeferre librum Vossianum egregium annotavit I. Fr. Gronov. p. 775.

Conveniat dextra) Vulgarem distinctionem *conveniat dextra sinistra. Foramina* correxi monente Meistero, qui ita haec interpretatur: *Nempe utrinque quatuor orae foraminis et a fronte et interius ita muniendae erant ferri lamina, ut tabula ferrea in hoc foramen adacta lignum non laederet.*

Polulas) Quum supra cap. X, 4 sine varietate sit *labellum polulum* etiam h. l. ex Edd. eam formam restitui.

In interiorem) Ita vulgatum *inferiorem* correxit Meister, quem secutus Gallus interpretatur: *garnissez de lames de fer les quatre parois latérales de chacun des trous, que vous aurez pratiqués de droite et de gauche, dans*

quatuor laminas: dextra sinistra [n] foramina utrinque secus laminas. Sublaminas [o] polulas [p] minutas supponito, eas [q] inter sese configito, ne foramina maiora fiant, quo cupulae [r] minusculae indentur. [s] Cupam, [t] qua fini in modiolos erit, utrinque secus imbricibus ferreis quatuor desues, [v] ibi [x] utrinque secus facito, qui figas. imbrices medias clavulis figito. Supra imbrices extrinsecus cupam pertundito, [y] qua clavus eat qui orbem cludat. [z] Insuper foramen librarium ferreum digitos sex latum indito, pertusum [a] utrunque

P. Paulo post vulgo est *inferiorem*. (n) *sinistraque* a. V. (o) *Sub laminas* diu. Gr. G. (p) Vulgo *pollulas* legitur. *polulis minutis* I. R. Br. *poculis minutis* Bo. *polulas* etc. I. I- G. A. (q) *easque* a. V. (r) *cuppae* a. V. *cupo* Cod. Gron (s) *videntur* I. B. R. Br. (t) *Cupa* P. (v) *desuos* P. 1. et 2. (x) *ibique* a. V. (y) *protundito* P. Iens. (z) *claudat* a. V. et Cod. Gronov. (a) *pertusumque* P.

la face intérieure de l'essieu. Repliez sur cette même surface chacune de ces quatre lames introduites dans chaque trous.

Quatuor laminas) Quae deinceps leguntur, aperte vitiosa sunt. Gallus ea sic vertit: *Sur les parties repliées de toutes les lames insérées dans les trous de droite et de gauche, appliquez en d'autres plus minces, que vous clouerez ensemble, pour contenir les premières, dont la destination est d'empêcher que les trous ne s'élargissent.* Vnde sic legere possis: *laminas dextra sinistra. Vtrinque secus foramina laminas sub laminas polulas minutas supponito.* Vocem tamen *minutas* ex glossa vocabuli *polulas* ortam suspicor. *Sub laminas* dividi oportere monuit etiam Meursius.

Quo cupulae) Gallus: *Quant à la destination de ces trous, elle est de recevoir des pieds pendans.*

Qua fini) i. e. quatenus. Gellii locum XI, *hac fini ames, tanquam forte fortuna osurus* apposuit Popma, item alterum Heminae.

Imbricibus) Graecorum πλήμνας interpretatur Meister, syringum cavitatem, cui axis extrema immittuntur in curribus. Gallus vertit: *Armez les parties de cet essieu, qui doivent être engagés dans le moyeux, chacune de quatre pièces de fer en forme de goutières, que vous entaillerez dans le bois de toute leur épaisseur et percerez dans le milieu.*

Foramen librarium) Mensuram et capacitatem foraminis non intelligi adiectam 6 digitorum mensuram satis indicare monet Gesner, qui genus pyxidis, fistulae vel modioli intelligit recipiendo clavo; librarium dici putat a totius pyxidis pondere vel a genere laminae, e quo perficiatur. Ita in aquaeductibus dici fistulas centenarias, docetur ad Paladii Aug. XII. Gallicus interpres reddit: *une frète du poids d'une livre.*

secus qua clavus eat. Haec omnia eius rei causa fiunt, uti ne cupa in lapide[b] conteratur. Armillas[c] IIII. facito, quas circum orbem indas, ne cupa et clavus conterantur intrinsecus.[d] Cupam materia ulmea aut faginea facito.[e] Ferrum factum, quod opus erit, uti idem faber figat. HS.[f] LX. opus sunt, cum[g] plumbum[h] cupam emito[i] HS.[k] IIII. cupam qui concinnet,[l] et modiolos qui indat, et plumbet, operas fabri duntaxat ††.[m] VIII. Idem trapetum oportet accommodet.[n] Summa[o] sumti[p] ††.[q] LXXII. praeter adiutores.

XXII. Trapetum hoc modo accommodare oportet. librator uti statuatur[a] pariter. ab[b] labris digitum mini-

pertusumque intrinsecus I. B. R. Br. Pol. 2. nobiscum. (b) *lapidem* a. V. (c) *Armilas* Pol. 2. (d) *Vtrinsecus* P. I. B. Br. R. P. 2. nobiscum (e) *facta* lens. *factam* B. Br. R. Deinceps *Ferrum factum* separatim Brusch. Paulo antea vulgarem distinctionem *conterantur. Intrinsecus cupam.* correxi (f) III. *s. haec opus* W. Pol. hic et semper LX. *operae opus* a. V. (g) *Tum* W. Pol. 2. (h) *in ins.* a. V. (i) *emittas* I. B. R. Br. *emittis* I. I- G. A. (k) deest a. V. (l) *concinnat* a. V. (m) deest a. V. (n) *accommodet sumptui. Summa* LXXII. I. B. R. Br. (o) *Sumpti summa* I. I- G. A. (p) *sumptui* etiam Pol. (q) N. I. I- G. Ald.

CAP. XXII. (a) *statuat. Pariter* I. B. R. Br. *statuat pariter* I. I- G. A. (b) *a* I.

Lapide conteratur) Orbium, monente Meistero.

Cupam materia) Vulgarem distinctionem correxi, quam vitavit etiam Gallus sic vertendo: *Le corps de cet essieu peut être d' orme ou de hètre.* Meister de armillis his ita: *nempe binae interiores cavent, ne cupae pars media crassior, binae vero exteriores ne clavus ab orbe circumacto conteratur. Caeterum iste clavus Graecorum παραξόνιος est.*

Cum plumbum cupam) Recte Gesner praeferebat lectionem: *Tum plumbum in cupam.* Ceterum in Commeliniana numi nota posita est litera N inversa, quemadmodum fere etiam in Edd. I. I-G. Contra Rob. Stephanus lineam posteriorem inflexam interpretatus est per literam S, notam sestertii, cuius loco vulgo pingitur haec nota: HS. Monet praeterea Gesner X seu decussem inductum, notam denarii, quam forte quis hic cogitare possit, summam nimis grandem efficere. De signis sestertii et denarii laudat Gronovium p. 12, et Harduinum ad Plinium VII not. maior. 108.

CAP. XXII. *Statuat)* Gallus interpretatur: *que le bassin soit bien de niveau.*

Ab labris) Meister intelligit eam partem, qua orbis conversis ora exterior proxime accedit ad labrum, quod intervallum ipse negat monstrari in

mum orbem abesse oportet. ab solo mortarii orbes cavere oportet, ne quid mortarium terant. Inter orbem, et miliarium unum[c] digitum intercsse oportet. si plus intererit, atque[d] orbes nimium aberunt, funi circunligato miliarium[e] arcte[f] crebro, uti expleas
2 quod nimium interest. Si orbes altiores erunt, atque nimium mortarium deorsum[g] teret, orbiculos ligneos pertusos in miliarium, in columellam[h] supponito, eo altitudinem temperato. Eodem modo latitudinem orbiculis ligneis, aut armillis ferreis temperato, usque
3 dum recte temperabitur. Trapetus emptus est in Suessano ††[i]. CCCC[k]. et olei p. l. composturae ++[l]. LX. vectura boum[l], operas sex homines[m] VI. cum bubulcis ++[l]. LXII[n] cupam[o] ornatam ++. LXXII. pro oleo ††-P. XXV. S.[p] S. ++[q] DCXXIX.[r] Pompeiis emptus[s] orna-

B. R. Br. (c) interpon. Iuntt. (d) *adque* Pol. (e) *molarium* I. B. R. Br. (f) *arte* Pol. et ins. I. B. R. Br. (g) *deorsum* Pol. (h) *columnellam* a. V. *columella* P. (i) *mummis* I. B. R. Br. *numis* I. I- G. A. Sic per totum caput. (k) *quadringentis* a. V. (l) *et* ins. a. V. (m) *homines sex cum bubulcis*, omitt. I. B. R. Br. *homines sex* deest quoque I. I. G. A. (n) LXXII. Pol. et Cod. Gron. *septuaginta duobus* a. V. (o) *cuppae ornamenta totidem: olei torculum et vasa caetera nummis septingentis: caeterus ornatus domi pompeiis emptus est nummis tricentis octoginta quattuor: vectura* etc. I. B. R. Br. (p) N. I. I- G. sequentes

imagine vulgaris trapeti, quae ab eo fuit apposita.

Miliarium arctae) Edd. primae *molarium* habent. Meister miliarium h. l. interpretatur ligneam columellam, quae cupam proxime sustineret; funi circumligari putat, partim, quo firmius reddatur, et ne rimas contrahat, praecipue vero ut intervallo quam minimo intercedente, cupae et orbibus quam minimus nutandi et vacillandi locus relioquatur. Sed rectius Gallus; cuius rationem vide in Dissertationem de Trapeto Catonis, subiecta his libris.

Armillis) Scilicet illis quatuor, cavent, ne orbes cupam aut clavos conteraut, cap. 21, sect. 4, quibus et plures addi possunt, quae intervallum orbis ab orbe, aut orbis a labro temperent, monente Meistero.

3. *Olei p. l.)* i. e. pondo libram. Vide Gronov. de P. V. p. 27.

Homines VI) Ex glossa esse haec verba, censebat Gesner. Edd. primae haec cum sequentibus *cum bubulcis* omittunt; recte puto; nam qui pro vectura boum mercedem solvit, pro bubulcis etiam solvisse dicendus erit, puto.

DCXXXIX) Meursius ex calculis colligit, esse debere DCXXXI.

Emptus ornatus) Edd. I. I. G. le-

tus ++. cccxxcIIII. vectura[t] ++ ccxxc[v]. Domi melius concinnatur, et accommodatur. Eo sumti[x] opus est. ++[y] LX. Summa, ††-[z]. DCCXXIIII. Si orbes in[a] veteres 4
trapetos[b] parabis medios crassos P. I. digitos[c] III.[d] altos P. I. foramen semipedem[e] quoquoversum[f]. eos quum[g] advexeris, ex trapeto temperato. Ii[h] emuntur[i] ad Rufri[k] macerias ††-. cxxc. temperantur ††. xxx. tantidem Pompeiis[l] emitur.[m]

XXIII. Face[a] ad vindemiam, quae opus sunt, uti[b] parentur. vasa laventur: corbulae sarciantur: picentur dolia[c]: quae opus sunt, picentur[d], quum pluet[e]; quala parentur[f], sarciantur. far molatur. Menae[g]

numeros om. Cod. Gronov. (q) *summa sumpti* I. I- G. A. (r) DCCVIIII. Pol. DCCXXIV. Cod. Gronov. *caeterus ornatus domi* inser. I. I- G. A. (s) *emptus est trapetus numis* etc. I. I- G. A. (t) *vecturam* Pol. (v) *empta est* ins. a. V. (x) *sumptui* P. *sumptum* le. *sumptu* B. R. Br. (y) ‡‡ LX. Summa ‡‡. DCCXXIV. desunt I. B. R. N. LXV. I. I- G. A. (z) N. DCCXXIX. I. I- G. deinceps DCCXVIIII. Cod. Gronov. (a) *in* om. a. V. (b) *trapeto* a. V. (c) *digitis tribus* I. I- G. A. (d) *et* ins. I. B. R. Br. (e) *semipede* I. I- G. A. (f) *quoquovorsum* a. V. punct. praeterea deest I. B. R. (g) *eum* om. I. B. R. Br. (h) *Ii* om. a. V. (i) *Venduntur* I. I- G. A. *Venuntur trapeti ad macerias* I. B. R. Br. *Veneunt ad Rufei macerias* Codices Vrsini. (k) *rutri* P. (l) *pompeis* Pol. (m) *emuntur* a. V.

CAP. XXIII. (a) *Fac* Pol. (b) *ut* Pol. *antea* ins. I. I- G. A. (c) *et alia* ins. a. V. (d) *et* ins. a. V. (e) *aqua imbuantur. et* inters. I. B. R. Br. *aqua imbuantur. Quala* etc. I. I- G. A. (f) *et* add. a. V. (g) Ita pro *Bennae* Codd. Victorii.

ctionem *emptus est trapetus* praefert Meursius comparato cap. 135, a. 2, ubi Pompeiis trapetos emi ait.

Medios crassos) Infra cap. 135: *trapetos latos maximos pedes IV. S. orbis altos pedes III. S. orbis medios, ex lapicidinis cum eximet, crassos pedem et palmum, inter miliarum et labrum pedes II. digitos II. labra crassa digitum. — Foramen in orbis semipedem quoquo versum facito.* Vnde fortasse altitudo h. l. corrigi debet.

Rufri) Infra cap. 135, a. 2, *Nolae ad Rufri maceriam claves*; ubi Edd. principes *Rufi* habent.

CAP. XXIII. *Picentur cum pluet)* Vulgo pessime distinguitur: *picentur. cum pluet, quala parentur.* Monenti Pontederae obsecutus sum propter c. 2, ubi per tempestatem pluviam dolia lavari et picari iubet. Meursius ad pluviam referebat lectionem Edd. principum, quae post *pluet* addunt *aqua imbuantur, et.* Possunt haec opera fieri utroque tempore, sed commodius pluvio, quum reliqua opera cessant.

Menae) Festus: *Benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur, unde vocantur combennones in eadem benna sedentes.* Galli hodieque *Benneau* vo-

2 emantur. oleae caducae saliantur[h]. Vvas miscellas[i] ad vinum praeliganeum, quod operarii bibant, ubi tempus erit, legito. succum[k] puriter[l] omnium dierum pariter in dolia[m] dividito. Si opus erit, defrutum in-

M. Po. 2. *Maenae* I. B. Br. R. Pol. 4. *Mene* Cod. Gronov. (h) Ita pro *salliantur* a. V. (i) *misellas* a. V. sequens *ad* omitt. Cod. uterque Florent. et Gronovianus. (k) Ita pro *siccum* a. V. (l) *pariter* B. R. (m) *dola* P. (n) Ita pro

cant. Vide Cangii Glossarium h. v. Pro vasis genere *bennam* ex scriptoribus medii aevi idem posuit. Scheffer de Re Vehic. II, 21 docere etiam conatus est, bennam esse cistam vitilem vel corbem, plaustro imponi etiam quae possit; quo genere vehiculi rustici nostri utuntur. Gallicus Interpres *manequins* vertit. Pontedera tamen lectionem optimorum librorum *menae* praeferebat, ad cibum operariorum; cui equidem assentior cum Rottboellio.

Vvas miscellas) Pontedera aut *miscellas uvas* aut *ad* deleri vult; vinum enim praeliganeum esse idem illud, quod ex uvis miscellis fiat; in Cur. sec. addit Cod. utrumque Florent. omittere *ad*; ita melius convenire sequens *siccum*. Si recte inteligo viri doctissimi rationem, putavit, vinum praeliganeum etiam hic more Catonis dici pro uva praeliganea, adeoque uvas miscellas inepte apponi. Sed verba sequentia: *quod operarii bibant*, docent, Catonem de vino, non de uva praeliganea loqui. Miscellam nigram multo ante alias percoqui, monet Varro I, 54. Pessime locum interpretatur Gesner de mixto uvarum genere. In Gallia duabus ante vindemiam septimanis uvas maturas legunt, mustumque scobi fagineae aut querneae infundunt in dolio, aut cum aceto miscent, atque ita fervorem musti accelerant, vinumque parant, quod operarii per vindemiam bibant.

Succum) Hanc lectionem immerito abolevit Victorius, merito probavit Gesner, qui tamen excidisse aliquot verba suspicabatur, quoniam quae deinceps sequuntur, ad vinum praeliganeum non pertineant, sed ad mustum conditivum. Recte quidem hoc animadvertit vir doctus; verum haec observatio nihil adiuvat suspicionem eius. Cato enim vindemiae initium et opera omnia simul breviter perstringit. Exordium igitur a vino operariis praebendo, praeliganeo; deinde reliquum vinum concinnare docet. Quod denique idem vir doctus *vinum siccum* capitis 25 ad defendendam vulgatam lectionem adhibuit, in eo plane a vero aberravit. Nam vinum siccum ibi est more Catonis dictum pro uva sicca.

Si opus) Locum hunc antequam emendare aggrediar, ponam locum Plinii 14, s. 25: *Cato iubet vina concinnari (hoc enim utitur verbo) cineris lixivii cum defruto cocti parte quadragesima in culeum, vel salis sesquilibra; interim et tuso marmore. Facit et Sulphuris mentionem, resinae vero in novissimis. Super omnia addi maturescente iam vino iubet mustum, quod ille tortivum appellat, nos intelligimus novissime expressum.* Ita Pintianus et Harduinus ex libris scriptis emendavit vulgatam lectionem quae *pulegii* habebat pro *in culeum*. Verbum *concinnare* hodie non apparet in Catonis

dito in mustum, cineris lixivi cocti[n] partem quadragesimam addito defruto[o], vel salis sesquilibram in culleum[p]. Marmor si indes, in culleum[q] libram in- 3
dito.[r] id indito in urnam,[s] misceto cum musto. id[t] inditó in dolium[v]. resinam si indes, in culleum musti P. III. bene comminuito,[x] indito[y] in fiscellam[z] et facito uti in dolio[a] musti pendeat. eam quassato crebro,

Victor. *de musto lixivo coctum partem* I.B.Br.R. (o) Vulgo *defruti* P. *defriti.* (p) *culeum indito. Marmor* a. V. (q) *culeum* a. V. per totum caput, et alibi. (r) *indito. id* om. a. V. (s) *et* ins. a. V. (t) *id indito* abest a. V. *musto. Si in dolium res. indes* Brusch. Ald. (v) *doleum* Pol. (x) *communito* I.B.R.Br. (y) *inde* a. V. (z) *indito* ins. a. v. (a) *doleo* Pol. (b) *resiuam* P. Iens. (c)

libris; reliquorum insunt vestigia, ut statim dócebo.

Cineris lixivi cocti) Ita recte Edd. I. B. R. cum Plinio; Victorianam lectionem *de musto lixivo coctum* repetiit Gesner, et probasse videtur Pontedera. Deinceps scripsi *defruto* pro *defruti* ut sententia constaret.

Indes in culleum) Ita distingui debere haec verba sententia et Pontedera admonuit. Vulgo post *in culleum* distinctio posita erat.

Id indito) Gypsum addi mustis, novimus ex Plinio, Columella et Geoponicis. De sulphure testatur ex hoc ipso Catonis loco Plinius; nisi malis cum Pontedera credere, Plinium negligenter huc sulphur ex Cap. 39 transtulisse. Vtriusque mentio in libris vulgatis excidit, parte tamen aliqua orationis relicta, quae in vestigium verae lectionis nos perducat. Igitur h. l. fuit olim scriptum: *sulphur si indes, id indito in urnam,* (pondus excidit) *misceto bene cum musto; gypsum si indes .... indito in dolium; resinam si indes, in culleum musti* etc. Scilicet vocabula sulphuris et gypsi cum mensuris exciderunt; etsi deinde sect. 4 tantum marmor et resinam repetit. Hodie sulphure inurunt vel vasa vel ipsa vina, quo diutius incorrupta servent, et fervorem vini impediant. Alium sulphuris usum reperio annotatum in Vincentii Specul. natur. VI, 91: *ex vino rubeo per sublimationem aqua extrahitur, quia quando cum eodem vino aqua et sulphur apponitur, aqua nimirum exhalans accipit a mixtis cum vino rubeo siccitatem, indeque contrahit sublimationem; quae cum sit subtilis humiditas, siccitatem trahit a sulphure, propter quae duo potest ipsa esse nutrimentum flammae. Et tunc si super ipsam pannus ponatur, sine deperditione panni superpositi aqua in flammam servabitur.* Cap. 97, libri IV; docet scirpum siccum ex vino adulterato aquam attrahere.

Resinam) Plura de vinis resinatis ad Columellae XII dicentur; nunc monebo ex Galeno de Alim. Facult. II, cap. de uvis passis, resinam vino addi in regionibus frigidis, ubi uvae non percoquuntur, ne vinum celeriter acescat.

4 uti resina[b] condeliquescat.[c] Si indideris[d] defrutum,
aut marmor, aut resinam, dies xx. permisceto crebro,
tribulato[e] quotidie.[f] Tortivum mustum[g] circumcida-
neum suo cuique dolio dividito, additoque pariter.

XXIV. Vinum Graecum hoc modo fieri oportet:
Vvas Apicias percoctas bene legito. ubi delegeris, in
eius musti culleum aquae marinae veteris quadran-
talia[a] II. vel salis puri modium[b]. Eum[c] in fiscella[d]
suspendito, sinitoque cum musto distabescat. Si hel-
veolum[e] vinum facere voles, dimidium helveoli, di-
midium apicii vini[f] indito, partem trigesimam[h] de-
2 fruti[g] veteris addito. Quicquid vini defrutabis[i], par-
tem trigesimam[h] defruti addito.

cum deliquescat Pol. *deliquescat* a. V. (d) Ita pro Vict. *Indideris* A. I- G. *Si inderis* I. B. R. Br. (e) *tribulatoque* a. V. (f) *cuotidie* Pol. (g) *mustam* B. R.

Cap. XXIV. (a) *q. II.* P. *quartas binas* I. B. R. Br. *quadrantalia bina* I. I- G. (b) punctum abest P. *et* ins. I. B. R. Br. (c) *Hunc* I. I- G. A. (d) *fiscellam* a. V. (e) *helviolum* Pol. per totum caput. (f) *vini* abest a. V. (g) *defrutique* a. V. (h) *tricesimam* I. B. R. *trigesumam* Po. 2. (i) Vulgo *defrudabis*, excepta Edit. Popm. 2.

Si indideris) Hanc veram lectionem pessime Victorius expulit, ego sine dubitatione restitui.

Tributato) Resinam contritam et cribratam musto additam rutabulo ligneo permiscet Columella XII, 23. Vnde forte h. l. *rutabulo* scribi debet pro *tribulato*.

Circumcidaneum) Varro I, 54 circumcisitum vocat; quod pede vinaceorum circumciso exprimitur. Vocabulum ipsum h. l. suspectum habebat Vrsinus, quia Plinius solum tortivum ex h. l. retulit. Sed is *maturescente iam vino* mustum tortivum addi refert ex h. l. Columella XII, 36, tortivo musto cum roris marini ramulis condito post duos menses uti iubet pro remedio; quem locum ex hoc nostro explicandum esse puto. In *circumcidaneum* latere maturescens vinum Plini suspicor corruptum librariorum vitio.

Cap. XXIV. *Defrutabis)* i. e. addito defruto firmabis ad aetatem. Vulgatam *defrudabis* correxit Vrsinus, eumque secutus Popma, pessime defendit Gesner, concinnare, καπηλεύειν interpretatus. Ignorabat scilicet quid esset defrutare vinum; ratione enim hac utitur, ut doceat, non esse h. l. de vinis defrutandis sermonem, quoniam coctionis non fiat mentio. Eundem errorem postea transtulit adeo in Thesaurum L. L. Ita utitur etiam Columella II, 22, 4 et XII, 37, vino graeco defrutum miscet.

XXV. Quum vinum[a] coctum erit, et quum legetur[b], facito uti servetur familiae primum. sicque[c] facito studeat bene percoctum siccumque legere, ne vinum nomen perdat. Vinaceos[d] quotidie[e] recentes succernito, lectos[f] caestibus[g] subtento,[h] vel cribrum illi[i] rei parato: eos[k] conculcato[l] in dolia picata[m], vel

Cap. XXV. (a) *Quom* I. B. R. *Cum* A. Iunt. G. (b) *legitur* P. (c) Ita ex Edd. a. V. rescripsi pro victoriana: *primum suisque, facitoque*. Deinceps vulgatum *studeas* correxi. In Polit. libro est *si vis* pro *sicque* vel *suis*. (d) *Vinacios* Pn. 2. (e) *cuotidie regentes* Pol. (f) Ita a. V. *lector* P. Vulgo *lecto*. (g) Vulgo *retibus*. I. B. Br. R. Cod. Caesen. *aestibus*. A. Iunt. G. *exiccato restibus* etiam P. *restibus* cum Cod. Gronov. (h) *substeruito* I. B. Br. R. *subteneto* Cod. Caesen. *subteutis* A. Iunt. G. Deinceps *vel* restitui ex I. B. Br. R. Cod. Gronuvii (i) *cribro illi rei* A. Iunt. G. *cribum* Pol. *eius rei* I. B. Br. R. *illius* vulgo exstat. (k) *siccos* A. Iunt. G. (l) *eoucuulcatos* I. B. Br. R. (m) *indito* add. I. B.

Cap. XXV. *Vinum coctum)* i. e. uva cocta erit, et legatur. Ita fere ubique Cato. Intelligit uvas miscellas ad vinum praeliganeum, de quo cap. 23.

Sicque) Meursius praeferebat veterem lectionem *familiae, sicque facito*. Gesner malebat *tuisque*. Rottboell corrigit p. 25 haec ita: *sicque facito studeat* sc. familia. Recte. Scilicet supra cap. 23, sect. 2, est: *uvas miscellas* (nigras, quae omnium primae maturabantur) *ad vinum praeliganeum, quod operarii bibant, ubi tempus erit, legito*. Hinc apparet familiae suos male adiicere Catonem a victorio refictum. Itaque non dubitavi Victorianam: *primum suisque, facitosque studeas* deserere.

Caestibus subtento) Malui cum Pontedera sequi antiquam lectionem, quam novam ab Aldo invectam et Victorio. Hanc scilicet si probes, vinacci in lectum retibus subtentum succernuntur cribro illi rei parato. At lectus ipse iste cribri vicem gerere videtur; nisi malis cribro succerni vinaceos, in lecto destillare atque exsiccari. Hoc spectasse videtur auctor lectionis Aldinae *exsiccato restibus subteutis*. Vel sic tamen usus cribri supervacaneus est. Quod si voluit Cato vinaceos a scopionibus separare poterat cribi vices lectus restibus subtentus item gerere ea in re. Vinacei enim per foramina restium vel retium transibunt, scopiones restabunt. Igitur secutus sum rationem Pontederae, quam ex Cur. eius sec. excerptam corrupit Ernesti. Scilicet *subtento* est pro *subteneto*, ut *substeneto*, *sustincto*. Caestus sunt, qui hodieque in Italia *cesti* dicuntur, vasa viminea, canistra, corbes, monente Pontedera. Simili fere notione posuit Varro I, 59, sect. 3. Deinde *vel cribrum* est in Edd. primis et Codice Caesenate, qui ex Codice Victorii optimo est derivatus. Lectos loris subtentos posuit Cato cap. X, 5, sed in usum hominum. Lucilius apud Nonium p. 181, *Tres a Deucalione grabati restibus tenti*. Succernere esse videtur pro secernere; certe ita Pontedera inter-

in lacum[n] vinarium picatum.[o] id bene operito[p], iubeto[q] oblini[r], quod des bubus per hiemem. Indidem, si voles, lavito paulatim[s]. erit lorea familiae, quod bibat.

XXVI. Vindemia facta vasa torcula, corbulas, fiscinas, funes, patibula, fibulas iubeto suo quidquid[a] loco condi. Dolia cum vino bis in die face[b] extergeantur.[c] Privasque[d] scopulas in dolia facito habeas illi[e] rei, qui[f] labra doliorum circumfrices, ubi erit lectum[g] dies triginta; si bene deacinata[h] erunt dolia,

Br. R. (n) *latum* I. B. Br. R. Pol. 4. *lacum* Pol. 2. (o) *pilatum* P. et Cod. Gronov. (p) *operito* om. I. B. Br. R. (q) *iubetoque* A. Iunt. G. (r) *ut habeas* add. A. Iunt. G. (s) Ita disting. ante Vict. et Wr. Vulgo *lavito paulatim erit.* I. B. Br. R. *lavito paululum, et lorca.* Wr. *lavato paululum, et lotio.* Po. 2. *lora* dedit.

Cap. XXVI. (a) *quicque* I. I. G. A. (b) *fac* Pol. (c) *extergantur* P. Iena. (d) *que* omitt. I. B. R. Br. (e) *illius* I. B. R. Br. (f) *quis* I. B. R. Iuntt. *queis* Ba. II. A. Gr. G. (g) *post* addebant ante Victor. Vulgo etiam distinguitur

pretatur. Sic cap. 37, s. 2, *partem de vinaceis succernito et in lacum conicito.* Ceterum Pontedera ex Polit. lectione *regentes* malebat *regestos*; idem loram ex graeco λούω et ῥάξ. Est enim auctore Varrone lora quasi lota acina. Quanquam ex h. l. Plinius non *lorea*, sed *lora* retulit, eamque formam ubique servant Varro et Columella.

Id bene) Ad lacum non bene refertur, nec ad dolia. Post *oblini* recte Edd. I. I. G. addunt: *uti habeas.* Columella VI, 3: *licet etiam eluta et siccata vinacia, quae de lora eximuntur cum paleis miscere; nec dubium est quin ea longe melius cum suis folliculis antequam eluantur, praeberi possint.*

Lavito paulatim) Vulgo distinguebatur auctore Victorio *lavito. paulatim.* Monuit de vitio Meursius, cui assentiebatur Pontedera et Gesner. Deinde *lora* Popma.

Cap. XXVI. *facta)* Partem horum repetit infra cap. 68, ubi est rectius *in suo quidque loco reponito.* Patibula Gallico interpreti sunt *les barres*

Illi rei) Infra cap. 153, editum fuit a Victorio et Gesnero *ille rei*, ubi similiter Edd. I. B. R. *illius* habent. Supra cap. 25, *illius rei* reliquit Gesner, quum Edd. quaedam rectius *illi rei* darent. Geoponica III, 15, Decembri mustum iubent, quum deferbuit, purgare καὶ τὸν ἔνδοθεν τὸν περὶ τοὺς τραχήλους τῶν πίθων ῥυπὸν καὶ ἀφρὸν ἀπομάττειν χόρτῳ τήλεως (foeni graeci virgulis colligatis) ἢ ταῖς χερσὶ καθαραῖς.

Triginta) Ad fervorem musti tantum temporis vix requiritur. Sed totus hic locus propter brevitatem obscurus mihi quidem est. — Postea vidi, distinctionem vulgarem esse vitiosam. Ecce noster c. 152: *In diebus*

oblinito. Si voles de faece[i] demere vinum, tum erit ei rei optimum tempus.

XXVII. Sementim facito[a], ocinum, viciam[b], foenum Graecum, fabam, ervum, pabulum bubus[c]. Alteram, et tertiam pabuli sationem facito. Deinde alias fruges serito. Scrobis[d] in vervacto oleis, ulmis, vitibus, ficis, simul cum semine serito[e]. Si erit locus siccus, tum oleas[f] per[g] sementim serito, et quae ante satae erunt, teneras tum supputato, et arbores ablaqueato.

XXVIII. Oleas, ulmos, ficos, poma, vites, pinos, cupressos quum seres, bene cum radicibus eximito cum

circumfrices. Vbi erit lectum — triginta, si bene etc. (h) *de amata* P. 2. (i) *fece* A. Iunt. G.

Cap. XXVII. (a) *facito ita: ocymum* a. V. (b) *vitiam* I. B. R. Br. Ba. H. A. Gr. G. (c) *dato* add. I. B. R. Br. *serito* add. I. I- G. A. (d) *scrobisque invectito* I. B. R. Br. *scrobis invervacio* Pol. teste etiam Victorio *scrobes invertito* I. I- G. A. (e) *serito* omitt. I. I- G. A. (f) *oleam pro sementi* I. B. R. Br. (g) *per* omitt. P.

XXX *quibus vinum legeris, oliquoties facito scopas virgeas almeas aridas, in asserculo olligoto, cabus latera doliis intrinsecus usque bene perfricato, ne faex in lateribus adhaerescat.*

Deocinata) Pontedera malebat *dehamata*, i. e. scopis purgata ab innatante faece, quibus ea tanquam hamis adhaeret. Quid si verbum factum dicam ab acinis spumarum sordibus immistis?

Tum erit) Vindemiae tempore. Vina vere, aestate et post solstitium hiemale pro natura diversa sua et regionis diffundere (μεταγγίζειν) docent Geoponica VII, 6. Vere florente rosa transfundit Columella XII, 28, qui reliquam vini conditi curam tradit c. 30. Maio transfundunt Geoponica III, c. 5.

Cap. XXVII. *Vervacto)* Si scilicet terra oliveti frugibus simul servit, in vervacto fit scrobis, et simul cum semine seu planta frugibus obseritur ager; alias in terra pastinata fit scrobes.

Si erit locus siccus — serito) Haec integriora leguntur infra cap. 61, ubi vide notas.

Teneras putato) De putatione accuratius infra docet cap. 44, sed ibi est de oliveti putatione verna.

Ablaqueato) Supra cap. 5, ablaqueare autumno et stercus addere iussit.

Cap. XXVIII. *Cum radicibus)* Sensus apertus est horum verborum; et tamen ex h. l. pinorum stolones ex radicibus enatos et plantatos ineptissime effinxit nuperus Interpres Germanus Georgicorum II, 65, ubi plantas dici vult nostris scriptoribus eas proprie, quae ex stolonibus eiusmodi sumuntur. Praeterea eo in loco multas alias ineptias in poëtae sui ingenium accumulavit homo rei rusticae veterum plane ignarus. Plinius 17, 16: *Cato crassiorem quinque digitis — (trans-*

terra sua quam plurima, circumligatoque uti ferre possis. in alveo aut in corbula ferri iubeto. Caveto[a] quum ventus siet aut imber, effodias, aut seras. nam id maxime cavendum est. In scrobe quum[b] pones, summam terram subdito. postea operito terra radicibus fini,[c] deinde calcato pedibus bene, deinde[d] fistucis[e] vectibusque calcato quamoptime poteris. Id erit ei rei primum[f]. Arbores crassiores digitis[g] v. quae erunt, eas praecisas serito, oblinitoque fimo summas, et foliis alligato.

Cap. XXVIIII. (a) *autem*, *ne* ins. a. V. (b) *qui impones* I. B. R. Br. *quum ponas* Pol. 2. (c) *foeni* I. B. R. Br. (d) *inde* I. B. R. Br. (e) *festucis* I. B. R. Br. *et* Vict. (f) *Post haec* praepon. a. V. (g) *digitos* I. B. R.

ferri iubet) *Cato omnes ventos et imbrem quoque in tota translatione damnat; et ad haec proderit, quam plurimum terrae, in qua vixerint, radicibus cohaerere, ac totas cespite circumligari; cum ob id Cato in corbibus transferri iubeat, procul dubio utilissime. Idem summam terram contentus est subdi; — terram circa radices fistucato spissandam, quod Cato primum ea in re esse censet, plagam quoque a trunco oblini fimo et foliis praeligari praecipiens;* ubi Pintianus malebat legi *festuca aut vecte* vel *festuca conspissandam.* Idem Plinius 17, s. 16, aream cupressi semini serendo aequat cylindris aut *volgiolis.*

Circumligatoque) Modum docet columella V, 9, 8.

Corbula) Ex Plinii loco laudato Vincentius bis posuit *scrobibus.*

Aut imber) Plinius 17, a. 14, de cupresso: *differuntur post annum dodrantali filo custodita temperie, ut viridi coelo ferantur ac sine aura, mirumque dictu, periculum eo tantum die est, si roraverit quantulumcunque imbrem, aut si afflaverit;* ubi viride coelum debet esse sudum, ut recte monuit iam olim Dalecamp. Crescentius II, 27 de ulmi plantis: *si aliunde portentur, radicibus coopertis et optime praeparatis, ut a calore defendantur et vento.* Ceterum Catonem his in praeceptis inprimis respexisse puto oleam, de cuius plantatione vide infra cap. 61.

Radicibus fini) I. e. tenus. Ita *hac fini* dici apud Gelium I, 3, alibi vero *umbilici fine* et similia usitatius poni monuit Gesner.

Praecisas serito) Haec etiam inprimis de olea dici puto, de qua Columella V, 9, 10. Quodsi cum sua terra planta non convenit, tum optimum est omni fronde privare truncum, atque levatis plagia fimoque et cinere oblitis in scrobem vel sulcum deponere. Truncus autem aptior translationi est, qui brachii crassitudinem habet. Muscum praeterea talearum plagis obdit Idem XI, 2, 42. Cato c. 40, 4, lingua bubula obtegit insitionem. Ecce Plinius XVII, c. 2: *Cato crassiorem quinque digitis* (transferendam praecipit), *nec omisisset idem, si attineret, meridianam coeli partem si-*

XXIX. Stercus dividito sic. Partem dimidiam in segetem, ubi pabulum seràs, invehito. Et si ibi olea erit, simul ablaqueato,[a] stercusque addito. Postea pabulum serito, partem quartam circum oleas ablaqueatas, qua[b] maxime opus erit, addito, terraque stercus operito. Alteram quartam partem in pratum reservato, idque tum[c] maxime opus erit, ubi favonius flabit. Evehito[d] luna silenti.

Cap. XXIX. (a) *oblaqueato* Commel. *adlaq.* Cod. Gronovii. (b) *quummaxime* I. B. Br. R. (c) *cum maxime* I. B. Br. R. Cod. Gronov. (d) *vehito* Cod. Gron.

guare in cortice, ut translata in iisdem et assuetis statuerentur horis; ubi ex Codice *ut translata deinde etiam adsuetis* corrigit Abr. Gronov.

Cap. XXIX. *Segetem)* i. e. arvum, agrum. Sed Cato ita frugibus serendis stercus abnuere videtur, quum pabulo servire partem dimidiam, alteram quartam oleis, alteram pratis vult. Suspicabar legi debere *segetem et ubi pabulum*; sed statim Cato solum pabulum memorat serendum in stercorato agro.

Ablaqueato) Commeliniana *oblaqueato* habet; quam formam in Columella II, 15, 3 reliquit Gesner: et recte quidem ut veram defendit ex loco Isidori XVII, 5 ubi est: *oblaqueare est circa codicem terram aperire*. Scilicet lacum circa codicem effossum Graeci γυρὸν vocant, oblaqueationem ipsam γυροῦν. Inepte Schoëttgen distinguebat *ablaqueationem* ab *oblaqueatione*. In Columellae libro de Arboribus c. 5, c. 6 et 10 libri scripti optimi consentiunt in forma vera *oblaqueare*, quam tamen ubique restituere libris abnuentibus dubitavi. Vetus etiam Kalendarium, ab Vrsino editum, mense Septembri *oblaqueationem* nominat.

Idque tum) Noster c. 50: *prata primo vere stercorato luna silenti, quae irrigua non erunt, ubi favonius flare coeperit*; qui locus egregie firmat emendationem Pontederae h. l. legentis *idque sicco maxime opus erit. Vbi favonius flabit evehito luna silenti*. Consentit etiam Columella II, 18: *macriora et pendula loca mense Februario luna crescente fimo iuvanda sunt — curandum est ut secundum Favonii exortum mense Februario circa Idus immistis semiuibus foeni macriora loca et utique celsiora stercorentur*. Idem cap. 15: *itaque pratis quam recentissimum debere iniici — idque mense Februario luna crescente fieri oportere; nam ea quoque res aliquantum foeni fructum adiuvat*. Contra in segetem vetus stercus luna decrescente inserendum esse, quo minus herbarum crescat, cum Columella Palladius docet. Sed ecce Plinius 17, s. 8 post verba ex Varrone et Columella excerpta habet: *Fimum miscere terrae plurimum refert favonio flante ac luna sitiente: idque plerique prave intelligunt a Favonii ortu faciendum, ac Februario mense tantum; cum id pleraque sata aliis mensibus postulent. Quocunque tempore facere libeat, curandum ut ab aequinoctiali occasu flante vento fiat, lunaque de-*

XXX. Bubus frondem ulmeam, populneam,[a] querneam, ficulneam[b] usquedum habebis, dato. Ovibus frondem viridem, usquedum habebis, praebeto. Vbi sementim facturus eris, ibi oves delectato[c], et[d] frondem usque ad pabula matura dato[e]. Pabulum aridum quod condideris in hieme, quam maxime conservato, cogitatoque hiems[f] quam longa siet.

XXXI. Ad oleam cogendam quae opus erunt, parentur. Vimina matura, salix per tempus legatur,[b] uti siet[c] unde corbulae fiant, et veteres sarciantur. Fibulae unde fiant, aridae iligneae, ulmeae, nuceae,

Cap. XXX. (a) *popileam* I. B. R. Br. (b) *ficulnamque* Pol. *ficulneamque* a. V. (c) *delegato* a. V. *delicato* Pol. 2. (d) *et* omitt. P. (e) *dato* add. a. V. (f) *hyemis* Iuntt.

Cap. XXXI. (a) *salices* a. V. (b) *legantur* a. V. (c) *sit* I. B. R. Br. (d) *fac*

crescenti et sicca. Mirum in modum augetur ubertas effectusque eius tali observatione; ubi Plinii errorem pratorum stercorationem confundentis et segetum nullo modo excusare poteris: inepte igitur Columellae locum taxare voluisse videtur.

Silenti) Infra c. 50 similiter pro *silenti* Plinius ex Catone *sitienti* laudavit; quod vocabulum si decrescentem lunam significat, Cato reliquorum scriptorum observatione renititur; quod facit etiam, quum luna silente prata stercorat. Locus igitur uterque forte vitiosus est.

Cap. XXX. *Bubus*) Vide infra ad cap. 54.

Delectato) Plinius 17, s. 6, *ubi saturus eris frumentum, oves ibi delectato*, i. e. pascito, detineto. Apud Nonium II, 224, Quadrigarius *hostem delectare* dixit, monente Schoëttgen.

In hieme) Quin in hiemem conditur pabulum; atque ita legi debere puto.

Hiems) Iuntt. *hiemis* antiquum esse monet Gesner ex Vossio; veteres enim inter duas ultimas consonas mediam vocalem interponebant.

Salix per tempus legatur) Haec verba ut glossam eiici volebat Pontedera; nihil enim aliud esse vimen maturum, nisi salicem per tempus lectum. Mihi aliter videtur. Infra Cato 33, 5 de eadem re ita tradit accuratius: *salictum suo tempore caedito, glubito, librum conservato, cum opus erit in vinea, in aquam coniicito, ex eo alligato. Vimina unde corbulae fiant, conservato.* Hinc malim ex vestigiis antiquae lectionis *salices — legantur* ita h. l. constituere *vimina matura salicti per tempus legantur — sarciantur.* Matura sunt vimina quum glubi possunt; tunc enim detracto libro, vimina ad corbulas vinciendas adhibentur, libro alligatur vinea.

Cap. XXXI. *Fibulae unde fiant*) Omnem loci difficultatem tolli putabat Gesner, si ita distingueretur,

ficulneae, face[d] uti in stercus. aut in aquam conii-
ciantur[e]. inde ubi opus erit, fibulas facito. vectes
iligneos, aquifolias[f], laureos[g], ulmeos facito, uti
sient[h] parati. Prelum de[i] carpino[k] atra potissimum 2

in Pol. *face in* Cod. Gron. (e) *coniciantur* P. (f) *acrufolios* cum Victor. Gesn. et Cod. Gronov. qui antea *iligneas* habet. (g) *aut* I. B. R. Br. A. addunt. (h) *fient* Iens. Br. (i) *ex* Pol. et Cod. Gronov. (k) *sappino* a. V.

uti ab ipso factum est: *sarciantur, fibulae unde fiant. Aridae* etc. Pontedera *aridae* mutabat in *taleae*, certe intelligi *taleae* volebat. Neuter interpretationem addidit. Itaque veterem distinctionem restitui, quam commode interpretari licet. Verba autem *Fibulae unde — fibulas facito* misere luxata et alienis permixta sunt. Primum igitur fibulas ex salice vel viminibus, vel ex fico fieri non posse intelliget, qui fibularum usum in prelo Catoniano oleario et vinario perspexerit ex Figura et Descriptione in fine huius libri subiecta. Quod animadvertisse etiam puto Gallicum interpretem, qui locum ita vertit: *Coupez à tems l'osier et les saules pour avoir de quoi faire des corbeilles neuves et reparer les vieilles. Voici de quoi on foit les aiguilles: on laisse tremper dans l'eau, ou bien l'on enfonce dans un fumier des branches d'yeuse, d'orme, de noyer et de figuier quand elles sont trop sèches, et l'on s'en sert ensuite pour faire des aiguilles à mesure que l'on en a besoin.* Videtur igitur Pontederae rationem probasse, qui *taleae* legebat, quae tamen ipsae non satis crassae et firmae esse possunt, unde fibulae preli fiant. Deinde verba ea quae in stercus vel aquam coniicere iubent ligna, manifesto pertinent ad vimina, unde corbulae fiunt. Ecce Columella XI, 2, 92: *potest etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari; quae si natura minus lenta est, ante dies XV praecidenda et purgata in stercore obruendo est ut lentescat; sin autem iam pridem caesa exaruit, in piscina maceranda est.* Ita Columella ad vitium ligamina praeparat salicem. Idem I, 6, 21 in piscina vimina virgulas et alia, quae fiant usibus apta, macerat. Totum igitur locum sic concinnabo: *veteres sarciantur. Arida face ut in stercus aut in aquam coniiciantur; inde ubi opus erit corbulas facito. Fibulas iligneas, ulmeas, nuceas, vectes iligneos* etc. De voce *ficulneae* dubito; fibulae ficulneae usui preli ineptae videntur esse; ad ligamina varia forte virgae ficulneae fuerunt praeparatae.

Aquifolios) Victorianum *acrufolios* retinuit Gesner, et inepte defendit Popma. Plinius 16, s. 84: *Cato vectes aquifolios laureos ulmeos fieri iubet.* Ex ilice scilicet aquifolia. Aquifolios Plinii Gallus interpretatur *de houx*, quam materiam flexibilem prelo ineptam esse ait, contra acrufolios probat ex arbore, quae ad genus, Gallis *Yeuse* vocatum, pertineat; tandem vero suspicatur, aquifolios eosdem esse cum acrufoliis.

Carpino) Plinius 16, sect. 75, ex h. l.: *Prelum e sapino atra potissimum facito: ulmeam pineam nuceam, hanc atque aliam materiam omnem quum effodies, luna decrescente eximito post meridiem sine vento austro; tunc*

facito.[l] ulmeam,[m] pineam,[n] nuceam, hanc atque aliam materiem omnem quum effodies, luna decrescente, eximito, post meridiem,[o] sine vento austro. Tum erit tempestiva, quum semen suum maturum erit. Cavetoque[p] per rorem[q] trahas, aut doles.[r] Quae materies[s]

(l) *At* ins. A. I. I- G. *aut* I. B. R. Br. (m) *aut* interser. I. B. R. Br. (n) *vel* ins. I. B. R. Br. (o) *meridies in* P. (p) *ue* ins. a. V. (q) *errorem* Pol. (r) *materiem* add. I. B. R. (s) *materies* abest P. I. B. R. Br. (t) *maturum* ins. I. B. R. Br. (v) *glube* P.

erit tempestiva, quum semen suum maturum erit. Cavetoque ne per rorem trahas aut doles. Victorius *carpino* substitnit antiquae lectioni, a Plinio etiam commemoratse, eamque unice probare videtur Pontedera, qui monet esse quae Ostrya dicitur Bauhino Pinac. 427, ulmo similis, fructu racemoso, lupulo simili. Haec vero est carpinus ostrya dicta Linnaeo. A carpino genere distinxit Scopoli Florae Carniol. tom. II, p. 243 edit. secundae. Sapinus ex abietum genere minus firma ad prelum est, quam carpinus. Igitur Victorianam praetuli. Sed Pontedera in Cur. sec. monet, hodieque materiarios Venetos atram carpinum *sappino* vocare. Alteram coloni Italici *carpino bianco* nuncupant.

Pineam, nuceam) Macrobius Saturn. 17, 4, pineam nucem male ex h. l. retulit, monente Meursio. Theophrastus H. P. V, 1: κελεύουσι δὲ καὶ δεδυκυίας τῆς σελήνης τέμνειν, ὡς σκληροτέρων καὶ ἀσαπεστέρων γενομένων.

Effodies) Infra cap. 37: *materiam quam effodies aut praecides abs terra — optime eximetur.* Effodi arbores quasdam solitas olim, statim docebo ex Theophrasto.

Tum erit) Macrobius l. c. habet hinc, *tum vero erit.*

Cavetoque) Addi vult ex Edd. antiquis *ne* Pontedera. Ita enim solet Cato. Vide cap. 32, 37, 40, et 5. Solus est locus cap. 34: *terram cave cariosam tractes;* quem similiter corrigit Pontedera.

Trahas) Infra c. 37: *omnino caveto, ne quam materiam doles neu cedas, neu tangas, si potes, nisi siccam, neu gelidam neu rorulentam.* Vnde h. l. malim *tractes;* etsi scio, in vulgatis Plinii libris esse etiam vulgatam lectionem. Ne per austrum, ventum humidum et calidum, nec per rorem geluve aut ante meridiem, sed omnino sicca et tempore sicco materia caedatur et tractetur, cavet Cato, quippe calor et humiditas succum arborum facile in putredinem convertunt et lignum vitiant. Quare multi hodieque vento austro caedere arbores vetant. Conf. Du Hamel de Arbor. caedendis tom. I, p. 294 vers. germ.

Materia quae effodiatur, facile ex loco Theophrasti, inferius posito, licebit aestimare. Scilicet arbores ligni durioris truncique minus excelsi, quam abies, pinus et picea; ut trunci infimi pars (*le pivot*) in usum trabi possit. Ita hodieque quercus effodiuntur, unde arbores preli (*les jumelles*) fiunt. Vide eiusdem Galli Du Hamel opus laudatum t. I, p. 314, et t. II, p. 155. Forte materies *nigra*, quam Plinius ex Catone laudavit (locum

semen’ non habebit, quum glubet,’ tempestiva erit. Vento austro caveto, ne quam materiem, neve vinum tractes, nisi necessario.

vide in not. ad Cap. 37 med.), olim dicta fuit, quae ligni durioris et nigrioris est, quam abies, pinus, picea, tilea, et similes arbores, quas Galli etiam ligni albi seu materiae albae nomine complectuntur. Reperio etiam in Aristotele de plantis cap. 9, ξύλα λευκὰ dicta mollia, quae aquae innatant, nec merguntur.

Semen non habebit) Plinius 16, s. 74: *vulgo satis putant observare, ne qua dedolanda arbor sternatur ante editos suos fructus.* Distinctius Theophrastus H. P. V, 1: ὡραῖα δὴ τέμνεσθαι ξύλα τὰ μὲν στρόγγυλα καὶ ὅσα πρὸς φλοϊσμόν, ὅταν βλαστάνῃ. τότε γὰρ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός. ὃ δὴ καλοῦσι λοπᾷν διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ὑπογινομένην αὐτῷ· μετὰ δὲ ταῦτα δυσπερικάθαρτος καὶ τὸ ξύλον μέλαν γίνεται καὶ δυσειδές; quae Plinius sic reddit satis negligenter: *Caedi tempestivum quae decorticentur ut teretes ad templa ceteraque usus rotundi quum germinant, alias cortice inextricabili et carie subnascente ei materiaque nigrescente*; ubi rectius Bodaeus legit *et teretes*; aut omitte *ut.* Pergit Theophrastus: τὰ δὲ τετράγωνα μετὰ τὸν λοπητόν· ἀφαιρεῖται γὰρ ἡ πελέκησις τὴν δυσειδίαν· ὅλως δὲ πᾶν πρὸς ἰσχὺν ὡραιότατοι οὐ μόνον πεπαυμένον τῆς βλαστήσεως ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐκπεπαῖνον τὸν καρπόν· ἀλλὰ διὰ τὸν φλοισμόν, ἀώροις οὖσιν ὡραίοις συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς στρογγύλοις. Quorum partem Plinius reddidit: *ligna et quibus aufert securis corticem — vulgo satis* etc. quae supra posui. Debebat vertere: *ligna vero quadranda.* Subdit Graecus: ἐπεὶ δὲ μάλιστα μόνον περιαιροῦσι τὸν φλοιὸν ἐλάτης, πίτυος, πεύκης, ταῦτα μὲν τέμνεται τοῦ ἦρος, τότε γὰρ ἡ βλάστησις, τὰ δὲ ἄλλα ὁτὲ μὲν μετὰ πυροτομίαν ὁτὲ δὲ μετὰ τρυγητὸν καὶ Ἀρκτοῦρον οἷον ἄρια πτελέα σφένδαμνος μελία ζυγία, ὀξύα, φιλύρα φηγός τε καὶ ὅλως ὅσα ὀρύττεται· — τὰ δὲ μετὰ τὴν πέπανσιν τῶν καρπῶν ἄβρωτα διαμένει κἂν ἀλόπιστα ᾖ. Ex quibus cum Plinio comparatis conficitur, arborem dolari, quae abscisso cortice securi quadratur in tigna: contra abies, pinus et picea quum germinant et glubunt seu corticem remittunt, vere caeduntur ad asseres et ligna rotunda, iisque cortex statim detrahitur ad varios usus. Denique aria, ulmus, acer, fraxinus, carpinus, zygia, tilia fagusque post vindemiam et arcturum non praesciuduntur abs terra, sed effodiuntur. Ita enim interpretor ex Catone verba. ὅσα ὀρύττεται· quae pessime cum Gaza Scaliger ad usum lignorum, quae in terra conduntur et obruuntur, trahit. Ita enim debebat esse κατορύττεται. Ceterum quae semen non habere credebantur olim arbores, sunt salix alnus, et quaedam aliae ex Plinio notae. Abietem quum germinat decorticatam in aquis durare incorruptam, refert Theophrastus H. P. V, 5.

Glubet) I. e. quum librum seu corticem remittit. Iterum utitur sic c. 17: *Cetera materies quae semen habet, quum semen maturum habet, tum tempestiva est. Quae materies semen non habet, quum glubebit*; ubi rectius edd. veteres *glubet.* Infra c. 45, idem est: *quum liber vertitur.* Columella XI, 2, 37: *oleae si iam librum remittunt*; et sect. 41 iterum. De ulmo V, 6, 12: *verno tempore antequam librum demit-*

XXXII. Vineas, arboresque mature[a] face ut[b] incipias putare. Vites propages[c] sulcos, sursum[d] vorsum, quo ad[e] eius facere poteris, vitis[f] facito uti[g] ducas. Arbores hoc modo putentur, rami uti[h] divaricentur, quos relinques, et uti recte caedantur, et
2 ne nimium crebri relinquantur. Vites bene nodentur per omnes ramos.[i] diligenter caveto ne vitem praeci-

Cap. XXXII. (a) *maturae* P. Iens. Br. (b) *uti* ins. I. B. R. Br. A. (c) *in* ins. I. I- G. A. (d) *susum* Pol. (e) *quod* P. Iuntt. (f) *vitis* omitt. I. I- G. A. (g) *ubi* Gymn. (h) *uti* omitt. a. V. (i) *ramos diligenter* I. B. R. *ramos*,

tat; ubi legendum est *remittat*. Graece Theophrastus dixit λοπᾷν.

Cap. XXXII. *Propages sulcos*) Lectionem I. I. G. probat Meursius: *vites propages; in sulcos sursum — poteris, facito uti ducas.* Turnebus corrigebat *propages sulco; sursum* etc. Popma vulgatam interpretatur: *facito ut vites habeant sulcos et propagines.* Ita enim sulcos et propagines iungi cap. 43; *propages* autem esse pro propagines. Pontedera frustra medelam loco vitioso quaesiverat, quam reperisse sibi visus est Gesner, qui locum sic distinguit: *vites propages; sulcos — poteris, facito uti ducas.* Sed omisit explicare, quid sit sulcos sursum versum ducere. Contra video eadem verba *sursum vorsum semper ducito quoad eius poteris* in capite sequenti, et suo quidem loco, repetita longe aliud significare in arbusto vitibus conserendo. Pontedera in Cur. sec. corrigit: *vites propages: in sulcos — uti ducas*, i. e. hinc et hine per sulcos deductis sarmentis, quousque pertinent.

Arbores) Pro arbusto dixit etiam Columella V, 6, 4, ubi disciplina arbusti traditur.

Nodentur) Pontedera corrigebat *enodentur*, quod est in capitis sequentis initio, ubi Polit. similiter variat. Poutedera enodari ait, quum truncus ramique purgantur pampinariis palmitibus ac furunculis, ne quis sub nodis vitis internatus oculus relinquatur, in quem humor a capite revocetur. Verum non cogitabat vir egregius, vitis ramos nullibi dictos esse a scriptoribus, et Catonem hucusque de arboribus loquutum esse, quae vite maritantur; igitur manifestum esse mihi videtur sententiam postulare: *vites bene ponantur per omnes ramos.* Columella solet uti in arbusto verbis imponere, et disponere; is ipse etiam diligenter ramos arbusti, non vitis, enodare iubet V, 6, sect. 16.

Vitem praecipites) Praecipitare flagellum ex arbusto, est in fructum dimittere. Si plura, quam vitis conditio fert, demittantur, proximi anni fructus amittitur, si pauciora, vitis luxuria absumitur in cassum. His recte ex Columella V, 6, explicatis Pontedera monet aut *vitem* in nimium mutandam, aut praeterea *nimium* inserendum esse. Inepte Gesner vulgatam interpretatur: ne deorsum intorquendo frangas. De sententia Catonis assentior Pontederae, de emendatione aliter sentio. Scilicet breviore ratione defungar: *ne nimium praecipites, et ne vitem praestringas*

pites, et ne nimium praestringas.[a] Arbores facito[l] uti bene maritae sint, vitesque uti satis multae asserantur, et sicubi opus erit, de arbore deiiciantur,[m] et in terram deprimantur, et biennio post praecidito veteres.

XXXIII. Vineam[a] sic facito, uti curetur: Vitem bene enodatam[b] deligato recte, flexuosa uti[c] ne siet,[d] sursum vorsum semper ducito,[e] quoad[f] eius poteris, vinarios, custodesque recte[g] relinquito. Quam[h] altissimam vineam[i] facito, alligatoque recte,[a] dum ne nimium constringas.[l] Hoc modo eam curato. Capita vitium per[m] sementim ablaqueato. Vineam putatam[n] circumfodito. arare incipito, ultro citroque[o] sulcos

diligenterque I. I- G. A. (k) Ita pro *perstringas* P. (l) *facito* omitt. I. B. R. Br. (m) *deiiciantur: uti* P.

Cap. XXXIII. (a) *Viniam* P. (b) *nodatam* P. (c) *uti* omitt. I. B. R. Br. (d) *sit* I. B. R. (e) *adducito* a. V. (f) *quod* P. Iuntt. *quo ad* diu. H. (g) *recte* omitt. a. V. (h) in Plinio Vincentius Duac. *quam* omisit. (i) *viniam* P.

Nam *nimium* verbo *praestringere* appositum ita abundat. Sic cap. sequenti est: *ne nimium constringito.* At non licebat ibidem ponere *praestringito.* Vulgatum h. l. *perstringito* ex Pol. libro correxi. Columella de ligatura vitium cavet: *ne vitis vinculo praecidatur.*

Asserantur) I. e. applicentur; pluribus enim vitibus maritantur ulmi.

Deiiciantur) Si opus erit ulmo viduatae nova vite, tum draco ex proxima arbore propagandus est in locum mortuae vitis. Ita tradit etiam Columella V, 6, s. 37, ubi hanc propagationem cum Pontedera copiosius explicavi. Capite seq. est de vinea: *veteres quam minimum castrato; potius si opus erit, deiicito, biennioque post praecidito.* Miror de loci nostri sententia tacuisse Interpretes, etsi ea est satis obscura.

Cap. XXXIII. Excepto initio usque ad verbum *relinquito* excerpsit Plinius eodem ordine et iisdem verbis XVII, s. 35, no. 20 ex quo et Vincentio, qui locum Plinii excerpsit, varietatem omnem apposui. Initium igitur capitis mihi est valde suspectum; forte ex capite antecedente quaedam huc translata fuerunt.

Vinarios) Intellige colles, sarmenta fructuaria.

Arare incipito) Haec pertinere puto ad antecedentia; ubi nempe vinea aratro colitur, non ligone, ibi tunc arare incipito. Sequentia verba *ultro citroque — ducito* videntur ad arationem retulisse, qui post *ducito* et *circumfodito* punctum posuerunt. Sed nimis inepte ita repetit et explicat Cato arationem, in qua semper perpetui ducuntur sulci. Contra mihi Cato docere velle videtur vitem in

perpetuos ducito.[p] Vites teneras quamprimum propagato, sic[q] occato, veteres[r] quam minimum castrato; potius, si opus erit,[s] deiicito,[t] bienniouque[v] post praecidito. Vitem novellam resecari[x] tum erit tem-
4 pus, ubi valebit. Si vinea a vite calva[y] erit, sulcos interponito, ibique viviradicem[z] serito, umbram ab sulcis removeto crebroque fodito. In vinea vetere[a]

(k) *recteque alligato ne tamen nimium* ex Plinio Vinc. (l) *Et eam hoc modo* Vinc. *hocque modo eam* Ald. unde Meursius malebat *hocce modo.* (m) *putata circumfodito* Plinius reliquis omissis; sed ibi Vinc. *putato.* (n) *puratam* I. B. R. Br. (o) *ultra citraque* Edd. veteres Plinii cum Vincentio. (p) *et intus* addit Wr. (q) *sed occato* I. B. R. Br. *succiditoque* Wr. Omittunt haec duo verba, a Victorio in libris suis omnibus reperta, A. I. I- G. et Plinius. (r) *veteres quam minimum castrato. Potius* Plinii vulgatae editiones, ubi Pintianus corrigebat: *quam plurimum; castrato potius si opus fuerit, deiicito.* (s) *erit* etiam Plinii Codex Chiffl. et Vinc. aliae Edd. *fuerit.* Vinc. *potiusque.* (t) *deicito* P. (v) *biennio vero post* Vinc. (x) *reficari* P. *tutum erit tempus ubi* Codex Pintiani Plinianus cum Vincentio. (y) *calvata* a. Vict. et Plinius. (z) *vive radicem* P. *vivam radicem* Cod. Chifflet. Plinii. (a) *veteri* Plinii edd.

sulco perpetuo propagandam. Hanc sententiam sequi videtur Codex Wratisl. qui habet: *ducito, intusque vites teneras — propagato.* Forte fuit olim scriptum *ducito, ibique propagato vites. Teneras quam primum succidito, veteres quam minimum castrato.*

Sic occato) Wratisl. libri *succidito* recte etiam probabat Gesner et vulgarem distinctionem *veteres, quam* mutari iussit. Edd. primae *sed occato;* sed in libris suis omnibus Victorius reperit *sic occato,* quae Edd. I. I-G. plane omiserunt. Occatio, etiamsi de pulveratione accipias auctore Columella XI, 2, 60, locum hic non habet suum.

Resecari) Veteres agricolae primitias vitis resecabant, primi deinde anni capillamenta seminum intacta patiebantur, et post biennium, ubi viva radix recidenda erat, omnem superficiem amputabant solo tenus, auctore Columella IV, 10, et cap. 11. Succidere igitur h. l. in Catone interpretor ad unam virgam revocare ex Columella IV, 9.

Calva) Victorius ipse comparavit *castaneta quae calvescere* dicit Columella; Popma vero similes phrases aliquot contendit, veluti *aperta ab umbra, sterilis a datis, inops ab amicis, nuda a magistratibus, copiosa a frumento.* Ceterum suspicor, haec verba: *sulcos interponito* male divulsa esse a superioribus, atque ita locum redintegrandum: *Si vinea — interponito, ultro citroque sulcos perpetuos ducito ibique viviradicem serito aut propagato. Vmbram a sulcis* etc. Sulcum perpetuum dixit ut Columella III, 13, 9 in eodem opere *fossam perpetuam.* Vmbram intelligo herbam: *imbrem* substitui malebat Rottboëll p. 28.

serito ocimum,[b] si macra erit; quod granum capiat ne serito,[c] et circum capita addito stercus, paleas, vinaceas,[d] aliquid horum,[e] quo rectius valeat. Vbi vinea frondere coeperit,[f] pampinato. Vineas novellas alligato crebro, ne caules[g] praefringantur. Et quae iam[h] in perticam ibit,[i] eius pampinos teneros alligato leviter,[k] corrigitoque,[l] uti recte spectent. Vbi uva

antiquae, *vetere* Cod. Chiffl. (b) *ocymum* a. Vict. *ocimum* Commel. In Plinio Editiones vulgatae *ocymum* habent, sed Brotier ex Editione prima et Codd. regiis dedit *ocimum*. Ceterum vulgatam distinctionem: *ocimum. Si macra erit, quod* correxit Ponted. (c) *inserito* Plinii vetus liber teste Dalecamp. etiam *capit* habet Plinius. (d) *aut* additur a. Vict. et in antiquis Plinii Edd. (e) *hoc onere* Popma 2. *horunce. Vbi vinea* Plinius reliquis omissis. (f) *coepit* Plin. (g) *caules satae perfr.* I. B. R. Ba. Br. A. A. Gr. G. *caulis praefringatur* Plin. *praefringantur* etiam P. Vulgo *perfr.* In Plinio etiam Vinc. *caules praefringantur.* (h) *vitis* add. I. B. R. Br. Ba. H. A. Gr. G. (i) *ivit* Vinc. et vetus liber Plinii. (k) *leniter* I. B. R. et Plinii Edd. recentiores. (l) *porrigitoque. Vbi recte steterint, ubi uva* Plinius Harduini, sed antiquae Edd. *porrigitoque. Quae ubi recte stet.* ubi Victorius testatur, in libris scriptis deesse *quae*, in

Si macra erit) Ita h. l. distingui iussit Pontedera. In vinea vetere et macra non serendum est frumentum, quod in semen eat, atque ita vineam, macram plane exsugat, sed ocimum seu pabulum, quod viride desecatur, Vulgo inepte legitur, *ocimum. Si macra erit, quod* etc. In vinea macra et exili lupinum serit Columella XI, 2, 60, quo stercoretur everso.

Aliquid horum) Temere eiectum a Victorio *aut* restitui ex Plinio iussit Pontedera.

Praefringantur) Ita Polit. et Plinius. Vulgo *perfringantur*; et sic supra *perstringas* mutavi in *praestringas.*

Pampinos) Caules intelligi manifestum est; alibi dicuntur folia, interdum claviculae; hinc tam late patet pampinatio dicta, de qua accuratius tradetur ad Columellae IV, c. 6 et 27. Postremam claviculae significationem exemplo uno Plinii 16, s. 63, firmavit Gesneri Thes. L. L. addam igitur alterum ex 27, s. 70, de isopyro: *folium quod est aniso simile in pampinos torquetur*; ubi Dioscorides IV, 121, τῷ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρειν. Sed ibi codex Pintiani habet scriptum: *in passo oly pampinos*: Chiffletianus: *in passeoli pampinos*: unde recte Pintianus corrigebat *in phaseoli pampinos.* Hinc idem Plinius IX, sect. 74, de polypis: *pariunt vere ova tortili vibrata pampino*; ubi male cirrhos polypi interpretatur Gesner.

Recte spectent) Varietatem supra positam vide. Pontedera Plinii *porrigito* probat, et verba *recte spectent* interpretatur: ut optimam *coeli plagam spectent.* In Curis secundis *corrigito* probatum explicat: purgare luxuria pampinorum coërcenda.

varia[m] fieri coeperit, vites subligato, pampinato,[n]
5 uvasque expellito, circum capita sarito.[o] (XXXIV.)
Salictum suo tempore caedito, glubito, arcteque[p]
alligato. Librum conservato,[q] quum opus erit in vinea,
ex eo in aquam coniicito,[r] alligato.[s] Vimina[t] unde
corbulae fiant, conservato.

XXXIV. (XXXV.) Redeo ad sementim. ubi quisque locus frigidissimus, aquosissimusque erit, ibi primum serito. In calidissimis locis sementim postremum
2 fieri oportet. terram cave cariosam tractes. Ager ru-

uno recentiore esse *stent*; el sic est in Chifflet. sed Vinc. habet: *alligato, atque ut recte stent porrigito.* Brotier ex Edit. principe el Codd. regiis edidit: *porrigitoque, uti recte stent. Vbi una.* Sed etiam Aldina Catonis *porrigitoque.* (m) *vallaria* Plinii Codex Chifflel. (n) *pampinatoque* et *uvas* a. Vicl. *pamp.* — *sarito* om. Plinius. (o) *sarrito* a. Vict. (p) *arteque* P. (q) *et* ins. a. V. (r) *coicito* P. (s) *alligato* om. a. Vict. (t) *Vimiam* P. lens.

Expellito) Recle Pontedera *expedito* legi vult, i. e. explicalo ad solem, quo facilius percoquantur. Ita etiam praecipit Columella IV, 28. Palladius I, 6, sect. 16: *Subligatio acerbis uvis facienda est, quando excutiendi aut rumpendi acini nulla formido est.*

Arcte alligato) Salictum non alligatur ut vitis. Ergo vulgata lectio inepta et vitiosa est. Igitur totum locum sic constituo: *glubito; librum conservato, quum opus erit in vinea, in aquam coniicito, ex eo alligato.* Ex virgultis, quae vimina appellat, detracto libro, corbulae fiunt, ut hodieque.

Cap. XXXIV. *Redeo*) Haec ita retulit Plinius 18, s. 16: *In frigido et aquoso prius serendum, postea in calido. In solo autem rubricoso vel pullo vel arenoso, si non sit aquosum, lupinum. In creta et rubrica et aquosiore agro adoreum. In sicco et non herboso nec umbroso triticum. In solo valido fabam. Viciam vero quam minime in aquoso herbidoque. Siliginem et triticum in loco aperto editoque, qui sole quam diutissime torreatur. Lentem in frutectoso et rubricoso: qui non sit herbidus. Hordeum in novali et in arvo quod restibile fieri possit: trimestre, ubi sementem maturam facere non possis et cuius crassitudo sit restibilis:* ubi Vincent. habet *in cretoso et rubricoso in fruteto et rubricoso.* Editiones etiam Plinii antiquae habent *fructo*, quod propius accedit ad *rudeto*.

Vbi quisque) Gesner malebat *uti quisque*. Recte. Columella II, 7, a. 2: *memores antiquissimi praecepti, quo monemur, ut locis frigidis novissime tepidis celerius, calidis ocissime seramus*; quem locum ex hoc nostro corrigendum esse nec ipse Pontedera vidit, vitium tamen recte animadvertit. Medium aliquod membrum h. l. excidisse videtur oratione.

bricosus et terra pulla, materina,[a] rudecta, arenosa:[b] item quae aquosa non erit, ibi lupinum bonum fiet.[c] In creta, et uligine, et rubrica, et agro[d] qui aquosus erit, semen adoreum potissimum serito; quae loca sicca et non herbosa[e] erunt,[f] aperta ab umbra, ibi triticum serito.

XXXV. (XXXVI.) Fabam in locis validis non

Cap. XXXIV. (a) *atterina rudeta et* a. V. (b) *harenosa* P. (c) *siet* a. V. (d) *ager* I. B. R. Br. (e) *erbosa* P. (f) *et* ins. I. B. R. Br.

Lupinum) Columella II, 10, 1, exilem amare terram, rubricam praecipue ait, cretam limosumque agrum reformidare, et vel effoeto solo provenire. Palladius Sept. 5, lupinum in qualicunque terra, vel crudo solo provenire ait. Plinius 18, s. 36, ex densiore rubricam maxime amare asserit. Theophrastus H. P. VIII, 11: χώραν ὕφαμμον ζητεῖ καὶ φαύλην μᾶλλον, ex quo Plinius: *quaerit maxime sabulosa et sicca, atque arenosa.* His ita cognitis de terra pulla primum lector rectius iudicabit; quae quum non sit in vitio, sed in laude collocetur ab ipso Catone cap. 152, sect. 2, ubi tenerrimam interpretatur, rectius frumentis deputabitur, quae in qualicunque solo, ut lupinum, non proveniunt. Sequitur *materina*, quae ante Victorium erat *alterina*. Haec mihi orta videtur vel ex *tenerrima* pullae adiuncta atque olim aliunde huc translata, vel ex *macerrima*. Turnebus Advers. XXI, 5, materinam interpretatur duram, solidam et prope ligneam. Simul monet, quosdam maluisse legi *macerina*, id est macra. Gesnero eadem videbatur esse quae rudeta, ubi scilicet fuerit materies et rudus aedificiorum. Longe aptius poterat adhibere locum Columellae III, c. 5, s. 2: *ex mediocri materia in exilem translata*; ubi Aldus dedit *mediocri terra.* Idem III, 2, s. 3: *pingui materia siccaque et uliginosa*; ubi Aldus iterum *terra* dedit; etsi ibi *macra* legendum esse docebo. Breviter ut dicam, materina nulla mihi ratione defendi vel explicari posse videtur. Igitur in illam magis opinionem mihi animus inclinat, ut *tenerima* scriptura antiqua fuisse olim videatur. Memini enim in lupino Plinium ex h. l. pullam commemorare terram, altero vocabulo omisso.

Vligine) Vliginosum agrum ab *aquoso* similiter distinguit Varro I, 6, 6, ubi vide notam. Vliginem h. l. omisit Plinius.

Semen adoreum) Colum. II, 6: *triticum sicco loco melius coalescit, adoreum minus infestatur humore*; et cap. IX, 3: *densa cretosaque et uliginosa humus siliginem et far adoreum non incommode alit*; et s. 5: *siliginis autem vel tritici, si mediocriter cretosus uliginosusque ager est — at si siccus et resolutus locus, idemque vel exilis est.* Idem cap. 9, s. 13: *siligo in humido statu coeli recte provenit, et ideo locis manantibus magis apta est*; ubi vide notam.

Cap. XXXV. *Non calamitosis*) Columella II, 10, 5: *fabae pinguissimus*

calamitosis serito. Viciam et foenum Graecum quam minime herbosis locis serito. Siliginem, triticum in loco aperto,[a] celso, ubi sol quam diutissime siet, seri oportet. Lentim in rudecto[b] et rubricoso loco,[c] qui
2 herbosus non siet, serito. Hordeum qui locus novus[d] erit, aut qui restibilis fieri poterit, serito. Trimestrem,[e] quo in loco sementim maturam facere non potueris,[f] et qui locus restibilis crassitudine fieri poterit, seri oportet. Rapinam (et) coles rapicii unde fiant, et raphanum in loco stercorato bene aut in loco crasso serito.

Cap. XXXV. (a) *et* inters. a. V. (b) *rudeto* a. V. (c) *loco* abest I. B. R. Br. (d) *novos* Po. 2. (e) *Trimestem* Pol. 2. (f) *poteris* a. V.

locus vel stercoratus destinatur — eaque nec macrum nec nebulosum locum patitur. Scilicet a nebula sole inusta rubiginem et calamitatem derivant. Vide notam ad Varronem I, 1, 6.

Viciam) Viciam et foenum graecum Columella II, 9, 6 et 9, crudae terrae committit. Plinius h. l. legit scriptum *quam minime aquosis herbosisque* vel *herbidisque locis.*

Siliginem triticum) In Plinio legitur: *triticum et siliginem.* De utroque genere Columellae locos posui antea. Idem cap. 9, s. 3: *frumentum omne maxime campo patente et ad solem prono apricoque et soluto laetatur. Collis enim quamvis robustius aliquanto, minus tamen tritici reddit.* Dieit autem is frumentum aliquoties ibi pro tritico. Vides igitur, melius haec convenire tritico quam siligini; at de tritico iam tradidit antea Cato; siliginem alibi non nominavit, nisi quod siligineam farinam bis posuit. Denique male haec mediis leguminibus interserta leguntur. Quare locus mihi valde de vitio suspectus est.

Lentim) Columella II, 10, 15: *lentim solo tenui et resoluto vel pingui et sicco maxime loco seri convenit;* ubi vulgo erat *lentem.*

Novus) Columella II, 9, 4, hordeum vel pinguissima vel macerrima humo seri ait, nec ullam mediocritatem pati.

Trimestrem) Ex Plinio *trimestre* restitui voluit Pontedera, triticum aut far semestre interpretatus. Verum equidem vulgatam teneo lectionem, si scilicet post *trimestrem* incisum ponatur; quod feci. Trimestrem sationem autumnali oppositam plane similiter dixit Columella II, 9, 7. et cap. 4, s. 9.

Restibilis crassitudine) Causas ob quas seram hanc sementem fieri oportet recenset Colum. II, c. 9, s. 7, sed agri conditionem hanc nullibi positam memini reperire.

Rapinam) I. e. rapum. Ita etiam supra V, 8, ubi post imbrem autumni seri vult.

Et coles rapicii) Plinius 18, sect. 34, de rapia: *et homini non minor rapaciorum suis horis gratia quam cymarum, flavidorum quoque et in hor-*

XXXVI. (XXXVII.) (Quae segetem stercorant.) Stercus columbinum spargere oportet in pratum, vel in hortum, vel in segetem. Caprinum, ovillum,[a] bubulum, item caeterum stercus omne sedulo conservato. Amurcam[b] spargas, vel irriges ad arbores, circum capita maiora amphoras, ad minora urnas cum aquae dimidio addito,[c] ablaqueato prius non alte.

Cap. XXXVI. (a) *ovilum* I. B. Br. R. Ald. (b) *Amurca* P. (c) *et* ins. I. B. R. *et prius abl.* Br. Ald.

reis enecatorum, vel maior quam virentium. Scripturam *rapicii* praeferebatPopma,ut a lana, lanicium, pessime interpretatus semen raporum quod caulibus inbaereat. Semen rapicium infra est cap. 134, 1. Betaceos si voles similiter dixit Apicius III, 2, IV, 5, betaceos pedes alio sensu Varro I, 2. Inepte etiam Gesner in Thesauro suo *rapicium* h. l. interpretatur. Scilicet vitium est in vulgata lectione. Ex rapo fiunt rapicii caules, quos in cibo adsumebant veteres romani. Igitur copula *et* post rapinam tolli debebat. Interim inclusi. Brassicam gongyloidem Bauhini interpretatur Rottboell. p. 30, et ex caule rapicio ortum habere putat nostrum: *Kohlrabi*, Danorum *Kaal-Rabi*. Ita scilicet censuit ipse Bauhious.

Cap. XXXVI. *Quae segetem stercorant*) Plinius 17, s. 7: *nec non et satis quibusdam ipsis pasci terram dixit Cato. Segetem stercorant fruges, lupinum faba, vicia.* ex quo loco suspicatur L. Io. Conr. Schwartz, hic inserenda esse quae capitis sequentis alieno loco exstant verba: *Lupinum faba, vicia*; hoc fere modo: *Segetem stercorant frugis lupinum, faba, vicia.* Ingeniose! At quia haec eadem verba Polit. libri sequenti capiti reddunt, malui h. l. ea includere. Cum Schwartzio sentit Rottboell. p. 31.

[a] *Amurcam spargas*) Infra cap. 39: *Olea si fructum non feret, ablaqueato; postea stramenta circumponito; postea amurcam cum aqua commisceto aequas partes; deinde ad oleam circumfundito, ad arborem maximam urnam commixti sat est; ad minores arbores pro ratione indita. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae quoque meliores fient. Ad eas stramenta ne addideris.* Haec Plinius 17, s. 47 sic excerpsit: *Cato et medicamenta quaedam componit, mensurae quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum urnam amurcae, et aquae portionem aequam, ablaqueatis prius radicibus paullatim iubens affundi. In olea hoc amplius, stramentis ante circumpositis.* Vides banc particulam consarcinatam fuisse ex capite 93, et servatam ab interpolatore meliorem lectionem unam: ubi enim infra est: *ad arborem maximam — ad minores arbores*; ibi interpolator cum Plinio legit: *ad maiorum arborum capita — ad minorum capita* Plinius recte interpretatus est radices. Ita cap. 33 capita vitium ablaqueantur; et sic alibi. Pro Plinii *paulatim* in hoc nostro loco est *non alte.* Forte in Plinio fuit *haud alte.* Sed ecce Columella XI, 2, 29: *Oleis laborantibus circum radices amurcam, quae salem non habeat, nunc convenit infundere, maximis sex congii, me-*

XXXVII. (XXXVIII.) Si[a] cariosam[b] terram tra-

CAP. XXXVII. (a) *Cariosam terram faciet, si iacies cicer*, A. Iunt. G. (b) *in* ins. I. B. R. W. Br. (c) *tracies* P. et libri Victorii. *iacies cicer*: I. B. R.

diocribus arboribus urnae satis faciunt; caeteris aestimanda erit portio: sed tamen quae nihil vitii habuerint, aliquanto laetiores fient si amurca rigentur insulsa. Quem locum repetiit Palladius Martio VIII. Alter Columellae locus V, 9, sect. 14, minus integer est, et variis vitiis obsitus, ut olim demonstrabo. Idem XI, 2, 87: *Novembri etiam convenit oleas ablaqueare, et si sunt parum fructuosae vel cacuminibus retorridae frondis, magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circumspargere, in caeteris autem pro magnitudine portionem servare*; quae minus sana esse puto. Geoponica III, 15, Decembri invalidis oleis addunt caprinum stercus et amurcae cotylas viginti. Ex loco Columellae, qui Catonis hunc nostrum respexit, magna numeri varietas exstitit. Is enim maximis congios sex, id est sextarios 36, minoribus urnam, id est 24 sextarios, ceteris pro portione, addit amurcam; contra Cato maximis amphoram addit, id est sextarios 48. Praeterea Cato addit dimidiatam portionem aquae, qua non opus habet Columella, amurcam insulsam adhibens. Ablaqueantur ceterum olearum capita (quae radices Columella interpretatur) sive stercus sive amurca iniici debeat. Sed ex altero loco apparet, amphoram amurcae complecti portionem aquae aequam additam; et totum opus hoc accuratius ibi traditur, quanquam vel sic quaedam supersunt, ex Columella ibi redintegranda. Vide ibi notam. Denique nunc succurrit locus Columellae V, 9, s. 16: *sed et sine ablaqueatione adiuvanda est amurca insulsa cum suilla vel nostra urina vetere, cuius utriusque modus servatur; nam maximae arbori, ut tantundem aquae misceatur, urna abunde erit;* ubi malim *insulsa et suilla*. Ceterum amphoram Columella ibi addi vult, urnam nempe amurcae, et tantundem aquae, unde fit amphora humoris omnis. Sed in amurcae mensura forte eadem observatio valet, quam supra ad cap. 10 de vasis et mensuris oleariis tradidi; quae fuerunt vinariis maiores.

CAP. 37. Capitis huius initium, a Victorio reiectum, revocari volunt Popma et Pontedera hoc: *Quae mala in segete sient*; ut deinde ante lupinum *Quae segetem stercorent fruges*. Ita enim Plinius ex h. l. *nec non ex satis quibusdam ipsis pasci terram dicit, segetes stercorant fruges lupinum* etc. Reliquos titulos ad caput 56, nullo habito discrimine reiicit Pontedera. Equidem dubitavi inserere verba ista, quia de loco dubito. Plinius enim alio ordine verba legisse videtur posita, atque initium ipsum huius capitis vitiosum esse suspicor.

CAP. XXXVII. *Si cariosam*) Cicer non facit terram cariosam, sed macram, ut ex Columella II, 10 et 14, admonuit Pontedera. Cariosam terram tractari vetat et alibi Cato et Columella II, 4. Pontedera vulgatam ita cum reliquis verbis coniungit, ut legat: *Si cariosam terram tractes, si iacies cicer, quia vellitur et quia salsum est, eo malum.* Vtroque enim modo terram laedi. Ingeniose satis; nisi ita incommode modus agri tractandi iungeretur salis, quae arva exsugunt

ctes,[c] cicer quod[d] vellitur, et[e] quod salsum est, eo[f] malum est.[g] Hordeum,[h] foenum graecum, ervum,[i] haec omnia segetem exsugunt,[k] et omnia quae velluntur.[l] nucleos in segetem ne indideris.[m] Quae segetem 2

Br. W. Pontedera Florentinam lectionem interpretatur *traiicias*. (d) *et qua vellitur* A. Ba. H. Gr. G. *et quia* Iunt. (e) *et quod* om. I. B. Br. R. Wr. *et quibus* Pol. (f) et I. B. Br. R. Wr. (g) *est* om. Eaed. (h) *et* add. Eaedem cum A. Ba. H. Gr. G. (i) *et cruum* Br. Ald. *eruom* P. 2. (k) *exuggunt* I. B. Br. R. *exurunt* A. Ba. H. Gr. G. *exugunt* Iunt. *esugunt* P. (l) ex *eis*, *mala sunt* add. a. V. (m) *qui suffocant fruges* add. a. V. *quae segetem stercorent*

aut stercorant. Deinde Plinii locus aperte arguit, initium capitis alienum esse. Ita enim h. l. refert: *Segetem stercorant fruges lupinum, faba, vicia sicut e contrario cicer, quia vellitur et quia salsum* est. Potest igitur videri initium capitis alio translocatum legisse. Equidem persuasum mihi habeo, totum initium usque ad cicer ad praecedens caput pertinere, quod ab interpolatore consarcinatum esse ex laciniis capitis 93 antea demonstravi, ita, ut dubitationi locus esse possit nullus. Inde igitur puto etiam verba ista *et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae quoque meliores erunt*, interpolatorem voluisse transferre; quorum vestigia manifesta agnoscere mihi videor in varietate lectionis. Alii enim libri habent *Cariosam terram faciet si iacies cicer*; alii *si in cariosam terram tracies*. Suspicor fuisse olim: *Ad arbores feraces idem facies*. Breviter ut dicam, initium spurium et abiiciendum est; et ante cicer addendum *Quae male in segete sient*. L. Io. Cour. Schwarz corrigebat: *Si cariosa terra, ne tractes*; quae ratio ingeniosa simul est et brevissima corrigendi loci huius. Vide etiam supra ad cap. 5, s. 6 de cariosa terra.

Hordeum) In loco Plinii paulo post laudando Vincentii S. N. X, 6, editio Duacensis post *hordeum* addit *quoque*.

Exsugunt) Plinius cum Edd. quibusdam *exurunt*. Vtraque lectio commoda est; utra verior, non habeo dicere.

Velluntur) Quia radices nimis altas agunt, atque ita agrum exsugunt, etiam quum velluntur et terra altius commovetur.

Partem de nucleis) *Fracem de nucleis* coniiciebat legendum obiter Pontedera tom. I, p. 31.

Nucleos) Semina arborum intelligit Turnebus Advers. 21, cap. 25. Ipse cogitaveram antea de nucleis olivarum. Veteres editiones addunt *qui suffocant fruges*; quae pertinent ad nucleos. Postea vidi mecum sentire Pontederam, qui monet, nucleos non esse segeti indendos, sed comburendos, et cinerem ablaqueatis oleis apponi. Etiam infra simpliciter nucleos appellat. Dalecampius ad Plinium interpretatur, nullam arborem, quae nucleos seu oleum ferat, in segete serendam esse. Vincentius l. c. in loco Plinii habet *praeterea nucleos*. Gallicus interpres: *ne semez point de fruits à coque*; inepte! ut Schwartz, qui nuces interpretatur.

Indideris) Post hoc verbum inserui ex libris Polit. verba: *Quae segetem stercorent fruges*, etsi malim cum Pontedera *Quae* omitti; quod nec Plinius habuisse videtur in libris suis. Eius

stercorant fruges, lupinum, faba, vicia.[n] Stercus unde facias,[o] stramenta,[p] lupinum,[q] paleas,[r] fabalia,[s] acus,[t] frondem iligneam, querneam.[v] Ex segete vellito

fruges P. unde addidi verba: *Quae seg. stercorant fruges*. (n) *et caetera* ins. I. B. R. Br. (o) *habent* add. B. R. Br. I. I. G. A. *habeant* Iens. (p) *stramenta* omitt. I. B. R. (q) *lupinum* omitt. I. I. G. A. (r) *paleae* I. I. G. A. (s) *et caetera itidem* ins. a. V. (t) *Aceris frondem* a. V. (v) *querneam et segetum*

locum statim subiiciam. Vulgo eadem verba initio cap. 36 posita leguntur: *quae segetem stercorant*: ubi inclusi, atque huc transferenda esse monui. Indidem praetuli h. l. *stercorant*.

Stercus) Plinius 17, sect. 7. *Cato i stercus unde fiat, stramenta lupinum, paleas fabalia, ac frondes ilignas quernasque. E segete evellito ebulum, cicutam, et circum salicta herbam auctam, ulvamque; eam substernito ovibus frondemque putidam. Vinea si macra erit, sarmenta sua comburito et ibidem inarato. Itemque ubi saturus eris frumentum, oves ibi delectato. Nec non et satis quibusdam ipsis pasci terram dicit. Segetem stercorant fruges: lupinum, faba, vicia. Sicut e contrario cicer, quia vellitur, et quia salsum est; hordeum, foenum graecum, ervum; haec omnia segetem exurunt, et omnia quae velluntur; nucleos in segetem ne indideris.* Totum posui locum, ut appareat, quo ordine posita verba legerit Plinius, etsi plane eundem ordinem tenuisse non affirmaverim. Ex eo igitur fit manifestum, ante lupinum addi debere: *Segetem stercorant*. Etiam post vicia esse punctum ponendum; quod feci. In Plinio *iligneas querneasque* dedit ex Codd. regiis et Editione principe Brotier; deinde *indidem inarato* ex Codice Regio 1, et Chiffletiano. Postea *unde faciat* est in Cod. Chifflet. et Pintiani, qui malebat *facias*. Abr Gronov. ex Codice Plinii posuit: *et circum auctam herbam actam*; ubi *auctam* ex vitiato *saucta* pro *saliceta* ortum est.

Vnde facias) Schwarts corrigebat: *Stercus vide facias*.

Acus) Sunt paleae frumentorum. Plinius habet *ac frondes ilignas*. Veteres Catonis editiones *aceris frondem*. Sed aceris frondem nemo veterum in pabulum boum collectam memoravit; aliter vero in sterquilinium venire vix poterant, nisi dedita opera collectam fuisse dicas. At enim vero paleae eaedem sunt quae acus; igitur Meursius *aceris frondem* praeferebat. Sed aliam medicinam paratam habeo. Infra cap. 54, 2: *frondem iligneam et ederaceam dato, paleas triticeas et ordeaceas, acus fabaginum, viciam vel de lupino*: unde lego certissima emendatione *fabalium acus*. Acus, aceris est palea; unde panis, et far acerosum, item aceratum, quod est lutum paleatum, teste Nonio p. 216. Hinc fabaginum acus ut farreum acus. Scilicet Cato neutro genere dixisse videtur, ut Graeci ἄχυρον, unde ductum est acus; Columella II, 10, 14, foemineo genere acus posuit. Cato frumentorum paleas, fabae acus dicere videtur et distinguere.

Vellito) Pont. malebat *evehito* aut *vehito* sc. in villam ad sterquilinium. At prius sunt vellenda. Plinius 18, c. 6 ex Catone haec refert: *Ebulum vel prunus silvestris vel rubus, bulbus minutus, trifolium herba pratensis, quercus, silvestris pirus malusque frumentarii soli*

ebulum, cicutam, et circum[x] salicta herbam altam, ulvamque.[y] eam substernito ovibus, bubusque frondem putidam.[z] partem de nucleis succernito et in la-

stipulas: ebulum et etc. I. B. R. Br. *querneam ex segeti vellito. Stipulas, ebulum et* etc. I. I- G. A. (x) *circumsancto* Po. 1. *circumsancta* P. 2. *circum sata* a. V. Ipse V. ex suis Codd. affert *saucta*, qui etiam supra *saucem* pro salicem habent. (y) *succide et eam* a. V. *uvamque* P. unde Vict. effecit *ulvamque*. (z) *putri-notae*. Vide ad Columellam II, 2, 20. Cicuta etiam solum humidum amat, ut ebulus. Ceterum Pol. *saucta* pro *salicta* Pontedera defendens derivat salicem ex graeco ἕλιξ apud Theophrastum, vel ab ἅλλομαι (unde ἄλσος et *saltus*) et ὕλη, unde *salux*, *salucem*, *saluceta*, *salucta*, *saucta*, Gallis *saule*.

Altam) In Codice Plinii Victorius reperit *mactam* pro *auctam*; quam lectionem praetulit Turnebus Advers. XI, 13, et Popma; neuter tamen exemplum aliquod eius significationis attulit. Probavit tamen etiam Pontedera et in Plinio Brotier. Lectionem Chiffletiani Codicis *herbam actam* Dalecampius ita interpretabatur, ut legeret *chamaeactam*, satis ingeniose. Rottboell p. 34 suggerit *caltham* vel *algam*.

Eam) Edd. veteres ante Victorium habebant: *altam succide, et eam*. Pontedera ex Plinio malebat: *ea — frondemque*. Nobiscum facit L. Io. Conr. Schwartz. Ex lectione librorum suorum *uvamque* Victorius effecit *ulvamque* quam ex h. l. memoravit Plinius. De ulva vide ad Palladium XII, 7, 22. Nunc demum video Salmasium de Homonym. p. 80, h. l. legi voluisse *herbam actam upulum*. Scilicet idem in loco Plinii 21, s. 50, *lupum salictarium*, qui cum [illegible]mo et rusco inter herbas silvestres Italiae edules refertur, *opulum* corrigebat, Gallorum *Houblon* interpretatus atque inde derivans. Quam viri docti opinionem equidem probare non possum. Lupuli enim istius usum notitiamque apud veteres scriptores non reperimus certam. Contra Plinii lupus salictarius mihi quidem idem esse videtur cum salicastro, de quo is ita 23, sect. 15 post labruscam tradit: *Est huic similis, sed in salictis nascens, ideo distinguitur nomine, cum eosdem usus habeat, et salicastrum vocatur*; ubi Dalecampius dulcamaram interpretatur. Salmasii opinionem in lupo salictario sequitur tamen Harduinus.

Putidam) Ex Codicum Vatican. duorum lectione: *putridam partem de nucleis* haec verba ita volebat Pontedera distingui: *bobusque frondem. Putidam partem de nucleis.* Tentabat etiam aliam rationem, ut legeret: *fraces de nucleis.* Neutram rationem probo. Fraces enim nullae sunt de nucleis, ubi nuclei segregantur, antequam carnes fractae olearum prelo subiiciuntur. Quod factum esse deinceps docebo. Contra frondem putidam, quae pabulo inepta fuit facta, substerni iubet bobus. Alioquin satis stramentorum arva subministrabant stabulis boum. Nucleorum partem servari voluit, quae aqua maceraretur, deinde combusta cinere oleas ablaqueatas satiaret. Reliquos ad alium usum, velut torcularii calefaciendi, (vide ad cap. 66) servavit. Ceterum Schwartz priorem Pontederae rationem ipse etiam ingenio suo excogitaverat, inepte interpretatus putidam

cum conicito,[a] eo aquam addito, permisceto[b] rutro bene. inde lutum circum oleas ablaqueatas addito,[c]
3 nucleos combustos item addito. Vitis[d] si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato,

dam et partem I. B. R. Br. *putridam et putrem partem* I. I-G. A. (a) *coicito* P. (b) *permiscetoque* a. V. Deinceps *ablaqueatis* Iuntt. (c) *et* ins. a. V. (d) *Viti*

partem nucleorum putamina nucum. Gallicus interpres: *le brou des fruits à coque*. In Plinio *ovibusque frondem putridam* Codicem scriptum habere monet Abr. Gronov.

Succernito) Lecto credo cestibus seu loris subtento, quo succernit etiam vinaceos cap. 25. De nucleis locus minus integer cap. X, 5, habet: *lectos loris subtentos—pilum qui nucleos secernat*; in instrumento oliveti, ubi lectos ad hunc usum istos paratos esse suspicor. Hoc vero in loco quae de nucleis traduntur, ad oleas pertinere, dubio caret; igitur de iisdem interpretor, quae sect. 4 leguntur *nucleos in segetem ne indideris* scilicet *combustos*, quos indere oleis ablaqueatos iubet hoc in loco, nucleorum vero maceratorum in lacu aquam velut amurcam iisdem infundit. Infra cap. 66, ubi oleum quomodo fiat, docet: *neque nucleis ad oleum ne utatur; nam si utetur, oleum male sapiet*; unde Plinius retulit, ignem e nucleis aptissimum fieri in torculario. Sed ea sententia ex isto loco ne prelo quidem exprimi potest. Hinc igitur apparet, nucleos exemptos et succretos fuisse cribri genere aliquo, antequam oleae mola curiose suspensa conquassatae, ita, ut nucleus integer maneret, prelo subiicerentur. Quod miror a viris doctis nondum esse animadversum, qui veterum prelorum omnemque olei exprimendi rationem enarrarunt, etsi praeclare viderunt, opinionem veterum de sapore olei a nucleis vitiato vanam fuisse, eamque ob rem satis insignem olei partem vindemiis eorum oleariis periisse, cum oleae mola suspensa conquassatae nucleo integro exprimerentur. Hodie enim ipsi nuclei cum carnibus olearum confracti molae pondere incumbente deinde prelo exprimuntur, largiore olei reditu. Qui de difficultate olei ex massa olearum, cum nucleis integris prelo subiectarum, apud veteres rusticos conqueruntur, non animadverterunt, eos multo facilius opus effecisse nucleis ante exemptis, quam hodie fit nucleorum fragminibus olearum carnibus immistis. Scilicet Gallos in errorem induxit vernacula interpretatio Catonis!

Lutum) fraces, aqua maceratas, lutum vocat.

Macra erit) Ita etiam in Plinio edidit Harduinus; veteres vero editiones *macruerit* habebant.

Concidito) *Comburito* ex h. l. habet Plinius. Cinere sarmentitio infructuosis vitibus medentur Geoponica V, 37; cinerem simpliciter cum aceto nominat Columella Arbor 8, 4, et Palladius IV, 7, 4. Dalecampius ad Plinium Catonis *inarato* mutabat in *inurito*. Albertus de Vegetab. p. 506, quasi e Palladio: *Fimus eius fit e sarmentis eius et silice et foliis vitis, quia compertum est, hunc fimum optimum esse ad vites.*

aut infodito. Per hiemem lucubratione haec facito. Ridicas et palos quos pridie in tecto posueras,[e] siccos dolato, faculas facito,[f] stercus egerito,[g] nisi intermestri,[h] lunaque dimidiata.[i] tum.[a] ne tangas materiem,[k] 4

Pol. 1. et libri Victorii *Vinea* a. V. (e) *posiveras* Brh. deinde *dolaveris* Cod. Gronov. (f) *et* ins. W. (g) *Et* praeced. puncto ins. W. (h) *in termestri* diu. P. *in trimestri* le. Br. Iu. - G. A. *intermestri* W. *intermestris* B. R. (i) *sit* add. I. B. R. W. Br. (k) Gesner cum I. I- G. *materiam* edidit. *tum* etiam abest in

Pridie in tecto) Tantum scilicet numerum quantum una lucubratione expedire licet. Si siccari voluit in tecto, tum commode leges *pridem* cum Rottboellio p. 32. Sed Pontedera in Curis sec. corrigit *sictos* et comparat locum Columellae XI, 2, s. 12: *palos una opera caedere et expulatos acuere — findere et dedolatos utraque parte exacuere.* Quam equidem lectionem praefero, nisi es Gronoviani Codicis *siccos dolaveris* malis *si quos dolaveris.*

Nisi intermestri) Plinius 16, s. 75: *nisi intermestri lunaque dimidiata ne tangas materiem; tunc ne effodias aut praecidas abs terra. Diebus septem proximis, quibus luna plena fuerit, optime eximitur. Omnino caveto nigram materiem doles, neve caedas, neve tangas, nisi siccam: neve gelidam, neve rorulentam;* ubi libri omnes habent *quatuor diebus proximis.* Pro *nigram* legendum esse *ne quam*, monuerunt Meursius et Gesner ad h. l. Harduinus tamen de vitio tacuit. Vulgatam huius loci interpunctionem pessime mutavit Gesner, de sententia non sollicitus: Ita enim edidit ex auctoritate loci Pliniani: *stercus egerito. Nisi — dimidiata; materiam ne tangas. Materiam etc.* Materiam enim decrescente luna et effodiendam et praecidendam esse, non solum statim postea Cato decernit, sed etiam cap. 31: *hanc atque aliam materiam omnem cum effodies luna decrescente eximito.* Inepta est excusatio, qua Gesner utitur, ut *tangas* interpretetur de primis vulneribus, arbori inflictis, quibus et signentur (scilicet ex more nostro) et succo extillanti via aperiatur. Hoc igitur constituto, superest, ut doceamus, ad stercus haec esse referenda. Et Cato ipse quidem cap. 29, luna silente stercus evehi iubet; iterumque cap. 50 ad prata stercoranda: ubi Columella cum Palladio lunam crescentem definiunt, sed segetibus stercorandis decrescentem, quibus assentitur Plinius. Igitur Cato, crescente luna stercus egeri vult, et in prata quidem. Septem autem diebus proximis post plenilunium, luna igitur decrescente, materiam eximi vult, crescente tangi vetat. Haec praeclare demonstravit Pontedera; cuius tamen praeceptis non obtemperavit Gesner. Igitur *nisi* interpretaberis *sed*, ut saepe alibi apud Catonem. Praeterea Pontedera in Cur. sec. quatuor dies Plinii praefert, post quos lunam esse decrescentem; contra post septem esse iterum dimidiatam; quod intervallum cavere iubet Cato. Igitur cap. 31 *decrescente luna* interpretatur ex h. l. de quarto a plenilunio die.

Tum ne tangas) Plinii locum sic refingebat es h. l. Pontedera: *idemque mox nisi intermestri — dimidiata. Tunc ne tangas materiam, tunc ne effodias.* Sed de hac medela fere dubito; meliorem forte olim libri scripti

quam effodies aut praecides abs[m] terra; diebus septem proximis,[n] quibus luna plena fuerit, optime eximetur. Omnino caveto, ne quam materiam doles, neu caedas, neu tangas si potes, nisi siccam, neu gelidam,[o] neu rorulentam. Frumenta face bis sarias[p] runcesque, avenamque destringas.[q] De vinea et arboribus putatis sarmenta degere,[r] et fascinam[s] face,[t] et

W. sed modo semel *materiam*. (l) Ita pro *Materiam* l. B. R. Br. (m) *ab* a. V. (n) *proximis* abest l. B. R. Ba. H. A. Gr. G. Brusch. (o) *gelidam forulentam* Pol. Verba *si potes* om. Ald. P. (p) *sarrias* a. V. *bis face sarrias* Br. Ald. (q) *distringas* l. B. R. Br. (r) *deterge*, *fisc.* a. V. sequens *et* om. Ald. et Polit. (s) Ita pro *fiscinam* Pol. (t) Ita pro *facere* ante Vict. *item* Pol. 2.

offerent. Interim Pontederae locum Catonis sartum tectumque debemus. In Plinio Abr. Gronov. ex Codice suo legit: *omnino caveto, materiem ne doles*.

Avenamque) Frumenti vitium, quod prima statim eruptione agnosci ait Plinius 18, s. 44, no. 4: Avena fatua Linnaei. De qua Virgilius *steriles dominantur avenae*, etiam dixit. Est Graecorum aegilops, Italis hodie *Squala* et *Egilopo* vocatur, docente *Gerard* in Bernardi Mémoires sur l'histoire naturelle de la Provence lib. I. p. 289 sqq.

De vinea) Appendicem hanc rectius inserendam fuisse supra putationi absolutae, censet Pontedera. At fortasse Cato docere voluit quid per hiemem sit agendum. Columella XI, 2, 49: *sarmenta vineis nondum fossis, arbustis et segetibus ramos aut rubos — nunc egeri oportet*. Ficulnea lignea cur iungat viti, existimabis ipse comparato cap. 50, sect. 4.

Degere) Imperativum modum esse, recte monuit Popma et Schwarz. male contra Victorius infinitum modum accepit, ex Nonio detrahere interpretatus; in quo secutus eum est Gesner. At in locis Plauti Aulul. II, 2, 43, et Epid. I. 1, 63, lectio dubia est. In priore quidem loco *laborem demam* Editt. vulgares habent, *degam* Veneta 1511, Aldin. 1520, et Lipsiensis 1505. In altero loco vulgatur nunc *detegetur corium*.

Fascinam) A fasce derivat, hodieque eandem rem in Italia eodem vocabulo, non *fiscinam* dici, monet Pontedera. Vulgatum *fiscinam facere* Schwarz. mutabat in *fiscinam facere utili. Ligna* etc. Sed inepte fiscinam viendam nunc Cato interponeret. Sarmenta contra vitis putatae degesta in fascem colligare et cum lignis ficulneis in caminum congerenda esse docet, vel potius in tabulatum. Ceterum vocabulum *fascina* etsi nunc primum libri Polit. auctoritate comprobatum prodit, tuto tamen in Lexica poterit recipi. Recte enim fit a fasce, fascina. Fascis esse videtur factus a graeco φάκελος, σφάκελος, quod et φακίολος scriptum reperitur. Cuius radix σφάκος servata repetitur in ἐλελίσφακος. Contra fiscina a fisco fit, fiscus ex graeco οἶσος οἴσυνος, vimen, vimineus. A fascina etiam Gallicum *fascines* et

vitis,[v] et ligna in caminum[x] ficulna,[y] et codicillos domino[z] in acervum componeto.[a]

XXXVIII. (XXXIX.) Fornacem calcariam[a] pedes

(v) *vites* a. V. (x) *congere* ins. a. V. (y) *faculna* Iens. Br. (z) *domino* omitt. I. B. R. Br. (a) *componito* a. V.

Cap. XXXVIII. (a) *calcaneam* I. B. R. Ba. H. A. Gr. G. Br. (b) *que* om. a.

medii aevi *fascenina* de qua vide Cangii Glossarium.

Codicillos) Oleagineos et similium arborum. Infra c. 55: *ligna domino in tabulato condito, codicillos oleagineos sub dio in acervo metas facito.* Malim igitur etiam h. l. in tabulatum congeri ligna, nisi in camino ficulnea excoqui et ἄκαπνα fieri voluit Cato. Sequens *domino*, in Edd. primis omissum, forte fuit *sub dio*.

Cap. XXXVIII. *Fornacem*) Rotundam forma intelligi, patet ex verbis *nisi per summam orbem.* Praefurnium est aditus ad furnum, ubi ignis accenditur atque unde cineres extrahuntur. Cineres in lacunam sub fortace excavatam in fundo decidunt. Fortacem Pontedera interpretatur fornicem in ima fornace, qui totus lapidibus constipetur, et a graeco φόρταξ quasi baiulus dicatur, vocem deducit. Gesnerus cratem fornicatam lateritiam satis fortem ad sustinendum onus et ignem tamen transmittentem explicat; et sic etiam Dickson I, pag. 333, interpretatur *Grate*, i. e. *Rost*, Gallis *grille*. Fortax hic lapidem sustinet et cineres demittit excidentes. Sed geminum fortacem adfuisse, censet Dickson, quum uno praefurnio coquebatur; unum scilicet, qui ligna subtus ponenda atque accendenda sustineret, ne in lacunam inciderent et cineribus permiscerentur; alterum, qui lapides fulciret, ne deciderent in furnum. Hunc posteriorem tamen solum fortacem dici a Catone putat. Mihi altero fortace nihil opus esse videtur; is enim si adfuisset, ligna sustinet, poterant cineres commode etiam extrahi; si uno praefurnio coquebatur, nec erat timendum, ne disiecto igne et cessante, dum cineres extrahebantur ex lacuna, lapides corrumperentur. *Fauces* recte interpretatur summam fornacis partem, quam in alio genere Plinius *os* appellavit. Sed praecipites fauces has putat fuisse summae parti, ad trium pedum amplitudinem redactae, additas directione perpendiculari, et lateribus aut cemento structas. Verum hanc interpretationem impediunt verba, ubi flamma *per summum orbem* exire dicitur, unde recte arguebat vir doctus formam fornacis fuisse rotundam; igitur fauces deorsum praecipites interpretari oportet declives. Equidem verba *ubi satis foderis tum fornaci locum facito*, vix sana puto esse, atque alio ordine collocanda, ut sententia commodior existat. Id tamen manifesto inde arguitur, fornacem in fovea strui; quae si minus profunda fuerit pro multitudine lapidis et mensura antea posita, tum reliqua pars fornacis eminens supra terram struitur lateribus aut cementis. Ceterum ignis ne intermittatur, etiam hodie cavent; non satis enim percoqui putant lapides iterata flamma refrigeratos. Eandem fornacum calcariarum fabricam et formam apud Romanos deinde etiam diu obtinuisse, arguit Dickson ex loco Plinii XVII, c. 9, ubi oleas gaudere

latam x. facito, altam pedes xx. usque ad pedes III. summam latam redigito. Si uno praefurnio coques, lacunam intus magnam facito, uti satis siet, ubi cinerem concipiat, ne foras sit educendus. Fornacemque[b] bene struito.[c] facito fortax totam fornacem infimam
2 complectatur. Si duobus praefurnijs[d] coques, lacuna nihil opus erit. Quum cinere eruto opus erit, altero praefurnio eruito, in altero ignis erit. Ignem caveto ne intermittas, quin semper siet, neve noctu, neve ullo tempore intermittatur,[e] caveto. Lapidem bonum in[f] fornacem quam[g] durissimum, quam minime va-
3 rium[h] indito. Quum fornacem facies, fauces praecipites deorsum facito. Vbi satis foderis, tum fornaci locum facito, uti quam altissima,[i] et quam minime ventosa siet. Si parum altam fornacem habebis, ubi

V. (c) *strui facito: foras totam* I. B. R. Br. *struito, farcitoque foras, ut totam* I. I- G. Ald. (d) *praefurnis* Pol. (e) *intermittatur, caveto lapidem* H. (f) *in fornacem* om. I. I- G. A. (g) *quam diutissimum* I. B. R. Br. *quam durissimum, quam candidissimum* Iuntt. *quam durissimum* sol. Ba. H. A. Gr. G. *candidissimum* solitarium P. (h) *in fornacem* inters. a. V. (i) *altissimam* Br. (k)

ait cinere e calcariis fornacibus. Vix enim potuisse cineres puros separari, si more nostro calcarii lapides cum lignis aut carbonibus mixti et per strata compositi fuissent. Sed cineres puros non dixit Plinius, nec tales ad oleas desiderassent agricolae ex calcariis fornacibus; aliunde enim commode habebant cineres puriores; admixtam igitur fuisse calcem cineribus suspicari licet. Turnebus Advers. II, 43, recte cum fornace comparasse videtur glossam Hesychii: Θαῤῥός· λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ ἐν τοῖς μεταλλεῦσιν. Videtur fuisse infimum lapidum metallicorum stratum, in fornicis modum structum. Lectionem *fortax* ex libris suis primus protulit Victorius. Graecum φόρταξ habet Pollux. Sed nunc ipse dubito, an commode de fortace liceat interpretari verba: *totam fornacem infimam complectatur*, ea scilicet notione, quam viri docti affingunt fortaci. Videtur desiderari firmamentum aliquod, fornaci infimae extra circumpositum. Contra Rottboell pag. 34 malebat legi *vortex* vel *furnus*; quam correctionem non magis intelligo, quam vulgatam.

Durissimum) Gesnerus *candidissimum* praetulit; mecum Dickson, quod libri optimi habent. De vario lapide Plinius 36, sect. 53: *Calcem e vario lapide Cato Censorius improbat*. Malim tamen etiam *candidissimum* simul addi: Palladius etiam I, 40, *album durum saxum* ad calcem praefert.

Vbi facies) Dedi quod sententia

facies,[k] lateribus summam[l] struito,[m] aut cementis[n]
cum luto summam[o] extrinsecus oblinito. Quum ignem 4
subdideris, si qua flamma exibit, nisi[p] per orbem
summum,[q] luto oblinito. Ventus ad praefurnium ca-
veto ne accedat. Inibi[r] austrum caveto maxime.[s] Hoc
signi erit, ubi calx cocta erit, summos lapides coctos

Vulgo *facias lateres summam statuito* I. B. R. B. *facies lateres*: A. I. I- G. *facies, lateribus*. (l) *summum* Pol. et Br. (m) Ita pro *statuito* scripsi ex A. I. I- G. (n) *cementi summam cum* *luto* I. R. Br. *ementi summam* et cet. B. *cementis. Summam cum luto* A. I. I- G. (o) *summamque* P. (p) *luto oblinito ne nisi p. orb. su.* I. B. Br. R. *lut. obl. ne nisi p. orbem exeat summum* B. A. Gr. G. *summam* Herv. (q) *summam* etiam praecedente commate Pop. 2. *summum. Luto* Iuntt. (r) *ibi* Ba. (s) *permaxime* I. B. R. Br. Ba. G. A. *permaxiem* I. *maxiem* P.

postulat. Facies sc. lateres, quod fortasse addendum iterum erat. Vulgata lectio *ubi facias lateres — statuito — luto summum*. Sed totum hunc locum interpolarunt librarii. Verba enim *extrinsecus oblinito cum luto summam* pertinere ad sequentia videntur, et impedire ne flamma nisi per summum orbem exeat. Omiserunt etiam librarii quidam media verba.

Vbi calx cocta) Fridericus II, de arte venandi pag. 95, quod contingit videre in igne incipiente decoquere lapides in fornace calcinaria, qui in principio denigrantur, sed postquam pervenerint ad digestionem perfectam, nigrum minoratur et album multiplicatur.

Summos lapides coctos esse oportebit) *Sumos lapides coactos* (i. e. stipatos magis inter se et descendentes, dum infimi cadunt) *ese oportebit* corrigit Pontedera ex Codd. Polit. et Repar. Verum ita non minus postea corrigere debebat vir doctus *item infimi lapides coacti cadent*. Hi enim priores in minus spatium coguntur et partim decidunt; quo facto superiores item desidunt. Verum non quaeritur, supremi lapides num desidant, sed potius ex colore capitur indicium an cocti sint. Itaque vulgata lectio non erat tentanda. Plura tamen sunt in annotatione prima mea ad hoc caput, quae recognoscens postea falsa reperi, quanquam maxima ex parte accepta a Britanno Dickson. Comparavi fornacum calcariarum formas varias, quas *Gollus Fourcroy de Ramecourt* in Arte calcis coquendae descripsit descriptasque picturis illustravit; unde didici, Britannum fornacis Catonianae falsam suo lectorumque suorum animo speciem informasse. Primum de figura videamus, quam rotundam fuisse arguitur ex verbis: *si qua flamma exibit nisi per orbem summum*. Sed quum plures figurae rotundae esse possint; diversi tamen generis, veluti sphaericae et cilindricae, videndum, ex quo genere fornax haec fuerit? Quid autem sibi volunt ista verba statim ab initio: *Fornacem calcariam pedes X latam facito, altam pedes XX, usque ad pedes III summam latam redigito?* Postrema nihil aliud significare possunt, nisi *summae fornacis latitudinem redigendam esse ad III pedes*, cum infima lata X pedes sit. Conicam igitur fornacem esse voluit

esse oportebit. item infimi lapides cocti cadent, et

Cato; et recte Gesner ei metae seu pyramidis formam assignavit. Geminum si praefurnium aderat, alterum igni accendendo nutriendoque, alterum cineribus educendis inserviebat; sin unico praefurnio coquebatur, lacuna sub fortace magna cineres excipiebat, ut in tabula IV, fig. 11 Gallicae Descriptionis calcariarum fornacum. Verum ante omnia dispiciendum, quomodo *fornax* a Catone primum *strui*, deinde *fieri*, postea *fornaci locus fieri* dicitur? deinde quae sit *summa fornax*, quae *lateribus aut caementis statuitur* vel *struitur*; denique quae sint *fauces, quas praecipites deorsum fieri* iubet? Fornax igitur *fieri* quum dicitur, tum *fornaci locus fit* in terra excavata seu fovea. Ita enim haec interpretari nos ipse Cato monet sectione 3: *Vbi satis*, inquit, *foderis, tum fornaci locum facito*; id est locum fornaci ad certam altitudinem in terra excavata struendae designato. Sed haec ipsa verba *ubi satis foderis*, nullam plane dubitationem mihi quidem relinquere videntur, antecedentia verba: *eum fornacem facies, fauces praecipites deorsum facito*: de hac ipsa fossione esse intelligenda, minime vero de summa fornace vel ore fornacis, quod Britannus Dickson lectoribus persuadere voluit; qui praeterea fauces praecipites interpretatur ad perpendiculum additas summae parti et lateribus aut caementis structas. Quae quidem interpretatio plane excludit *orbem summum*, per quem flamma exire debet. Propius a vero abiit Gesner, qui *fauces praecipites* foramen fundo latiore, quam labra suprema interpretatur. Breviter, ut dicam, fauces significant aditum (den Schlund) ad praefurnium et fornacem; has primas effodit, deinceps foveam instituit excavare, in qua fornax struitur. Praecipites fauces facit Cato, id est declives et fere ad lineam perpendicularem accedentes, *ne ventus ad praefurnium possit accedere*, quod cavere inprimis iubet sect. 4. Hodie fauces etiam tecto aliquo proteguntur et a vento defenduntur. In fovea igitur ad certam altitudinem *struitur* fornax. *Fornacem*, inquit, *bene struito*. Primum quaerendum, quanam materia fornax struatur, deinde infima an summa pars ea materia struatur? Ad haec una valet responsio ex sectione 3: *si parum altam fornacem habebis ubi facias, lateribus summam struito aut cementis, tum luto summam extrinsecus oblinito*. Ita enim nunc eum locum ordinandum censeo. A Victoriana usque legebatur: *Si parum altam fornacem habebis, ubi facias lateres, summum statuito, aut cementis cum luto summum extrinsecus oblinito*. In Edd. primis est *facies lateres*: Iucundus in Aldina primus correxit: *facies lateribus — struito — Summam cum luto oblinito, ne nisi per orbem exeat summum* scilicet ignis, quod vocabulum ex anterioribus repetendum est. Flamma quo minus per alium locum nisi per summum orbem exeat, reliqua fornacis pars, quae quidem supra terram exstat, lateribus aut caementis struitur et oblinitur. Quatenus igitur summa pars structa lateribus et oblita luto erat, exitus igni vel flammae non patebat; *summus orbis* quam late patuerit, fortasse arguere licet ex mensura trium pedum, ad quam summam fornacem redigere iubet Cato. Veterem lectionem Editionum principum *ubi facies lateres, summum statuito*: hoc sensu defendebat Gesnerus: *Si fornax non satis alte in terram depressa sit, quum lateres faciendi sint aedificaturo non minus*

quam calx urenda, summum id est in summo, ubi *exit e terra fornax*, *circumstatuito lateres ita siccandos felicius quam a solo sole, quod alias in Graecia pariter atque Italia fiebat*. Haec autem ratio lateres semicoctos reddidisset, et plane ad aedificandum inutiles. Deinde non ita apparet ratio verborum *si parum altam fornacem habebis*: Altitudo enim fornacis inprimis quaerebatur; hinc Cato s. 3: *uti quam altissima et quam minime ventosa siet*. Quatenus igitur fornax in terram erat depressa, parietum vice terra undique fornacem cingebat vantumque abstinebat; ubi vero exibat terra, lateribus aut caementis circumstruebatur, et hic ipse paries luto oblinebatur, quo melius ventus excluderetur, nec ullus flammae nisi per summum orbem conicae fornacis pateret exitus. *Summa* igitur *fornax struitur lateribus aut caementis luto oblitis*, id est, superficies connexa fornacis structae vel strius perficitur, adstructis lateribus aut caementis, ita, ut summus tantum orbis non tectus pateat exeunti flammae. Idem fit hodie, ubi summitas lapidibus calcareis, raro lateribus, luto oblitis, obtegitur. *Infima* autem *fornax* qua materia *struatur* a Catone, nunc dicendum est. Nulla alia superest, nisi ipsa calx, cuius frusta vel caementa varia in formam fornicis struuntur, ita, ut tota strues se ipsa sustineat, ignis autem sub arcu infimae fornicis accendatur; aut exstruitur lateribus focus et craticula ferrea consternitur, cui deinde calcis frustra alternantibus calcis lignorumque vel carbonum stratis imponuntur. Quum foci et craticulae Cato mentionem non facit, relinquitur, ut de priore genere fornacum locum interpretemur. *Bene* igitur Cato *strui* iubet fornacem, ita, ut *fortax* firmus, id est fornix, efficiatur, qui se molemque superstructam bene sustineat; deinde *fortax* id est fornix, tam latus esse debet, quam est infima fovea, in qua fornax exstruitur; hoc est, quod Cato ait: *fortax* (id est fornix) *totam fornacem infimam complectatur*. Fornicem ipsius calcis frustis structam arguunt etiam lapides. hoc est calcis frusta, infimi cadentes, quum bene cocti sunt; quod fieri non posset, si lateribus structae fornici seu foco cum craticula insisterent. Denique quod fornacis formam Gesnerus in indice aiebat etiam ex Columella 5, 10, 4, et Arbor. 19, 2 apparere, in eo vir doctus hactenus a vero aberravit, quod ibi de clibano sermo est, qui *imus summo patentior* est. Verum fornax a clibano diversa est per se; calcaria tamen Catonis ita figuratur, ut plane similis clibano efficiatur. Nunc omnia Catonis praecepta ita ordinabo, uti structurae series postulabat; quo facilius lector sententiam auctoris assequatur: *Fornacem calcaream — summam latam redigito. Quum fornacem facies, fauces praecipites deorsum facito: ubi satis foderis, tum fornaci locum facito, uti quam altissima et quam minime ventosa siet. Si parum altam fornacem habebis ubi facias*, (i. e. *si non habebis ubi facias altam fornacem*) lateribus *summam struito aut caementis: tum luto summam extrinsecus oblinito. Fornacem bene struito; facito, fortax totam fortacem infimam complectatur. Si uno praefurnio coques — sit educendus: si duobus praefurniis coques, lacuna nihil opus erit. — Insignis erit. Lapidem bonum — indito. Quum ignem subdideris — oblinito. Ventus — caveto maxime. Ignem caveto ne — caveto. Hoc signi — exibit*. Ita spero, me effecisse, ut lector nullibi adhaerescat.

flamma minus fumosa exibit.[t] Si ligna et virgas[v] non poteris vendere, neque lapidem habebis unde calcem coquas, de lignis carbones coquito, virgas et sarmenta, quae tibi usioni[x] supererunt, in segete[y] comburito. Vbi eas combusseris, ibi papaver serito.

XXXIX. (XL.) Vbi tempestates malae erunt, quum opus fieri non poterit, stercus in[a] sterquilinium egerito. Bubile, ovile, cortem,[b] villam bene purgato. Dolia plumbo vincito, vel materie quernea,[c] viti[d]

(t) *Itaque si* a. V. (v) *virga* B. R. (x) *ustioni* a. V. (y) *segetem* a. V.
Cap. XXXIX. (a) *de sterquilinio* I. B. R. A. Ba-G. Br. *in stercilinum* P. (b) *cohortem* P. *et* ins. I. B. R. Ba-G. Br. (c) *et* ins. I. I-G. (d) *viti* I. B. R.

Si ligna) Recte Codex Gronovii novum hinc Caput orditur.

Vsioni) Plinius XVIII, sect. 61 ita refert: *Cato de papavere ita tradit: Virgas et sarmenta, quae tibi ustioni supererunt, in segete comburito; ubi eas combusseris, ibi papaver serito silvestre, quod in miro usu est melle decoctum ad faucium remedia. Visque somnifera etiam sativo;* ubi vulgo legebatur *in satione superant.* Libri scripti *eisioni*, alii *osioni.* Harduinus ex Catone restituit *ustioni*, quem secutus est Brotier. Hic tamen ex libro Regio rectius edidit *papaver serito. Silvestre in miro usu est* etc. Vnde apparet, Plinium haec Catonianis addidisse. *Vstioni* eiecit Victorius, libros suos secutus, quasi *usioni* superesse, sit ex usu superesse; contrarium docet Columella II, 10, 3: *reliquum quod semini superest, in tabulatum reponis*, ubi vulgo pessime *seminis* legebatur. Quoniam tamen vulgata nunc lectio excusari exemplis quibusdam posse videtur, eam reliqui intactam. Ceterum Pontedera hic et in Plinio legere malebat *papaverem*, more antiquo; atque ita fuisse ait in libro Plinii apud Racanatum Venetum. Papaverem Gallicanum ex Catone habet Charisius p. 64. Ex Catone Palladius Septembri 13, 4 fertur utilius provenire papaver, ubi virgae et sarmenta combusta sunt.

Cap. XXXIX. *Vbi tempestates*) Partem horum habes supra cap. 2, s. 3.

Plumbo) Iuvenalis XIV, 308, de domo fictili Diogenis: *aut eadem plumbo commissa manebit.* Varro apud Nonium Merceri pag. 541: *Sed quae necessitas te iubet aquam effundere domi tuae? Si vasa habes pertusa, plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluvium? ad quam rem urnarium?*

Viti sicca) Lectionem hanc ideo reprobavit Pontedera, quia viti alligari dolia non putabat. Igitur malebat legi *ridica.* Sed ridica dicitur statumen, cui vitis alligatur, nec potest vinculi vicem praebere. Vitis, ut vimen, satis lenta est ut vinculum praebere possit, aeque bonum certe, atque materies quernea. Et vietor dicitur, qui dolia vinaria religat stipatque; locus est in Lege Pandectarum: *si vietori lacum vino plenum curandum tradideris et eum pertuderit, ut vinum sit effusum;* qui de lacu fictili debet intelligi. Quod dedit cum Victorio

sicca alligato. Si bene sarseris, aut bene alligaveris,
et in rimas medicamentum indideris, beneque pica-
veris, quodvis dolium vinarium facere poteris. Medi-
camentum in dolium hoc modo facito: Cerae P. I.
resinae P. I.[e] sulfuris P. ,,''[f]. Haec omnia in calicem
novum indito. eo addito gypsum contritum,[g] uti cras-
situdo fiat quasi emplastrum,[h] eo dolia sarcito.[i] Vbi 2
sarseris,[k] qui colorem eundem facias, cretae crudae
partes duas, calcis tertia[l] commisceto: inde latercu-
los facito, coquito in fornacem, tum[m] conterito, id-
que inducito. Per imbrem in villam quaerito quid fieri
possit. Ne cessetur, munditias facito. Cogitato, si ni-
hil fiet, nihilo minus sumtum futurum.

XL. (XLI.) Per ver haec fieri oportet. Sulcos et

Br. I. I. *et nisi sicca* Ald. *nisi* Ba-G. *virisicca* Iunct. Pol. Vict. *viri sicca* Ges. (e) *et* ins. a. V. *Sulpuris* Codex Victorii ubique habebat. (f) xxx. I. B. R. xxxiii Brusch. quae ubique *partem* pro litera P. habet I. a. I. I-G. A. 4. s. Polit. 2. N]. [illegible] Pol. (g) *contrito* B. R. (h) *et* ins. a. V. praeter. Iu. (i) *farcito* Bo. (k) *sarceris* M. Po. 2. (l) *tertiam* a. V. (m) Ita pro *eum* P. abest *eum* a. V.

Gesner *virisicca*, ipse Victorius vitiosum esse agnovit, et Codex mendi notam appositam gerebat. Turnebus XI, 43 malebat: *vere sicca* vel *viridi sicca* vel *viridi colligato*. De alio genere Plinius 18, sect. 64: *antelucanis dolia quassa sarcire, ipsorumque laminas scabendo purgare aut novas facere.* Forte vocabulum *vitilis* latet. Varro L. L. IV, p. 33, ubi sirpiculas a sirpando seu alligando dictas esse ait, addit: *sic sirpata dolia quassa, cum alligata, dicta.* Vnde h. l. possis legere: *sirpicula* seu *sirpiculis alligato.* Servius ad Georg. I, 165, vitilem supellectilem fieri ait *de genistis, vel iunco vel vite alba.* Quid si vitem albam Cato voluit intelligi? *Vimine querno* est apud Virgilium Aeneid. XI, 65, Rottboellio p. 34 placet *viticina*, a vitice.

Picaveris) Popma ait, in libris quibusdam esse *putaveris*, quod interpretatur *purgaveris.*

Sulphuris) In Codd. Victorii fuit *sulpuris*, atque ita Virgilii Codex romanus antiquus scriptum ubique habet teste Pierio. Sulphure vitrum solidari, tradit Plinius 36, sect. 67, et Scholiastes Iuvenalis V, 48.

Tum conterito) Ita voluit legi etiam Popma; idem deinceps *sicque inducito.* Victorianum *eum* inepte defendit Gesner. Sequens *id* est de trito intelligendum.

In villam) In Edd. quibusdam esse *in villa*, annotavit damnavitque Meursius, qui multis exemplis usum promiscuum accusativi et ablativi iuncti praepositioni hinc confirmare conatus est cum Popma.

Cap. XL. *Sulcos et scrobes*) Plinius

scrobes fieri seminariis. Vitiariis locum verti. vites propagari. In locis crassis et humectis[a] ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet. Ficos, oleas, mala, pira, vites inseri oportet luna silenti post meridiem, sine vento austro. Oleas, ficos, pira, mala hoc modo
2 inserito: Quem ramum insiturus eris, praecidito, inclinato aliquantum,[b] ut aqua defluat. Quum praecides, caveto ne librum convellas. Sumito tibi surculum durum, eum praeacuito,[c] salicem[d] graecam discindito. argillam, vel cretam coaddito, arenae[e] paululum, et fimum bubulum. Haec una bene condepsito,[f] quam maxime uti lentum[g] fiat.[h] capito tibi scissam

CAP. XL. a. *umectis* P. (b) *aliquantulum* a. V. (c) *proacuito* P. *peracuito* a. V. (d) *salucem* P. (e) *harenae paulolum* P. (f) *condeposito* P. 1 et Cod. Gronov. *condempsito* Pol. 2. *condensato* a. V. (g) *letum* P. *lutum* a. V. (h)

48, c. 65, nn. 3, ita h. l. excerpsit: *Cato verna opera sic definit: Scrobes fieri, seminaria propagari, in locis crassis et humidis ulmos, ficos, poma, oleas seri; prata stercorari luna sitiente, quae rigua non erunt.* Quae sunt omnino lacunosa, et exciderunt quaedam velut *seminario fieri, vites propagari*. Pomariis scilicet Varro sulcos et scrobes fieri iubet in seminariis, vitiario seu vitium seminario terram bipalio verti. Pontedera in Plinio corrigit: *scrobes fieri, vites propagari.*

Verti) Bipalio, quod fit c. 45 et 46.

Ficos) Vix recte habet hoc de ficis. Vide ad cap. 8.

Silenti) Plinius hinc retulit *sitienti* interpretatus *sicca*. Idem 47, s. 35, no. 8: *plerique austros optant, Cato abdicat.* De insitione loquitur. Geoponica X, 75, a. 49: *δεῖ τὰ ἐνθέματα μὴ τοῦ βοῤῥᾶ πνέοντος ἐντίθεσθαι, ἀλλὰ τοῦ νότου.*

Surculum durum) Eundem deinde aridum appellat, cunei vice fissuram aperientem, ut recte monuit Gesner.

Argillam) Plinius 47, s. 24: *Cato argillae vel cretae arenam fimumque bubulum admisceri atque ita usque ad lentorem subigi iubet, atque interponi et circumlini.* Crescentius II, 22: *deinde, ut ait Cato, subtili pulvere in superiorem scissuram immisso, creta plurimum comprehensa cum pauca arena et fimo; bubalo, ut idem ait, vel cum cera super truncum et ligaturam, ad defensionem caloris venti et pluviae congrue disponatur et precia fascietur.* Ceterum veterem lectionem *uti lutum fiat* praefero; nam saepius ipse Cato deinceps lutum nominat; quanquam Plinii *lentor* vulgatam exprimere videtur.

Condepsito) Etiam infra 76, 2, libri scripti *condempsito* habent. Hoc verbum restitue Titinnio in Fullonia apud Nonium p. 245: *terra haec est non aqua, ubi tu solitus argutari pedibus cretam dum compescis vestimentaque lavas;* ubi Parmensis 1480 *nova quasi ubi tu — levas* habet. Lege *condepsis.*

salicem, ea[i] stirpem praecisum[k] circumligato, ne liber frangatur. Vbi id feceris, surculum aridum[l] praea- 3
cutum inter librum et stirpem artito[m] primores digitos duos. postea capito tibi surculum, quod genus inserere voles, eum primorem praeacuito[n] obliquum[o] primores digitos duos. surculum aridum quem artiveras[p] eximito, eo[q] artito surculum, quem inserere voles. Librum ad librum vorsum facito, artito[r] usque adeo quo praeacueris. Idem alterum surculum, tertium, quartum facito. quot genera[s] voles, tot indito.
Salicem graecam amplius circumligato, luto depsto[t] 4
stirpem oblinito, digitos crassum[v] III. Insuper lingua

dein ins. a. V. (i) *èaque* a. V. (k) *praecisam* a. V. *praecissam* Br. (l) *aridum* abest Cod. Gron. I. B. R. Br. (m) *arcito* a. V. *artito* Brh. (n) *proacuito* P. Iuntt. *peracuito* Cod. Gronov. (o) *oblicum* P. et Cod. Gron. (p) *artueris* P. *acueris* I. B. R. Br. *arciveras* I. 1-G. *eximeto* Br. (q) *eoque arcito* a. V. (r) *arcito* a. V. praeter Herv. quae *arato. artito usque* con. Brh. (s) *Quod* P. (t) *dempsto* P. *densato* a. V. (v) Ita pro *crassos* scripsi ex Br. et R. Iuntt. *grassum*

Artito) Ita ex libris suis Victorius scripsit, laudato Novii loco apud Nonium, ubi *artivit* est pro artavit, i. e. indidit. Infra c. 41, 2, eadem est librorum varietas. Columella XII, 53, 2, perticas et fustes arctare dixit pro arcte inserere. Similiter Palladius Octob. 8, 3, arctare foramini taleam; ubi Crescentii editio Bas. *vehementer immittitur*, antiqua mea *arcetur*, Columella V, 9, 16: *arcte immittere* habet. Palladius Mart. 8, *stricte conii-cere.*

Primores — duos) Plinius l. c. *ex iis, quae commentatus est, facile apparet, illa aetate inter lignum et corticem nec alio modo inserere solitos, aut ultra latitudinem duum digitorum calamos demittere.* Primores digitos Turnebus Adv. XI, 13 interpretatur tenues, quoniam sint primore parte digiti minus crassi, hisque opponi deinde *crassos* digitos.

Vorsum facito) Meursius malebat *pacito*, id est pangito, antiquo more, quo *pago* et *tagó* pro pango et tango dicebant; unde in vulgari deinde consuetudine remansit *pacisci* et *paci*, monente Festo, qui et *pacionem* pro pactione affert.

Circumligato) Plinius l. e. *mirum quod non contentus insitum munisse, ut dictum est, et cespite ab imbre frigoribusque protexisse ac mollibus bifidorum viminum fascibus, lingua bubula, herbae id genus est, insuper obtegi iubet, eamque illigari opertam stramentis*; ubi verba *herbae id genus* ex glossa orta putat esse Pontedera.

Crassum) Lectionem antiquam *crassum* pertinere ad *cespitem* a Plinio ex h. l. memoratum, qui culpa librariorum exciderit, probabilis est Ponte-derae coniectura. Vulgatum *crassos* vel ideo ferri non poterat, quod digitus crassus unus est in manu, vi-

bubula obtegito, si pluat, ne aqua in librum permanet.[x] eam linguam insuper librum alligato ne cadat. Postea stramentis circundato, alligatoque, ne[y] gelus noceat.

XLI. (XLII.) Vitis insitio una est per ver, altera est quum uva floret, ea optima est. Pirornm ac[a] malorum insitio per ver, et per solstitium dies quin-

I. B. *crassum* Cod. uterque Flor. Ponted. (x) *permaneat* I. B. R. Br. *permeet* I. I-G. A. (y) *neu gelu* a. V.

Cap. XLI. (a) *et* a. V.

delicet pollex; reliquos primores dicere videtur Cato, moneote Pontedera.

Depsto) In Pol. libro hic et alibi est *dempsto*. Ita in Ciceronis Epist. ad Famil. IX, 22, pro *depsit* Codd. Victorii *dempsit* habebant scriptum.

Lingua) I. e. super eam linguam alligato librum. Pessime Popma ligulam e corio bubulo factam interpretatus ligula librum alligari putat, ut recte contra eum monuit Gesner. Sed malim *libro alligato*. Graece buglossum dicitur herba. Graeci plagae scillam imponebant, huic *lutum*, *luto* testam, uti docet Theophrastus C. Pl. III, 6, et Xenophon Oeconom. 19. Noster c. 28, arborum plantas praecisas fimo oblinit foliisque alligat. Video nunc demum Pontederam in Cur. sec. lectionem *libro alligato* probare. De lingua bubula tamen aliter sentit. Quantulum enim, inquit, primo vere, quo insitiones fiunt, buglossi folium, quam tenerum et succosum, quo insitum respuit? Igitur linguam cape ex veteri corio vel de pelle pecudis morticinae ad bovillae linguae similitudinem secta. Haec vir egregius, cui quid reponam? nisi quod Cato ipse c. 28, foliis utitur in eadem re; et si corio uti voluisset, tum profecto stramentis circumdatis non erat opus, ne gelu noceret.

Gelus) Antiquus sermo sexu masculo gelum usurpavit, ut ex Grammaticis antiquis ad h. l. docuit Victorius et Meursius, quorum loca repetere non est opus.

Cap. XLI. *Altera est*) Plinius 17, s. 35, no. 21, ex h. l. *altera cum uva floret*; atque ita etiam Cresc. Basileensis habet; qui deinde pergit: *ea optima est per ver*.

Pirorum) Plinius 17, s. 24: *Inseri autem praecipit pira ac mala per ver et post solstitium diebus L. et post vindemiam. Oleas autem et ficos per ver tantum, luna sitiente, hoc est sicca; praeterea post meridiem ac sine vento austro.* Vides ibi esse *post solstitium et post vindemiam*. Etiam Crescentius V, 12, in malo laudat ex Catone verba *per solstitium quinquaginta dies ut ait Cato*. Igitur recte Pontedera in Plinio corrigit *per solstitium — per vindemiam*. Idem in Antiqq. p. 339 docet dies vernos 50 computari a vere ad sucularum vespertinum occasum anno primo dieteridis romanae Eudoxi fastis exornatae, altero autem anno ad vespertinum etiam canis occasum XI Cal. Maias, qui Canis occasus quatriduum infestum futurum significabat

quaginta, et per vindemiam. Oleae et ficorum insitio est per ver. Vitem sic inserito. praecidito quam inse- 2
res. eam[b] mediam diffindito[c] per medullam. eo surculos praeacutos artito,[d] quos inseres, medullam cum medulla componito. Altera insitio est: Si vitis vitem continget,[e] vitem[f] utrinque teneram praeacuito oblique, inter sese medullam cum medulla libro colligato.
Tertia insitio est: Terebra vitem quam inseres, per- 3
tundito,[h] eo duos surculos vitigineos, quod genus esse voles, insectos[i] obliquos artito[k] ad medullam.

(b) *eamque* a. V. (c) *defindito* Cr. sed Basil. *diffindito*. antiqua mea *diffundito*. (d) *sarcito* I. B. R. Rr. *arcito* I. I-G. *acuito* Cr. sed Bas. editio *arcito*. (e) *contingata*. a.V. et Cresc. Basil. (f) Ita I. B. Br. R. *vitis utriusque latus alterum praeradito oblique, et inter* Ald. I. I-G. Cum Victorio Gesner: *utriusque vitem teneram praeacuito, obliquo inter sese*. (g) *proacuto obliquo: inter* P. *praeacuto oblique: et inter* Iens. Brusch. *praeacuito oblique*: B. R. *vitem teneram praeacuito obligato* Cresc. Basil. (h) *pertunditoque* I. B. Br. R. (i) *insertos* a. V. *virgineos — insectos aliquos arcito* Cr. Basil.

agricolis. Propter quod publicis sacrificiis immolando Caniculam placare soliti. Cato itaque antequam decretorii dies incidissent, vernam insitionem peragendam praecepit. Dies porro quinquaginta a solstitio referemus ad autumni initium cum Pontedera, quos eosdem Hesiodus navigaotibus prosperos promittit.

Sic inserito) Plinius hinc excerpsit haec: *Praesectam findi iubet per medullam, in eam surculos exacutos, ut dictum est, addi medullas iungi. Altero, si inter sese vites contingant, utriusque in obliquum latere contrario adraso iunctis medullis colligari. Tertium genus est, terebrare vitem in obliquum ad medullam, calamosque addere longos pedes binos, atque ita ligatum insitum, intritaque illitum operire terra, calamis subrectis*; ubi Vincentius habet *medullasque uniri — medullis adiunctis colligari*.

Vitem utrinque) Hanc antiquam optimorum librorum, adeoque Polit. quia non dissentit a Iensoniana, praetuli interpolationi Aldinae ex Plinio ductae, qui manifesto non verba, sed sententiam Catonis reddidit; alioquin plura inde erant addenda.

Tertia insitio) Crescentii antiqua mea: *tertia insitione terebra*, in ceteris cum Basileensi facit.

Vtriusque vitis) Ita legendum ex Plinio viderat iam Meursius, quem sequor in re manifesta.

Insectos obliquos) Plinius vitem in obliquum terebrari ait ad medullam. Hinc Meursius lectionem *insertos obliquos* probabat, ut saltem ex insertione obliqua surculorum appareret, vitem ipsam oblique terebratam esse. Contra monet Gesner, surculos insecari debere oblique, ut medulla surculi tangat medullam vitis. Recte quidem ille; verum etiamsi hoc fit, nun-

facito[l] iis medullam cum medulla coniungas, artitoque
4 ea qua[m] terebraveris, alterum ex altera parte. Eos surculos facito sint longi pedes binos: eos in[n] terram dimittito,[o] replicatoque ad[p] vitis caput, medias[q] vitis vinclis in terram defigito, terraque operito. Haec

(k) *arcito* a. V. *acuito* Cr. Lov. at antiqua mea. (l) *facito ut medullae medullam coniungas arcito: ea quae* I. B. Br. R. *facitoque ut medullae medullam coniungas arcitoque* A. I. I-G. Cresc. sed Basil. Cresc. habet *facito his medullam c. medulla coniungas arcito ea quae.* (m) *quam* P. (n) *in* om. Br. (o) *demittito* P. I. I-G, A. (p) *vitis ad vitem caput* Cr. Basil. (q) *vitique vinclis*

quam tamen medulla surculi medullam vitis tanget, nisi ipsa etiam vitis truncus in obliquum sectus medullam tangendam obliquae surculi sectioni et medullae exstanti praebuerit. Contra Pontedera, vir doctissimus et rei rusticae simul peritissimus in Curis sec. *insectos* interpretatur non recisos. Scilicet is vites duas sibi vicinas intelligit; nam, inquit, si resectum surculum Cato dixisset, multo brevior esset, et supra terebrationem stirps resecatur in tali insitione. Itaque *medias vites* utrasque *vinclis in terram defigi* putat, *terraque operiri*, videlicet, dum alterius sarmentum ad alterius foramina perducitur, atque in ea aptatur, ut capita ad insitum constent, ac maneant immobilia, utramque vitam mediam vinculis firmandam, aggestaequa terrae pondere stabiliendam esse. Crescentium recisos surculos intellexisse, fatetur ipse Pontedera, nec equidem excogitare potui rationem, quae virum egregium eo adduxit, ut putaret vites vicinas intelligi sibi invicem inserandas. Omnia enim loquuntur surculos duos ex vite resectos viti alteri inserendos ita, ut truncus ex utroque latere oblique usque ad medullam perforetur, in quae foramina deinde adrasi oblique usque ad medullam surculi induntur. Statim ipsum *surculi* vocabulum indicat flagellum, non matri suae haerens, sed recisum e vite sua. Reliqua argumenta Pontederae, rationi contraria, deinceps explicabo. Generatim autem animadvertendum est, insitionem per terebrationem eam, qualem Cato describit h. l. toto, ut aiunt, coelo differre a ratione Columellae IV, 29, s. 13, 14. De Arb. c. 8, et Palladii III, 17. Hi enim surculum unum adrasum seu de ibratum inserunt foramini obliquo medullamque medullae componunt.

Pedes binos) Longitudo haec etiam satis arguit, non flagellum vitis proximae, sed surculum seu calamum, ut Plinius ex h. l. retulit, inseri. Fateor tamen longitudinem surculi nimiam esse ex disciplina Columellae IV, 29, s. 6.

In terram) Terebratae vitis surculos cur in terram demitti et in terram vinculis defigi voluerit Cato, rationem difficile est excogitare. Pont. simpliciter utramque vitem mediam vinculis firmandam aggestaeque terrae pondere stabiliendam statuens, aperte vim facit verbis Catonis. Si vitis, cui inseritur, supra terram esset recidenda, et surculus infra terram insereretur; possem *demittere in terram* surculos intelligere, sub terra inserere. Sed

omnia luto depsto[r] oblinito, alligato,[s] integitoque ad eundem[t] modum, tanquam oleas.

alligato, *medios in* A. I. I-G. *mediam vitem vinculis* Cr. Basil. *media* Medic. uterque et Caesen. Codex. (r) *praedicto* a. V. *depressa* Cr. *denso* Cr. Basil. (s) *alligatoque* a. V. (t) *eum* I. B. Br. R.

quid tum fiet verbis *medias vitis vinclis in terram definito*. Si de surculis propagandis sermo esset, postquam ad pedum binorum longitudinem excreverunt, facilius esset haec verba omnia interpretari. Sed surculi binos pedes longi de vite sumuntur atque inseruntur Quocunque igitur me verto, vulgatam huius loci lectionem nullo modo cum cognita terebrationis ratione conciliare et commode interpretari possum. Gesner flagellum vitis pertusum cum insertis utrinque et intus in ipso foramine sibi occurrentibus surculis loquitur, quod iubeatur vinculis, id est furcillis, quibusdam in terram defigi, ne rediens ad ingenium vitis et versus caput suum resiliens terram deserat, et totus ille labor arescentibus surculis frustra susceptus sit. Verum ad hanc rationem una est responsio, non flagellum, sed truncum vitis terebrari. Plinius ex h. l. retulit *pedes binos atque ita ligatum insitum, intritaque illitum operire terra calamis subrectis*. Ad calamos subrectos referuntur verba: *replicatoque ad vitis caput*. Insitum ligatum Plinio quo sensu dicatur et ubi lateat in Catone, nunc dispiciamus. Credo surculos propter longitudinem alligari, ne vento movente vacillantes minus bene coalescant. Igitur Catonis verba *mediasque vitis vinclis in terram defigito* licebit forte ita interpretari, ut surculi, defixis in terra hastilibus, alligentur, ut immobiles constent. Supersunt verba *terraque operito*, quae Plinius etiam legit in Catone. Sed *intritaque illitum* frustra hodie in Catone quaeras. Quid ergo si statuamus, intritam illitam latere in verbis *eos in terram dimittito*. Ita enim habent Edd. primae omisso *in* ante *terram*, quod Aldus addidit. Sed iterum quaeritur, cur terra insitum operiatur? nisi fuit iuxta terram vel infra insitum. Potest igitur fieri, ut scriptum fuerit a Catone *eos infra* vel *iuxta terram demittito*. Nam *demittito* est in libro Politiani et Aldina. Iudicent peritiores! In priore annotatione Pont. Crescentii lectionem *mediamque vitem* praetulerat, nulla tamen addita interpretatione. Verba *Haec omnia — tanquam oleas* pertinere videntur ad omnes tres insitionis modos. Tandem vidi, simplicissimam, et ni fallor, veram huius loci interpretationem esse hanc, ut dicamus, surculum vitigineum tantae longitudinis sumi, quo facilius foramini, iuxta vel infra terram facto, insertus, deinde altera parte, quae exstat, in terram depressus, vinculisque firmatus, caput terra emergens et replicatum ad vitis caput, i. e. pedem seu infimum vitis truncum, erigeret. Pars igitur in terra depressa media vinculis firmabatur, et radices agebat, caput surculi exstans et versus pedem vitis matricis replicatum progerminando novam vitem creabat. Foramini vitis veteris surculus utrinque ad medullam usque inseritur obliquus, ne caput infimum surculi exsiccetur alimentumque ut aliquod a noverca simul attrahat.

XLII. (XLIII.) Ficos et oleas altero modo.[a] Quod genus aut ficum, aut oleam esse voles, inde librum scalptro eximito,[b] alterum librum cum gemma de eo fico, quod genus esse voles eximito;[c] apponito in eum locum, unde execaveris[d] in alterum genus, facitoque uti conveniat. Librum longum facito digitos III. s.[e] latum[f] digitos tres. ad[g] eundem modum oblinito, integito,[h] uti caetera.

XLIII. (XLIV.) Sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oportet latos[a] summos pedes III. altos pedes IIII. infimum latum pedem unum, et palmum,

Cap. XLII. a. *inserito* inser. a. V. (b) *et* ins. I. B. R. Br. Ba - G. (c) *fico apponitoque* I. B. R. Br. *eximito apponitoque* Ba - G. A. (d) *exsiccaveris* Pol. 1. *excicaveris* Pol. 2. *extraxeris* I. B. R. A. Ba - G Br. *exsicaveris* Iu. *exsecaveris* Popm. 2. (e) *semis* abest I. B. R. Br. (f) *latum digitos tres* desunt I. B. R. A. Ba - G. Br. (g) *et ad* a. V. praeter Iu. (h) *integitoque* a V. praeter Iunt.

Cap. XLIII. a. *latissimos* Cod. Gronovii. (b) *circumsternito* I. B. Br. R.

Cap. XLII. *Eximito*) Plinius XVII, s. 26, ex h. l. *corticis scalpro excidi quatuor digitorum longitudine et trium latitudine atque ita coagmentari et illa sua intrita oblini: eadem ratione et in malo.* Recte vero Pontedera annotavit h. l. esse legendum: *oleam esse voles.* Ab initio etiam vult inseri statim *inserito*, quod male Victorius omisit, et secutae editiones. Crescentius IV, 19 de olea: inseritur autem in se, et rami quidem in trunco subtili insito illico convalescunt. Haec insitio fit optime per vindemias ut ait Cato.

Cap. XLIII. Lemma habet: *Vites et oleae quomodo infodiantur.* Inepte! Docet Cato quomodo locus olea conserendus, si sit aquosus, exsiccari debeat fossis ductis caecis et apertis per agrum ductis. Sed etiam Plinius a sententia aberrasse videtur Catonis, ubi haec tradit libro XVII, c 11, s. 16: *Cato, si locus aquosus sit, latos pedes ternos in faucibus imosque palmum et pedem, altitudine quatuor pedum ex lapide consterni, aut si non sit, perticis salignis viridibus, si neque eae sint, sarmentis, ita, ut in altitudinem semipedem trahantur.* Videtur igitur Plinius verba Catonis ad scrobes traxisse, ubi arbores plantentur. Quem errorem ne confiteretur Harduinus, inepta interpretatione etiam auxit suo more. Verba postrema *ita ut in—trahantur* in Catone non sunt, et damnavit Pintianus. In Codice Chifl. est: *altitudine semipede.* Eadem Catoni reddere Pontedera volebat ita, ut legeret h. l. *controversis P. I. S. elatis.* Sed verbo *elatis* non potuit significari modus altitudinis, ad quam fossa sola inde erat replenda ingestis perticis et sarmentis. Nemo praeterea dixit, quid velit sibi *controversis*, nec magis aptum est *quoquo versus.* Corrigebat Schoettgen *contra versis*; sed non explicuit. De fossis caecis agi docebit locus Columellae II, 2, 9: *opertae*

eos lapide consternito.[b] si lapis non erit, perticis saligneis viridibus controversis[c] collatis consternito: si pertica non erit, sarmentis colligatis.[d] Postea scrobes[e] facito altos P. III. s.[f] latos pedes IIII. et facito[g] de scrobe aqua in sulcum[h] defluat,[i] ita oleas serito.[k] Vitibus sulcos et propagines,[l] ne minus pedibus II.[m] s. 2
quoquoversus facito. Si voles vinea cito crescat, et olea quam severis, semel in mense sulcos sarrito,[n] et

(c) *controversiis* Iens. et Codd. Victorii. *quoquoversus* A. Iunt. G. *viribus* Br. pro *viridibus*. Deinceps *contactis* Cod. Gron. (d) *itidem facito* add. A. Iunt. G. (e) *simili modo* inser. I. B. R. Br. (f) *scilicet* I. B. R. Br. (g) *uti* ins. a. V. (h) *sulcos* I. I - G. A. (i) *et* ins. a. V. (k) *inserito* a. V. (l) *propagationes* a. V. (m) *binis quoqu.* I. B. R. Br. (n) Vulgo *sarrito* deest. *Sarrito: rursus obcaecari debebunt sulcis in altitudinem tripedaneam depressis: qui cum parte dimidio lapides minutos vel nudam glaream receperint, aequentur superiecta terra quae fuerat effossa, vel si nec lapis erit, nec glarea, sarmentis connexus funis informabitur in eam crassitudinem, quam solum fossae possit angustae quasi accommodatam coarctatamque capere. Tum per imum contrudetur, ut super calcatis cupressinis vel pineis aut, si eae non erunt, aliis frondibus, terra contegatur.* Vides in altitudine variare Columellam, sed ut Cato latius apertas summa parte, declives et ad solum coarctatas similesque imbricibus supinis facit fossas, quas Cato sulcos alveatos maluit vocare. Scrobes alveo similes habet Columella IV, 4, 1.

Collatis) Ex sequenti *colligatis* vitiatam esse vulgatam, videram, antequam Codicis Gronoviani *contactis* scripturam cognovissem. Igitur nunc malim vel Schoettgenio *contra versis* vel potius *conversis inter se*. Interpretationem subministrabat locus Columellae de pedanda et iuganda vinea IV, 17, 1: *arundines inter se conversis cacuminibus vinciendae sunt, ut aequalis crassitudo totius iugi sit; nam si cacumina in unum competunt, imbecillitas eius partis gravata pondere iam maturum fructum prosternit. — At quum iugum in fascem pluribus arundinibus alterna cacuminum vice ordinatum est.* Igitur Cato etiam sulcos consterni iubet perticis colligatis, sed ita cacumina alterna convertantur inter se, quo fasciculi fiant aequaliores.

Colligatis) Verba quae Plinius addit: *ita ut in altitudinem semipedem trahantur;* hic inserenda sunt, sed ita corrigenda: *sesquipedis trahantur*. Nam et Columella fossas caecas dimidia parte replet lapidibus, vel glarea, vel sarmentis. De reliqua fossarum caecarum natura dicetur ad Columellam.

Scrobes) Vide ad Columellam V, 9, 7.

Sulcos et propagines) Ante Victorium erat *propagationes*. Propagines h. l. sunt scrobes, aut scriptum olim fuit *vitibus sulcos propagandis*. Vide etiam supra ad cap. 32. Columella IV, 5, ex Calendis Martiis usque in Octobres trigesimo quoque die novella vineta confodit.

circum capita oleagina[o] quot mensibus usque[p] donec trimae erunt, fodere oportet. Eodem modo caeteras arbores procurato.

XLIV. (XLV.) Olivetum[a] diebus xv. ante aequinoctium vernum incipito putare. Ex eo die dies xlv. recte putabis. Id hoc modo putato. Qua[b] locus recte ferax erit, quae arida erunt, et siquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. qua[c] locus ferax non erit, id[d] plus concidito, artatoque.[e] bene enodato, stirpesque leveis facito.

sulcos et I. B.R. Br. *sarrito et* I. I-G. A. (o) *oleagiuca quod* P. (p) *usque* om. I. B. R. Ba-G. Br.

Cap. XLIV. (a) *Olivae tum* Herv. *OLIVE tum* Ald. (b) *qui* a. V. *locus qui* Br. (c) *qui* a. V. (d) *eo* a. V. (e) *aratraque* I. B. Br. R.

Sulcos sarrito) Ex I. B. R. addidi sententia postulante verbum *sarrito*. Infra cap. 46 de seminario olearum. *crebroque sarrito, si voles cito semina crescant.* Sulcos igitur videtur ad vitem referre. Capita oleaginea sunt codices, stipites. Alibi vitium capita c. 33, ablaqueare inbet, cap. 36, ad arbores circum capita amurcam spargit; ubi Plinius radices nominat. Capita talearum dixit Colum. V, 9, 3, et imis partibus opposuit.

Trimae) Alio sensu trimas taleas seri vult infra c. 45, ut crassitudinem significet. Quinquennes plantas *ex seminario* transfert Columella V, 9, 6, trimas demum putatione format.

Cap. XLIV. *Olivetum*) Plinius 17, a. 30, no. 4: *si quis quaerat, quod tempus oleae serendae sit, agro sicco per sementem, agro laeto per ver. Olivetum diebus XV ante aequinoctium vernum incipito putare. Ex eo die dies XL recte putabis. Id hoc modo putato. Qua locus recte ferax erit, quae arida erant, et si quid ventus interfregerit, inde ea omnia eximito. Qua locus ferax non erit, id plus concidito, aratoque bene, enodatoque, stirpesque leves facito.* Tum subdit, quae cap. 5 et 61 leguntur. Harduinus ex MStis libris addidit *inde* ante *ea omnia*.

Diebus XV ante aequinoctium) Ab eo die, quo Ornithiae venti flare cessant, X Kal. Apriles, ad aequinoctium vernum VII Idus Apriles hos dies XV computat Pontedera Antiqq. p. 339.

Dies LXV) Ab aequinoctio dies 45 computati incidunt in vergiliarum ortum matutinum X Kal. Iunias, monente Pontedera l. c.

Putare) Supra c. 27, teneras oleas per sementim, seu autumno supputare iubet.

Artatoque) Vulgo *arato*. Quorsum, inquit Pontedera, arare inter putandam? Immo *artatoque* aut *aratroque*, i. e. falce cohibeto, ne rami latius expandantur, sed paucioribus in ramis melius fructus alantur. Recte! Teophr. C. P. III, 2: καὶ ἔτι τα πυκνὰ καὶ

XLV. (XLVI.) Taleas oleaginas,[a] quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito,[b] diligenterque tractato, ne liber laboret,[c] quum dolabis aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedalis facito, eas[d] sic inserito. Locus bipalio subactus siet, beneque[e] terra tenera[f] siet beneque glutus[g] siet. Quum taleam 2

Cap. XLV. (a) *oleaginas* ante Vict. et Plinii ed. sed veteres libri et Chifflet. *oleagineas* habent in Plinio; quam formam h. l. propter aequalitatem reliquorum locorum damnavi. (b) *facito* Plin. (c) *et* ins. I. B. R. Br. (d) *easque* a. V. (e) *beneque terra tenera siet* desunt A. I. I-G. et in Plinio; igitur inclusit Gesner. (f) *si* ins. I. B. R. Br. (g) *glittus siet* Pol. 1. *glictus siet* Pol. 2.

ἀλλήλοις ἐπιβάλλοντα auferri voluit; et Geoponica IX, 9, s. 9 eadem tradunt, atque omnino ἀραιότητας προνοεῖσθαι. Ex Graeco ἀραιός suspicor latinum *artus* derivatum esse; nec dubitavi egregiam Pontederae emendationem recipere. Putationem olearum octavo quovis anno praecipit fieri Columella, improbante Palladio, quem sequitur Crescentius. Theophrastus C. P. III, 10, omnibus annis post fructum collectum putat; ita etiam Geopon. IX, 9, et 13, reliquam opinionum varietatem posui ad Columellam V, 9, 15. Rationes putationis autumnalis egregie explicant Geoponica IX, 9, easque probat Bernard p. 239 sqq. qui disciplinam hanc omnem copiose et eleganter tradidit. Is adeo putationem reliquae culturae defectum sarcire posse affirmat. Qui vernalem putationem praeferunt, fructibus oleam indui certius affirmant.

Cap. XLV. *Taleas*) Plinius 17, s. 29: *taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito, diligenterque tractato, ne liber laboret, quum dolabis aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito, eas sic inserito. Locus bipalio subactus sit, beneque glutus. Quum taleam demittes, pede taleam opprimito. Si parum descendat, malleo aut matreola adigito, cavetoque ne librum scindas, quum adiges. Palo prius locum si feceris, quo taleam demittas, ita melius vivet. Taleae ubi trimae sunt, tum denique curae sint, ubi liber se vertet. Si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, easque divaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant, gemma vel ocula servato: Diligenter eximere oleam oportet* etc. ubi *oleagineas* habent Edd. et scripti libri quidam. Hodieque olearum taleas seri in Hispania, monet Bernard Mémoires pour servir à l'histoire naturelle de la Provence T. II, pag. 194. Columella hanc rationem omisit, oleam melius truncis quam plantis olivetum constitui monens De Arbor. c. 17. Geoponica IX, 5, plantas de seminario translatas certius convalescere; in sua statim terra depositas celerius prodire affirmant.

Laboret) In taleis seminario inserendis idem cavet Columella V, 9: *ne corticem aut ullam aliam partem laedas.* Et noster supra cap. 40, 2.

Inserito) Est pro serito, plantato. Varro I, 40, 5, clavas vel taleas circiter pedales facit. Columella V, 9, sesquipedales.

Beneque — siet) Haec verba veluti

demittes,[h] pede taleam[i] opprimito. si parum descendet,[k] malleolo[l] aut mateola adigito, cavetoque ne librum scindas quum adiges.[m] Palo prius locum ne[n] feceris, quo taleam demittas:[o] si ita[p] severis, uti[q] stet

glutus ciet I. B. R. Br. *glitus siet* W. *gluttus* Plinii liber Chifflet. *siet* om. idem Plinius. (h) *demittis* antiquae Edd. Plinii, sed Chiffl. *demittes*. (i) *tum* vel *tantum* ante Vict. (k) *descendit* a. V. *descendat* Edd. vulgatae Plinii, Chifflet. *descendet*. (l) *malleo* Plinius et Cato c. 46. 2. *maleolo* Br. (m) *scindas. Cum adigis palo* Edd. Plinii antiquae. (n) *ne* om. I. B. R. *si* I. I. - G. A Vulgatae Plinii editiones *ne* omittunt, *si* inseruit Harduinus, *ne feceris* ex Ed. principe et libris regiis restituit Brotier. (o) *demittat* Plinii liber Chiffl. (p) *demittas, ita melius vivet talea, et ubi trinae sunt* antiquae Edd. Plinii, sed *vivet. Taleae ubi trimae* Codd. habent; *etsi ita* Ald. (q) *utilis fiet* ante Victor. *utus stet* P. 1.

glossam verbi *glutus* inclusit Gesner, monente Meursio.

Glutus) Pontedera praefert scripturam *glitus*, i. e. pinguis, et derivat a graeco γλίσχρος. Contra *glutus* eo auctore est bene subactus, tener, quod iam praecessit in Catone. Qui Plinio, inquit, falcem admoverunt, quum *glutus* idem cum tenero significare viderent, omiserunt verba *beneque terra tenera siet*. De terrae tenerae vitio nihil admonet. Festus: *glittis subactis, levibus teneris*. Glossae latinae *glis glitis, humus tenax*. Vides eandem varietatem esse etiam in libris scriptis Catonis. Liber scriptus Plinii Chiffletianus habet *gluttus*. Iohannes Garlandius in Synonymis in Loescheri Hist. Poët. medii aevi pag. 315: *glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur, ris animal, sis terra tenax; tis lappa vocatur. Sic genus istius dignoscitur et genitivus*. Cangius affert glossam ad Alexandrum Trallianum: *glutis terra tenax*. Equidem non video, quae sit *gliti* et *gluti* differentia, nisi forte ea est in scriptura, sive a graeco γλίσχρος derives, sive a γλοιός; unde *glus* et *gluten* originem habeat. Columella, qui rationem taleae scrobibus inserendae omisit, in seminario postulat *terrenum modice validum et succosum, neque densum, neque resolutum, potius tamen resolutum id genus terrae esse fere nigrum*. Hinc apparet, *glutum* h. l. esse debere validum et succosum; *teneram* esse terram resolutam. Etsi fateor, verba *beneque terra tenera siet* reliquis interiecta locum suum sic male obtinere. Adde nostrum cap. 151: *serito in loco ubi terra tenerrima erit, quam pullam vocant*. Rottboellio p. 36 magis placet *bene politus* vel *cultus*.

Mateola) Turnebus XI, 13 interpretatur fustem, quasi ex *materiola* contractum, probante Popma. Harduinus manubrium bipalii interpretatur. Infra c. 46, a. 2, Edd. primae habent *matiola*; ubi vide notam.

Ne feceris) Hanc lectionem Gesner defendit; ita enim putat terram arctius et tenerius amplecti demissam taleam, quam si laxata fuerit antea palo terra. Atque in terra subacta bipalio satis esse videtur malleo adigere taleam; nec Columella V, 9, palo solum antea laxat. Palladius tamen Februar. 18, s. 1, in pastino plantam radicatam serit palo locum antea deprimente. Verum de radicata planta hic Cato non docet. Contra Bernard.

talea, melius[r] vivet. Taleae ubi trimae sunt, tum de- 3
nique maturae[s] sunt,[t] ubi liber sese vertet. Si in scrobibus aut in sulcis seres,[v] ternas taleas ponito, easque divaricato.[x] Supra terram, ne plus IIII. digi-

ictus stet P. 2. *utis stet* Codd. Victorii. (r) *meliusque* ante Victor. (s) *tibi curae* ante Vict. *curae* etiam Plinius. (t) *sint* Plinius et I. I-G. A. (v) *seras* antiquae Plinii edd. *seras* Chifflet. liber. (x) *vel oculos serito* I. B. R. Br. h. l.

p. 193 monet, librum facile laedi, si malleo adigatur talea. Forte hunc locum melius ita distinguemus, ut est in antiquis Plinii editionibus: *scindas. Quum adiges, palo prius locum ne feceris;* ut Cato arbitrio serentis permittat, malleo adigere plantam, vel palo antea terram laxare plantae inserendae. In Cur. sec. Pontedera probat lectionem *ne feceris;* alioquin mateola non opus esse; in codice Plinii esse monet Abr. Gron. *cavetoque ne librum non feceris* reliquis omissis.

Vti stet) Praeclare Pontedera vidit vitium, quod correxit legendo: *uti prius, stet talea;* malim tamen *uti steterat*. Infra c. 49 de vinea est *ita uti fuerat, ponito in scrobe aut in sulco.* Columella V, 9: *ut sic quemadmodum in arbore steterat ramus, ita deponatur; nam si inversa mergatur, difficulter comprehendet.* Mecum sentire video nunc Ernesti in notula Curis secundis Pontederae adspersa. Male autem Pontedera interpretatur locum de taleae partibus iisdem coeli regionibus opponendis. Verum vidit h. l. Gesner, qui monet, Plinium 17, s. 16 negare, Catonem de ea re praecepisse: *Non omisisset*, inquit, *si attineret meridianam coeli partem signare in cortice.* Vide ad cap. 49.

Maturae) Ad transferendum ex seminario. Ita Columella V, 9, 10, maturum truncum dixit; sed idem quinquennem oleam ex seminario transfert; *trimam* demum putat et format. An Cato putationem dicere voluit, et vetus lectio *tibi curae sint* restituenda atque ex praecepto Columellae explicanda erit?

Sese vertet) Harduini interpretationem ineptam de coeli regione eadem observanda recte improbavit Gesner, ipse colorem mutatum libri inferens. Equidem Catonem puto dicere voluisse idem quod alibi *glubere*, Theophrastus λοπᾷν, Columella *librum remittere*, quod fit vere succo redeunte in venas, quum germinant. Sed Columella V, 9, vere si disponantur plantae, seri iubet *paulo antequam germinent.* Laetis scilicet et humidis in locis vere planta disponitur, ut cum Columella noster tradit cap. 61.

Ternas) Tot seri, ut reliquae tollantur postea, quae minus bene provenerint, putat Bernard p. 194. Aliud si fuerit Catonis consilium, damnat illud. Vide notam antepenultimam.

Divaricato) I. e. in diversum dirigito, ut in simili re, ubi plures malleoli vitis in eodem scrobe plantantur, tradit Columella III, 15, 3.

Digitos) De praecepto ipso vide ad Columellam V, 9, 4. Ad plantas in seminario serendas haec pertinent, quae vel totae immerguntur, ita, ut putris terra quatuor digitis alte superveniat, ut ait Columella V, 9, 4, vel parte aliqua eminent. Vide notam ad

tos [y] transversos [a] emineant, [a] vel oculos [b] serito.

XLVI. (XLVII.) Seminarium ad hunc modum facito: Locum quam optimum et apertissimum [a] et stercorosissimum [b] poteris, et quam simillimum genus [c] terrae eae, [d] ubi semina positurus eris, et [e] uti ne nimis longe semina ex seminario ferantur, [f] eum locum

inserunt. *divaricato supra terram, ne* male distinguunt Edd. Plinii. (y) *digitis* I. I-G. A. (z) *transvorsos* I. B. R. *transversis* I. I-G. Ald. (a) *emineant, gemma vel oculo servato* I. I-G. A. *vel oculos serito* Edd. Plinii antiquae, Codex *oculis*; sed Harduinus ex Edd. I. I-G. vulgatam lectionem Plinii correxit. *transverso semine vel oculis* Codex Pintiaoi, qui cum Harduino sentit in emendaodo Plioio. (b) *vel ocul. serito* om. I. B. R.

Cap. XLVI. (a) *aptissimum* I. B. R. Br. (b) *stercoratissimum* a. V. (c) *genus* om. I. I-G. A. (d) *eae* abest a. V. (e) *hoc* I. B. R. Br. (f) *serantur* I. B. R.

Columellam et ad cap. 46, s. 2. Sed ecce Geoponica IX, 11, s. 9. τινὲς δὲ ἐκ τῶν κατὰ γῆς μερῶν τοῦ πρέμνου ἐκκόψαντες πελεκήματα μετὰ τοῦ φλοιοῦ τετραπάλαιστα προσεμβάλλουσι λίθον εἰς τὸν πυθμένα τοῦ βόθρου καὶ τούτῳ περιτιθέασι τῶν πελεκημάτων τρία ἢ τέτταρα ὀρθὰ καὶ χωννύουσιν ἐπὶ παλαιστήν; nbi si verba ἐπὶ παλαιστὴν interpreteris: usque ad palmum exstantem obruunt: habebis ipsam Catonis rationem.

Vel oculos serito) Pontedera malebat: *gemmas vel oculos servato*, aut potius: *gemma vel oculo servato*. Io Guris secundis legeodum esse ceoset: *vel occultos serito*, i. e. terra obruito. Quod vero negat Pootedera oleam, ut inulam et arundinem, gemmis seu oculis seri posse, in eo contrarium sibi habet Columellam V, 9, 4, ubi est: *quidam melius existimant radicum oculis silvestrium olearum hortulos excolere, et simili ratione disponere*. Eadem tradit Palladius III, 18. Manet igitur dubia huius loci lectio. Liber scriptus Pintiani in Plinio habebat scriptum: *transverso semine vel oculis serito*. Vode suspicor, propter similitudinem verborum *emineant* et *semine vel* excidisse quaedam h. l. et voluisse Catonem docere, oleam vel semioe, seu planta, vel oculis seri. Itaque legerim: *emineant. Semine vel oculis serito*. Reliquas Harduini et Pintiani emendationes supra in varietate recensui. Sed vide etiam nntam ad initinm capitis 47: *Oculos inserito* cooiicit Rottboell.

Cap. XLVI. *Seminarium*) Crescentius II, 20: *praeterea scribit Cato, quod terra seminarii talis esse debet, qualem desiderant semina et surculi in ea sata; item dicit quod surculi non debent eminere nisi quatuor digitis supra terram, et cacumina debent fimo bubalo oblinir*i. De seminario oleario agitur, sed miror, Plinium ne verbum quidem ex hoc capite transtulisse.

Apertissimum) Columella V, 9: *caelo libero, terreno modice valido et succoso* Festus: *apricum locum a sole apertum*.

Simillimum) Vetus est Theophrasti praeceptum H. P. II, 7: τὰ φυτὰ λαμβάνειν ὡς μάλιστα καὶ ἐξ ὁμοίας γῆς ἢν μέλλεις φυτεύειν ἢ χείρονος.

Ne nimis longe) Geopouica IX, 11, s. 3: δεῖ δὲ τὰ φυτὰ παραυτίκα ἀφε-

bipalio vortito,[g] delapidato,[h] circumque sepito bene, et in ordine serito, in sesquipedem quoquovorsum taleam demittito, opprimitoque pede. Si [i] parum de- 2
primere poteris, malleo [a] aut mateola adigito. Digitum

Br. (g) *vertito* P. (h) *delapidatoque et circumsepito* a. V. (i) *et si* a. V.

λόντας φυτεύειν ἐν νοτίαις ἡμέραις. Plinius 17, s. 30, no. 3: *non inhumare taleas aut siccare prius quam serantur, utilius repertum.*

Bipalio) Columella in tres pedes pastinat et fossa circumdat V, 9, 4, ubi vide notam.

Delapidato) Vsitatius est *elapidare* hoc sensu. Circumsepire locum iubet, ne pecori sit aditus.

In sesquipedem) Capite praecedente taleas in seminario serendas pedales fieri iubet; h. l. sesquipedales, ut Columelle V, 9, 3. At ita sequens *quoquoversum* sensu caret. Si scrobes fieret ante taleae deponendae, possit aliquis mensuram hanc ad scrobem referre. Et video Columellam V, 6, 8, ulmi plantas quum in alterum seminarium tenellas transferri iubet, scrobiculos sesquipede inter se distantes fodere, quibus plantas inserat, ne radices altius agant, quoniam ea res in transferendo et eximendo magnum laborem afferat.

Malleo aut mateola) Supra c. 45 est *malleolo aut mateola.* Principes Editiones *maleolo aut matiola* habent. Quid viri docti commenti sint de mateola, supra dixi. Equidem mihi plane persuasi, ex varietate scripturae antiquae *maleolo* ortam esse lectionem *aut mateola.* Scilicet Editiones primae ante Aldinam in Columella III, 6, et alibi scripturam antiquam etsi non ubique a Gesnero annotatam *maleus, maleolus, maleolarem* habent, quam Iucundus Veronensis nescio quam recte mutavit. In Nonio pag. 556, edit. sec. Mercer. *Malleoli manipuli spartei pice contacti qui incensi aut in muros aut in testudines iaciuntur. Sisenna Histor. lib. IV, de quibus partim malleolos partim fasces sarmentorum incensos supra vallum frequentes.* Editio Parmensis 1480 habet *maleoli — supra pallium fr.* Maleoli hi pice obliti fuerunt igitur ex sparto; mihique dicti videntur esse ita, quod erant de sparto *maleato.* Columella XII, 19: *cola spartea crudo, id est non malleato sparto praeparata;* ubi etiam Edd. principes *maleato* habent. Gesneri Thes. L. L. in his maleolis etiam similitudinem vitigineorum maleolorum quaerere videtur cum aliis scriptoribus. Vegetius I, 63: *mallonem ceparum* ipse II, 60 interpretatur *calamos siccos unde fasces dependent.* Sed Hippiatrica p. 60, in eo morbo nominant τὸν ἀπόδεσμον τῶν κρομμύων ἐξ οὗ ταῦτα ἠρτημένα ἐτύγχανεν, τουτέστι τὰ ξηρανθέντα φύλλα. Igitur hic mallo huc non pertinet; sed mallo est coma, cirrhus, docente Cangii Glossario.

Fimoque bubulo) Cinerem iungit fimo Columella V, 9, eaque talearum capita oblinit, atque imas partes. Imam partem ubique etiam Geoponica oblinunt; igitur *summam* h. l. est pro *imam*, aut vitiosum est vocabulum.

Digitum) Ex loco Crescentii Pontedera malebat legi *quatuor digitos.* Atque etiam capite antecedente *supra terram ne plus quatuor digitos transversos emineant.* Pontedera nititur inprimis eo argumento, quod Columella

supra terram facito semina emineant, fimoque[l] bubulo summam taleam oblinito, signumque apud[m] taleam apponito, crebroque sarito,[n] si voles cito semina crescant. ad eundem modum alia semina serito.

XLVII. (XLVIII.) (Harundinem[a] sic serito. ternos[b] pedes oculos disponito.) Vitiarium eodem modo

(k) *malco aut matiola* I. B. R. Br. (l) *fimo* I. B. R. Br. (m) *aput* P. (n) *sarrito* a. V. ut alias.

Cap. XLVII. (a) *Arundinem* a. V. (b) *in ternos pedes arundinum oculos* I.

III, 6, malleolum obrui iubet gemmis tribus vel quatuor exstantibus supra terram. Verum is locus huc non pertinet, utpote de vite tradens, non de olea, ut recte monuit Gesner, qui praeterea bene vidit, verba: *signumque apud taleam opponito* emendationi Pontederae non satis apta esse. Quid enim opus signo, ubi talea eminet quatuor digitos? Contra equidem eo ipso signi appositi argumento confisus suspicor h. l. longe aliter legendum esse. Vide enim mihi Columellae locum eadem de re tradentem V, 9, 4: *et ita totas taleas immergi, ut putris terra quatuor digitis alte superveniat. Sed binis indicibus ex utraque parte muniantur*; ne scilicet a fossoribus laedantur taleae inter sarriendum. Nec licet ad vulgatam defendendam uti capitis praecedentis verbis postremis, quae Crescentius cum h. l. temere copulavisse videtur. Nam eius loci ratio diversa est. Quare malim h. l. legere: *digitum* aut *digitos IV supra semina facito terra emineat*. Librarius, qui diversam utriusque loci rationem non animadvertebat, verba huius loci ad praecedentis formam refinxisse videtur.

Sarito, si voles) Vulgatam olim huius loci distinctionem de sententia Pontederae emendavit Gesner. De sarritione primi anni consentit Columella V, 9, 5. Geoponica IX, 5, operam sarriendi usque ad mensem septimum iniungunt.

Ad eundem) At capite sequenti et 48, statim de seminario vitiario et pomario subiungit, quorum nihil Plinius excerpsit. Quare spuria videri possunt duo haec capita cum initio capitis 48, ubi quae de cupresso tradnutur, reddidit Plinius. Itaque olim capiti 45, statim subiunctum legebatur caput 48. Ex qua observatione adiutorium accedet observationi sequenti.

Cap. XLVII. *Harundinem disponito*) Haec verba, alieno loco posita, ut recte admonuit Pontedera, interim inclusi. Harundo enim nec in eadem terra, nec eodem modo neque eadem cultura seritur ut vitis et olea; praeterea sationem arundinis abunde iam docuit Cato cap. 6. Ita secutus Pontederam iudicaveram, antequam animadvertissem, caput antecedens olim in libro Catonis non fuisse aut diverso ordine fuisse. Quid igitur si statuamus, initium hoc pertinere ad finem capitis 45, sic redintegrandum: *vel oculos serito; ut arundinem, sic serito; ternos pedes alium ab alio disponito*. Ita enim disponit Cato cap. 6 arundinum oculos. Vide de ipsa ratione notam ad cap. 45. Vulgatam defendere conatur Rotthoell p. 37.

facito, seritoque. ubi vitis bima erit, resecato.[c] ubi trima erit, eximito. si pecus pascetur, ubi vitem serere voles,[d] ter prius resecato,[e] quam ad arborem ponas. ubi V nodos[f] veteres habebit, tum ad arborem ponito. quotannis[g] porrinam inserito,[h] quotannis[i] habebis quod[k] eximas.[l]

XLVIII. (XLIX.) Pomarium seminarium ad eundem modum, atque[a] oleaginum[b] facito. Suum quidquid[c] genus talearum serito. Semen cupressi ubi seres, bipalio vortito. vere primo serito. porcas pedes

I. I-G. A. (c) *resicato* Pol. 1. *sic resicato* Pol. 2. (d) *voles ter : prius* B. R. (e) *resicato* W. P. (f) *nodo* P. (g) *et quot annos habebit, tot eximas ac serito secus porinam* W. *quot annis* div. I. B. R. Br. *quod annis* P. (h) *ibi serito* a. V. *scrito* Cod. Gronov. (i) *quot annis* divis. I. B. Br. R. *quot annis* Pol. (k) *quid* a. V. (l) *exsimas* Pol.

Cap. XLVIII. (a) *adque* P. (b) Ita pro *oleagineum* scripsi ex I. B. Br. R. (c) *quidquit* P. 1. *quodque* a. V. (d) *et conserito* I. B. R. Br. *et consarrito* I. I-

Bima) Anniculae enim parcebant veteres. Cf. Columella IV, 11, noster cap. 33, s. 2.

Eximito) Vulgo continuo legebatur *eximito, si pecus pascetur, ubi.* Pontedera distinguebat: *eximito. Si pecus pascetur, ubi* etc. Gallicus Interpres legit: *ne pecus pascatur*, sc. vitem. Vulgatam distinctionem: *eximito, si pecus pascetur* defendit Rottboell pag. 38, et sententiam Catonis hanc esse censet, ut teneram vitem transferre iubeat e seminariis, priusquam eo immittatur pecus. Sed seminario vitiario quis pecus immissum non mirabitur? Scilicet viri docti non admonuerunt, haec praecipi de vite in arbustum transferenda; quae robustior et altior esse debet, si arbustum est pascuum, ne pecus vitem praerodat. Hinc Columella V, 6, s. 21, vitem caveis munit a pecore. Idem de Arbor. c. 16, sexto anno ulmum maritat et vitem e seminario non minorem decem pedum sternit in arbusto. Vide ad Colum. V, 6, s. 18. Igitur de numero V nodorum vereor, ut recte habeat. Vix enim nodus unus pedis longitudinem attingere videtur.

Resecato, quam) Vulgo ineptissime distinguitur, *resecato quam.* Ita etiam deinceps vulgo legitur: *ponito; quotannis.* Vitium correxit Pont. et Gallicus Interpres. Neuter interpretationem addidit. Quod si bima vitis primum resecatur, et trima transfertur in seminarium; ubi pascuum est arbustum, et vitis ter antea resecatur, altior vitis et aetate robustior transferenda esse dici nunc videtur. Quod fere congruit cum ratione Columellae.

Inserito) Vitiario, ut interpretatur Gesner.

Cap. XLVIII. *Suum quidquid*) Seorsum suum quodque genus serito. Ita *quidquid* pro *quodque* dixit etiam Cicero.

Porcas Infra cap. 151, in eadem re alia methodo perficienda est: *areas facito pedes latas quaternos*, quam

quinos latas facito. eo stercus minutum addito, con-
2 sarito,[d] glebasque[e] comminuito. Porcam planam facito,
paulum[f] concavam. Tum semen serito crebrum[g]
tanquam linum,[h] eo terram cribro incernito, altam digitum transversum. Eam terram tabula aut pedibus complanato, furcas circum offigito.[i] eo perticas intendito. eo sarmenta aut crates ficarias imponito, quae frigus defendant,[k] et solem. uti subtus homo ambulare possit, facito. crebro runcato.[l] simul[m] herbae[n] ince-
3 perint nasci, eximito. Nam si herbam duram velles, cupressos simul evelles. Ad eundem modum semen pirorum, malorum,[o] serito tegitoque. Nuces pineas[p]

G. A. (e) *glebisque comminuito* I. B. R. Br. (f) *paululum* a. V. (g) *cribo* P. *cribro* omnes praeter Po. 2. (h) *et* ins. a. V. (i) *affigito* I. B. R. Br. Ba - G. A. (k) *arceant* A. I. I - G. *fricarias* Brusch. (l) *runcatoque* I. B. R. Br. (m) *simulac* a. V. (u) *herbas si coeperint* I. B. R. Br. (o) *maiorum* sine praec.,

mensuram commodiorem putabat Pontedera runcationi. Ceterum porca h. l. est pro area Plinius XVII, sect. 35, no. 9, de vineis: *Vmbri et Marsi ad vicenos pedes inter vites intermittunt arationis gratia in his, quae vocant porculeta.* De cupressi satione vide notas ad cap. 151.

Consarito) Vix aptum h. l. verbum, pro quo infra legitur: *terram cum stercore bene permisceto.*

Crebrum) Ita pro *cribro* legendum esse, monuit Ascensianae Editionis auctor post praefationem, postea Popma cum Meursio, secuti Gellium III, 14, ubi ex h. l. est: *Semen cupressi serito crebrum, ita uti linum seri solet. Eo cribro terram insernito dimidiatum digitum. Iam id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato.* Quorum partem reperias infra cap. 151, unde haec esse violenter divulsa est manifestum. In Gellio libri scripti quidam habent rectius *incernito.*

Furcas) Plinius 17, s. 14 de seminario: *Cato et furcis crates imponi iubet, altitudine hominis, ad solem recipiendum, atque integi culmo ad frigora arcenda. Sic pirorum malorumque semina nutriri, sic pineas nuces, sic cupressos semine satas et ipsas.*

Et solem) Pont. ex Plinio *admittant* inserit; altitudinem enim hominis definire ideo ait, quod sol per ver obliquus fertur; eoque melius admittitur sub crates. Contra Pintianus in Plinio *reiiciendum* vel *arcendum*, Gesner *intercipiendum* malebat. Haec forte ratio poterat eo defendi, quod olitores plantarum semina lactescentia in seminariis a sole aeque atque a frigore defendere solent apud nos primo vere.

Sarmenta) Ex Plinio etiam manifestum esse puto, *stramenta* substitui deberi, quae ille culmum interpretatus est; et infra sola stramenta posuit Catonis librarius.

Ficarias) Vide Colum. XII, 15, 1.

ad eundem modum, nisi[q] tanquam alium[r] serito.

XLIX. (L.) Vineam veterem si in alium locum
transferre voles, duntaxat brachium crassam[a] licebit.
Primum deputato, binas gemmas ne[b] amplius relin-
quito. Ex radicibus[c] bene effodito, usque[d] radices 2
persequitor,[e] et caveto[f] ne radices saucies. ita uti fue-
rit,[g] ponito in scrobe, aut in sulco, operitoque, et
bene occulcato.[h] Eodem modo vineam statuito, alli-
gato, flexatoque[i] uti fuerat,[k] crebroque fodito.

Pol. (p) *et ceteras arbores sementarias* inser. Wrat. (q) *nisi* om. A. I. I-G. *nisi tanquam alium* desunt W. (r) *allium* I. I-G. A. M. Po 2.

Cap. XLIX. (a) *crassum* I. B. Br. R. Herv. (b) *nec* a. V. (c) *brachium* add. A. Ba. G. (d) *eiusque* Eaedem. (e) *persequito* I. B. Br. R. (f) *cave radices ne saucies* Plin. (g) *fuerint* I. B. Br. R. (h) *occultato* Eaedem. (i) *luxatoque* I. B. Br. R. et libri quidam Plinii; sed ex Codd. suis correxit Hard. Ibidem libri quidam editi *statuminato* habent. *flexato* habet h. l. Polit. (k) Ita a. V. erat, qui *fuerit* dedit.

Nisi tanquam) Popma *nisi* interpretatur *sed*, Meursius tolli mavult. Gesner etiam hoc loco esse ait particulae *nisi* vim exceptivam, velle enim Catonem *ad eundem modum seri nuces*. Quam equidem rationem plane non intelligo, etsi sententiam Catonis coniiciendo assequi mihi videor. Est scilicet pro *nisi quod*, ut saepe alibi apud Catonem. Ceterum satis obscurum est, quomodo seri voluerit; cum allio comparans. Palladius Martio X, 37, et Novembri VII, 10, pini semen frumenti more aspergi iubet. Magis aliena est Rottboellii coniectura pag. 39, *tanquam taleam* legentis.

Cap. XLIX. *Crassam*) Plinius haec verbotenus repetiit 17, s. 35, no 21; ubi Harduini editio cum Vincentio *crassum*, sed aliae rectius *crassam*. Ceterum verba a Gesnero inclusa omittit Plinius. Verbum *licebit* ex libris scriptis addidit Harduinus, et habet Vincentius. Ceterum Brotier Plinio suo restituit ex MSs. *ne amplius*. Harduinus enim dederat *nec amplius*. Plinii deinceps editio princeps cum libro regio 1 et 2 habent *occultato*. Vitiosum *crassum* repetiit Brotier. In Codice Plinii reperiri verba *usque radices persequito*, ut h. l. habent Edd. primae testatur Abr. Gronov.

Ita uti fuerit) Vide ad cap. 45, s. 2, ubi Gesner hunc locum opponit Plinio affirmanti 17, s. 16, Catonem nihil praecepisse de cortice signando et iisdem coeli regionibus opponenda, quibus antea steterat planta.

Persequitor) Seneca Epist. 56 illud etiam nunc vidi, vitem ex arbusto suo annosam transferri: huius capillamenta quoque si fieri potest colligenda sunt; deinde liberalius sternenda vitis, ut etiam ex corpore radicescat. Sed Cato nunc de vinea, non arbusto, loquitur.

L. (LI.) Prata primo vere stercorato [a] luna silenti.[b] quae irrigua [c] non erunt,[d] ubi favonius flare coeperit.[e] Quum prata defendes, depurgato,[f] herbasque [g] malas omneis radicitus effodito. Vbi vineam deputaveris, acervum lignorum virgarumque facito. Ficos interputato, et in vinea ficos subradito [h] alte, ne eas

Cap. L. (a) *stercrato* P. (b) Ita Edd. a. V. Pol. 2. Vulgo *silenti. Quae.* (c) *in rigiva* P. (d) *erunt. Vbi* a. V. (e) *coeperit, tum* a. V. (f) *depurgatoque* I. B. Br. R. Ald. Ba. G. (g) *herbas* I. B. Br. R. (h) *succidito* a. V. (i) *vites*

Cap. L. *Luna silenti*) Plinius 18, s. 65, no. 3: *prata stercorari luna sitiente, quae rigua non erunt; ab afflatu favonii defendi, purgari, herbas malas radicitus erui, ficus interpurgari, seminaria fieri, et vetera sarciri. Haec antequam vinea florere incipiat; itemque piro florente arare incipiat macra arenosaque; postea uti quaeque gravissima et aquosissima ita postremo arato.* Scilicet Plinius in illo loco coniunxit, quae hodie disiuncta leguntur in Catone supra cap. 40, et infra cap. 131, ubi est: *dapem pro bobus piro florente facito; postea verno arare incipito: ea loca primo arato, quae rudeata arenosaque erunt. Postea uti quaeque gravissima atque aquosissima erunt, ita postremo arato;* ubi recte Polit. liber *rudecta* habet, quod Plinius *macra* interpretatur. In loco Plinii recte Brotier a *flatu Favonii* posuit ex Codice Regio 2, atque ita habet etiam Pintiani Codex. Deinde Pintianus *interputari* emendabat, quo verbo et Varro usus est I, 30, et Columella Arbor. 30, 2. Vide etiam notam supra ad cap. 29.

Prata defendes) A pastione scilicet, ut Varro ait I, 37, 5, sed idem simpliciter prata defendere cap. 30, defendi a piro florente ait cap. 37, inter vernum aequinoctium et vergiliarum exortum cap. 30. Columella XI, 2, 7, de tempore ab Idibus Ianuariis medio inter brumam et ad ventum Favonii: *apricis etiam et macris aut aridis locis prata iam purganda et a pecore sunt defendenda, ut foeni sit copia.* Mense Februario luna crescente prata macra stercorari et submitti iubet Columella II, 18, et Palladius Februario 1. Vide et Columellam XI, 2, 27 et 31. Idem dicitur *servare, custodire, submittere prata.* Scilicet ex his locis invicem comparatis colligimus, prata macriora vēre stercorari et temporius defendi et submitti quam pinguia. Contra irrigua non opus habent stercoratione; nec irriguis immittuntur pecora, quia deprimunt altius vestigia et pratis nosam inferunt. His ita observatis debebat locus rectius interpungi, quam a Gesnero factum fuit, etsi monuit iam olim Meursius de vitio vulgaris distinctionis. Victorii auctoritati plus tribuit Gesner, quam rerum rusticarum scientiae suae; quod equidem non miror. Rem ita eandem docuit Columella II, 18, 7: *curandum ut secundum Favonii exortum mense Februario circa Idus immistis seminibus foeni macriora loca et utique celsiora, stercorentur.*

Acervum) I. e. ligna et virgas decisas in acervum congerito, ne vinearum cultum morentur. Hinc pendet interpretatio cap. 37, sect. 5.

Ficos subradito) Alii scilicet ficis

vitis[i] scandat. Seminaria[k] facito, et vetera[l] resarcito. Hoc[m] facito antequam vineam fodere[n] incipias. Vbi daps profanata comestaque[o] erit, verno arare incipito, et loca primum arato quae siccissima erunt: et quae crassissima et aquosissima erunt, ea postremum arato, dum ne prius obdurescant.

LI. (LII.) Propagatio pomorum, aliarum[a] arborum. Ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, uti radicem capiat: inde biennio post effodito, seritoque. Ficum, oleam, malum Punicum, cotoneum,[b] aliaque mala omnia, laurum, myrtum, nuces Praenestinas, platanum.[c] Haec omnia a capite propagari eximique, serique eodem modo oportet.

LII. (LIII.) Quae diligentius propagari voles, in aulas, aut in qualos pertusos propagari oportet, et cum iis[a] in scrobem deferri oportet. In arboribus,

scandant a. V. (k) *Seminarium* I. B. Br. R. A. Ba. G. *Seminariam* P. (l) *vetere vineas* A. Ba. G. (m) *Haec* Iunt. Pol. (n) *defodere* I. B. Br. R. A. Ba. G. (o) *commestaque* I. B. R. *conmestaque* Br.

CAP. LI. (a) *aliarumque* a. Vict. (b) *cotonium* I. B. Br. B. *cotonem* Cod. Gron. (c) *platanumque* Iunt.

imponebant vitem arbustivam, alii in extremis vinearum ordinibus ficos ponebant, ut Columella III, 21, 11 suadet. Has ab inferiore parte ramis purgari vult Cato, ne vitis eos apprehendat et arbores scandat. Ante Victorium erat *succidito:* nescio an rectius. Similis varietas in verbo *interradere* apud Columellam V, 10, 5, et Arbor 19, 3, ubi Pontedera malebat *intervellere* reponi ex libris.

Fodere incipias) A putatione foditur vinea, ut est cap. 33, et in Columella. Vitiarii igitur seminarii tempus nimis longe produxit Plinius, in quo Pontedera corrigit lectionem vulgatam ex h. l.

Profanata) Varro de L. L. V, 7: *profanatum quod in sacrario polluctum — polluctum, quod a porriciendo est factum — ut quum profanum dicitur, id est proinde vi sit fani factum.* Cf. et Macrobius Saturn. III, 8, et infra cap. 131.

Et quae crassissima) Plinius: *postea uti quaeque.* Sed ibi Edd. antiquae habebant: *postea utique.*

CAP. LI. Eadem verbis aliquot diversis leguntur infra cap. 133, ubi vide notas.

Capiat) Ex rei natura et altero loco *capiant* legi debere, monet Pontedera.

ubi radices capiant, calicem[b] pertundito per fun-
dum,[c] aut qualum. ramum, quem radicem capere
voles, traiicito.[d] Eum qualum, aut calicem terra im-
pleto, calcatoque bene, in arborem relinquito. Vbi
2 ita fuerit,[e] ramum sub qualo praecidito. Qualum inci-
dito ex una parte per imum.[f] Si vero calix erit, con-
quassato. cum eo qualo, aut calice in scrobem[g] po-
nito.[h] Eodem modo vitem facito, eam anno post prae-
cidito,[i] seritoque cum[k] qualo. Hoc modo, quod[l] genus
vis,[m] propagabis.

LIII. (LIV.) Foenum, ubi tempus erit, secato, cavetoque ne sero seces. Priusquam semen maturum siet, secato: et quod optimum foenum erit, seorsum condito.[a] per ver quum arabitur,[b] antequam ocinum nascatur,[c] des[d] quod edant bubus.[e]

Cap. LII. (a) *his* a. V. (b) *aut qualum* add. A. Iunt. G. (c) *fundum ramum* omissis ceteris A. Iunt. G. (d) *scarificato traiicitoque* A. Iunt. G. (e) *et radices egerit* add. A. Iunt. G. (f) Ita Edd. a. V. praeter Iunt. Vict. et Gesn. qui *perpetuum* dederunt, uti est in Pol. et Cod. Gron. Edd. ante Vict. *prope imum* habent. Deinceps *sive calix* Cod. Gron. (g) *scrobe* I. B. Br. R. (h) *posito* I. B. Br. B. *monito* Pol. (i) *recidito* a. V. (k) *eum* Iunt. (l) *quodque* a. V. (m) *vitis* I. B. Br. R. *volueris* A. Iunt. G.

Cap. LIII. (a) Hic caput 45 incipit in A. Iuntt. G. (b) Ita recte Edd. ante Vict. qui dedit *arabunt*. (c) Ita Edd. ante Victor. nisi quod *acymum* habent Pol. 2 *ocimum*. Victorius *nascatur* omisit. (d) *dies* Iuntt. (e) Victor. edidit:

Cap. LII. *Per imum*) Ita Edd. primae. Rottboell malebat p. 40: *ex ima parte perpetuum.*

Vitem facito) I. e. propagato. Cicero Tusc. V, 3: *an Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non poterunt.* Similiter ille Orat 19, et post Redit. c. 8, et Victorii V. L. IX, c. 17.

Cap. LIII. *Semen maturum*) Plinius 18, sect. 67, no. 4. *Secandi tempus quum spica deflorescere coepit atque roborari; secandum antequam inarescat. Cato foenum, inquit, ne sero seces; priusquam semen maturum sit, secato*

Quum arabitur) Antiquam lectionem a Victorio temere mutatam; probat mecum Pontedera, qui recte monuit, foenum optimum recondi in vernum boum pabulum antequam ocimum seu farrago nascatur. Atque ita Columella VI, 3: Martio et Aprili ad foeni pondus adiicit bubus, quia terra proscinditur, ab Idibus deinde Aprilibus recte viride pabulum secari

Ocimum nascatur) Addidi *nascatur* ex Edd. antiquis, etsi etiam sine *nascatur* sententia constet, si recte interpunxeris.

Edant bubus) Victorius in Codice repertum *edunt* posuit. sed male *bubus*

LIV. (LV.) Pabulum[a] hoc modo parari darique oportet. Vbi sementim patraveris,[b] glandem parari legique oportet,[c] et in aquam coniici.[d] Inde semodios singulis bubus in dies dari[e] oportet, et[f] si non laborabunt, pascantur, satius erit. aut modium vinaciorum, quos in dolium condideris. Interdiu pascito, noctu foeni pondo xxv uni bovi dato. Si foenum non 2

des quod edunt. vocabulo *bobus* reiecto in sequens caput. Polit. 2 *comedant.* I B. R. Br. *edant.* A. I. I - G. *edant bubus pabulum. Id hoc.*

Cap. LIV. (a) *Bubus pabulum* cum V. Gesn. et Br. (b) *prataveris* P. *peraveris* B. Ie. *paraveris* B. R. Br. (c) *convenit* a. V. (d) *conici* Pol. (e) *dare* Bon. (f) *aut modium —— condideris. At si non lab. —— erit. Interdiu etc.* A. I. I - G.

ad sequens caput reiecit. Mecum sentire video Pontederam, qui primus h. l. emendavit, cui tamen Gesner non obtemperavit. Victorianam lectionem etiam in Vaticanis Codicibus reperiri testatur Pontedera.

Cap. LIV. *Pabulum*) Edd. I. I - G. reiecto *pabulum* ad antecedentia ita habent: *Id hoc modo.* Equidem Pontederae rationem sequor, qui cur posuerit: *pabulum hoc modo denique parari oportet* ignoro; nisi sit *denique* vitium scripturae pro *darique*. Ceterum cum hoc capite iungendum est cap. 60.

Patraveris) I. e. perfeceris. Altera lectio *paraveris* inepta est, ut recte monuit Gesner. Glans legitur post sementem autumnalem mense Novembri ac Decembri perfectam. De mensibus hibernis loqui Catonem, patet vel inde, quod pasci vult boves; quod tamen nisi per hiemem fieri debere deinde negat.

Semodios) Haec de Ianuario et Februario mense intellige ex Colum. VI, 3, 8; Martio enim et Aprili quum terra proscinditur, pabulo adiicitur.

In aquam) Glandes bobus dandas aqua macerari vel potius in aqua servari patet ex Columella VII, 9, 8, quem locum male habuit suspectum Pontedera. Ita lupinum etiam aqua maceratum in pabulo dabatur.

Modium vinaciorum) Eandem mensuram large paleis additis Novembr et Decembri, hoc est gravissimo tempore dat Columella VI, 3. Ianuario et Februario eadem vinacia dat, sed mensuram non definit. Vinacia in doliis picatis recondit Cato c. 25, ut sit quod det bobus per hiemem. Hodie Itali frondem vel in doliis ligneis arena opertam, aut in lacu vinaciorum stratis intermistis conditam servant in pabulum hibernum boum, auctore Symond in Yungii Annalibus Agric. vol. I.

Pondo XXV) Columella Nov. et Decembri foeni pondo XL dat sine alio pabulo, Ianuario et Februario pondo XXX, sed idem XI, 2, 99, Ianuario et Februario foeni pondo XX cum paleis. Martio foeni pondo L. Aprili pondo XL. Ex his locis invicem comparatis recte suspicatus est Dickson Vol. II, pag. 423, numerum huius loci vitiosum esse, quum foeni ponderi accedat pascuum nocturnum Igitur malebat legi *pondo XV*.

crit, frondem iligneam et ederaceam[g] dato. Paleas triticeas,[h] et ordeaceas, acus[i] fabaginum, viciam,[k] vel de lupino: item de caeteris frugibus omnia condito. Quum stramenta condes,[l] quae herbosissima erunt, in tecto condito, et sale spargito,[m] deinde ea pro
3 foeno dato.[n] Vbi verno dare[o] coeperis, modium glandis aut vinaciorum[p] dato, aut modium lupini macerati, et foeni pondo xv. Vbi ocinum[q] tempestivum erit, dato primum. Manibus carpito, id renascetur.
4 quod falcula secueris, non renascetur. Vsque ocinum dato, donec arescat, ita[r] temperato, postea viciam dato, postea panicum dato, secundum panicum frondem ulmeam dato. Si populneam habebis,[s] admiscecto, ut ulmea[t] satis siet. Vbi ulmeam non habe-

(g) *ederaciam* P. *ederatiam* I. B. R. Cr. (h) *tricticeas* et paulo antea *illigneam* Br. (i) *viciam acus fabaginum* I. I-G. A. (k) *vicia* P. (l) *concedes* Hervag. (m) *superspargito* a. V. (n) *date* Br. (o) *dato* Br. (p) *vinaceorum* P. (q) *ocymum* a. V. *ocimum* Polit. 2 hic et per totum caput, et alibi pluries. (r). *item temperate post* I. B. Br. R. *post* etiam I. I-G. A. (s) *habueris* a. V. (t) *ulmeae* I. B. Br. R.

Iligneam) Meliorem quernea, ait Columella VI, 3, sed eius generis, quod spinas non habet. Ceterum eadem genera supra nominavit c. 30, excepta ederacea.

Acus fabaginum) Vide supra ad cap. 31. Ceterum lectio I. I-G. *viciam, acus fabaginum* probanda est, aut vulgata corrigenda *viciae, vel de lupino*. Post *frugibus* forte comma fuerit ponendum.

Foeni pondo XV) Columella Martio et Aprili, quum terra proscinditur, pondo dat XL.

Manibus carpito) Farraginem ordeaceam Columella II, 11, 8, aut desectam condit in hiemem, vel depasci facit boves. Velli ocinum quomodo possit, ut renascatur, equidem non intelligo, etiamsi farraginem ordeaceam non interpreteris, sed potius cum Mamilio apud Plinium 18, s. 42, viciam cum faba et ervilia mistam in satione, quae tam facile non evelluntur, quam ordeaceae farraginis culmi. Verum nunc agnosco errorem. Ocinum a farragine diversum ex trifolii herba succrevisse videtur, ut docebitur in indice sub vocabulo *Ocinum*.

Ita temperato) Quum vulgata sensu plane careat, praefero antiquam lectionem *item temperate post*. Deinceps lego: *Deinde viciam dato*. Columella etiam XI, 2, 99, farraginem ordeaceam siccam dat mense Ianuario et Februario. Cf. idem II, 11, 8.

Secundum panicum) Columella a Calendis Iuliis ad Calendas Novembres frondem praebet.

Vt ulmea satis) Vlmeam enim frondem primam omnium in pabulo boum posuit etiam Columella.

bis, querneam et ficulneam dato. Nihil est quod magis expediat, quam boves bene curare. Boves nisi per hiemem, quum non arabunt, pasci non oportet. Nam viride quum edunt, semper id expectant. et fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur quum arabunt.

LV. (LVI.) Ligna domino in tabulato condito, codicillos[a] oleaginos, radices in acervo sub dio[b] metas facito.

LVI. (LVII.) Familiae cibaria qui[a] opus facient per hiemem, tritici modios IIII.[b] per aestatem modios

Cap. LV. (a) *codicillosque* A. Iunt. G. Deinceps vulgo *oleagineos*. Nostram lectionem ex Reg. memorare videtur Gesner. (b) *dionetas* coni. P.

Cap. LVI. (a) *ubi* A. Iunt. G. (b) *IIII. per aestatem modios* desunt I. B. R. Br. (c) *villico*, *villicae* a. V. (d) *ficos* P. (e) *panes* a. V.

Fiscellas) Plinius 18, s. 49: *Si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrari, ne germinum tenera praecerpant.* ubi Vincentius Spec. nat. VI, 54, habet *capistrati incedant.* Vide ad Varron II, 2, 14.

Cap. LV. *Ligna*) Supra cap. 37, s. 5: *et ligna in caminum ficulna et codicillos domino in acervum componito.* Codicillos oleaginos et caetera ligna amurca conspersa et in sole siccata fumo nullum parere taedium tradit cap. 130. Ex his locis medicinam huic nostro facient peritiores. Fici et caprifici ligna fumum acerbissimum edere, sed decorticata et in aqua fluviali madefacta deinde exsiccata sine omni fumo et flamma mollissima ardere tradit Theophrastus H. P. V, 10. Addit ad igniarium instrumentum (hodie silice cum ferro utimur) optime facere lignum ficulneum et oleagineum. Martialis XIII, 15, de lignis acapnis: *Si vicina tibi Nomento rura coluntur, ad villam moneo, rustice, ligna feras.*

Sub dio metas facito) *Sub dio nectas* ex Cod. Polit. scribit Pontedera pro *nectas* a *νέω* derivans, aut exemplis aliorum vocabulorum veluti *arte*, *artito*, pro *arcte*, *arctito* defendens. Vtinam interpretationem addidisset, quid sit *radices in acervo sub dio nectere?*

Metas) Haec esse vitiosa et lacunosa, manifestum cuivis, etsi interpretes tacent. Metae foeni sunt Columellae II, 19, 2, qui Varroni I, 56 acervi. Sub dio metae et acervi struuntur. Proprie autem foeni acervus in metam seu conum struitur; lignum vero aut radices arborum nemo facile diligens paterfamilias eam in formam componet. Verba igitur *Subdio metas facito* pertinuisse olim puto ad foenum.

Familiae cibaria) Primum *Familia* restituit Pontedera pro dandi casu dictum; deinde *tritici....IV per aestatem ....IV S.* ex Polit. Cod. vetustissimo annotavit, signo hoc modii ibi exstante. Postea in vocabulo *epistatae*, aut ut est in Caesen. *epistate*, latere su-

IIII. s. vilico,[c] vilicae, epistatae, opilioni modios III. Compeditis per hiemem panis P. IIII. Vbi vineam fodere coeperint, panis P. V. usqueadeo dum ficus [d] esse coeperint, deinde ad P.[e] IIII. redito.

spicatur *per aestatem*, ut in *opilioni*, qui nullam ob causam iustam solus nominetur iuxta villicum, quum bubulcum Cato potiore loco habeat, *IV per hiemem* per notas scripta olim. Ceterum institutae in annotationibus ad h. l. medimni cum modio comparationi et dimensi servilis et militaris definitioni addo nunc alia. Locus Polybii est 6, c. 39: σιτομετροῦνται οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη μάλιστά πως, οἱ δ' ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. Τῶν δὲ συμμάχων οἱ μὲν πεζοὶ τὸ ἴσον, οἱ δ' ἱππεῖς πυρῶν μὲν μέδιμνον ἕνα καὶ τρίτον μέρος, κριθῶν δὲ πέντε. Plutarchus in vita Catonis nostri cap. 6: στρατηγῶν ἐλάμβανεν ἑαυτῷ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν οὐ πλέον εἰς τὸν μῆνα πυρῶν ἢ τρεῖς ἀττικοὺς μεδίμνους, εἰς δὲ τὴν ἡμέραν κριθῶν τοῖς ὑποζυγίοις ἔλαττον τριῶν ἡμιμεδίμνων. Medimnus autem Atticus modios romanos sex capiebat, teste Nepote in Attici vita c. 2, quanquam ibi libri scripti *septem* praeferunt. Choenices 48 medimno tribuunt scriptores. Vt appareat, quot modios tritici in virum a publico acceperit Cato, antea finiendus erat a Plutarcho numerus comitatus aut servitii Catonis. Sed is demum c. 10, obiter: ἦσαν δὲ πέντε θεράποντες ἐπὶ στρατείας σὺν αὐτῷ. Si Cato in quinque servos et se ipsum accepit modios 18 tritici, in singulos numerantur tres modii; quae mensura uno modio minor est ea, quam servis opus facientibus per hiemem largitur Cato c. 56, verum eadem trium modiorum contentum esse voluit opilionem, nisi Pontederae emendationem admiseris.

CAP. LVI. *Epistatae*) Post *vilicae* interpungendum esse, monuit iam olim Popma; quod feci. *Epistatae* esse vilicae interpretationem inutilem, putabat Pontedera; quod equidem non credo. Procuratorem, qui villicum observet, nominat Columella I, 6, 7.

Ficus) Plinius 15, sect. 24: *Quum Cato cibaria ruris operariis iusta ceu lege sanciens minui iubeat perfici maturitatem.* Seneca epist. 80: *Servus est, quinque modios accipit et quinque denarios. — diurnum accipit, in centunculo dormit.* Centonem vocat Cato. Donatus ad Terentii Phormionem I, 1, 10: *Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem*; quod demensum vocabatur. Quinque modios posuit etiam Sallustius in Fragmento Historiarum libri III de quo Schottus Observ. III, 24. Graeci servis χοίνικα dimensum dabant, hoc est quatuor sextariorum mensuram. Cf. Plutarchi Q. Symp. VII, 4. Cf. Schotti Observ. II, 34, et Pignorium de Servis pag. 160. Senecae locum suspectum habuit Ciacconius de Mensuris p. 404, qui modios romanos cum Hispanicis comparavit, aestimans modium parem mensuram huic: *Celemin y medio y un quartillo.* Panis etiam ex tritico cocti militaris pondus cum modiorum tritici pondere ex loco Plinii XVIII, 7, comparavit; denique ex Polybii libro VI admonuit pediti menstruum cibum duarum tertiarum medimni Attici, id est quatuor modiorum tritici praebuisse Romanos

LVII. (LVIII.) Vinum familiae. Vbi vindemia facta erit, loram bibant[a] menses III. Mense quarto heminas in[c] dies, id[d] est, in mense congios II.[e] s. Mense quinto, sexto, septimo,[f] octavo, in dies sextarios, id est, in mense congios quinque. nono, decimo undecimo et duodecimo,[h] in dies heminas ternas: id est amphoram.[i] Hoc amplius Saturnalibus, et Compi- 2
talibus in singulos homines[k] congios. Summa vini in homines singulos inter[l] annum Q. VIII.[m] compeditis uti quicquid operis facient pro portione addito: eos non est niminm in annos singulos vini quadrantalia[n] x. ebibere.

Cap. LVII. (a) *bibat* I. B. Br. R. (b) *heminam* A. Iunt. G. (c) *in dies* om. I. B. R. *Mense IIII heminas* i. *in mense congios III.* Brusch. cum Iens. B. R. (d) *in dies I. in mense* A. Iunt. G. (e) *tres. Mense* a. V. (f) *et* add. A. Iunt G. (g) *sextarios* i. *in mense* Brusch. *sextarium I. in mense* A. Iunt. G. (h) *et duodecimo* Eaed. addunt, quae restitui. (i) *in mense* add. Eaedem. *heminas III.* i. *amphoram* Brusch. (k) *congios pro homine* I. B. Br. R. (l) *intra* a. V. (m) Ita ex A. Iunt. G. scripsi pro *annum. cum compeditis.* Praeterea Eaedem post *compeditis* addunt *autem ut quicquid.* (n) IIII. x. I. B. Br. R. in Pol. est *Q.* et ad marginem: *al. quadrantalia*

Cap. LVII. *Loram*) Plinius 14, s. 12: *non possunt iure dici vina, quae Graeci deuteria appellant, Cato et nos loram, maceratis aqua vinaceis; sed tamen inter vina operaria numerantur.* Post vindemiam opus rusticum fere cessat; hinc lora contenti esse debent servi, opere graviore instante iterum vinum accepturi.

Congios II. S.) Veterem lectionem *congios tres* recte correxit Victorius, ut rationibus arithmeticis etiam docuit M. Cagnatus Var. Observ. IV, 16. Congius sextarios sex, heminas duodecim continebat. Amphora proprie heminas contioet XCVI, sed Cato numerat tantum XC. Amphora dicitur etiam Quadrantal.

Et duodecimo) Haec verba ex Edd. primis restitui monente Cagnato et Popma.

Inter annum) Meursius malebat veterem lectionem *intra* restitutam; Popma vulgatam defendit, sed exempla ab eo posita sunt diversa plane; in loco enim Plauti est *inter hos dies,* in Titinnii *inter decem annos.*

Q. VIII) Probavi cum Gesnero lectionem Edd. I. I-G. sententia ipsa suadente; vulgata enim *annum cum* orta est ex nota numerorum hac ipsa. Ita paulo post in Edd. primis pro *quadrantalia decem* est IIII, X, in libro Politiani est pro numero IIII scriptum q, in margine vero *al. quadrantalia.*

LVIII. (LIX.) Pulmentarium familiae, oleae caducae quam plurimum condito. Postea oleas tempestivas, unde minimum olei fieri poterit, eas condito, parcito,[a] uti quam diutissime durent. ubi oleae comesae[b] erunt, halecem[c] et acetum dato. Oleum dato in menses unicuique sextarium I.[d] Salis unicuique in anno modium satis est.

LIX. (LX.) Vestimenta[a] familiae tunicam P. III. S. saga alternis annis. Quoties[b] cuique tunicam aut sagum[c] dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant. Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.

LX. (LXI.) Bubus cibaria annua[a] in iuga singula lupini modios CXX. aut[b] glandis modios CCXL. foeni pondo, IƆXXƆ[c] ocini,[d] fabae modios XX. viciae modios

CAP. LVIII. (a) *et partito* a. V. (b) *commesae* I. B. R. Br. (c) *hallecem* Pol. (d) S. i. Brusch.

CAP. LIX. (a) *alias quadrantalia* P. (b) *quotienscunque* I. B. R. Br. (c) *sagam* a. V. (d) *Sculponias* Br.

CAP. LX. (a) *singula* add. I. B. Br. R. (b) *ac gl.* Ald. (c) LXXXI *ocimi* a.

CAP. LVIII. *Pulmentarium*) Est pulmentum, quod cum pulte olim comedebant, cuius deinde in locum panis successit Graece ὄψον. Primus egregie de significatione pulmenti disputavit Io. Fr. Gronov. ad Plinium p. 788.

Halecem) Salsum piscem. Alibi halex dicitur ipsa muria, qua varia opsoniorum genera condiri solebant, ex graeco ἅλς, unde et salsamentum dicitur. Faecem gari Plinius 31, sect. 43, alecem, Geoponica XX, 46 ἄλικα vocant. Haec duo loca sunt classica de gari vario genere; quibuscum comparandus Manilius V, 671, qui capturam et gari varia genera ex thynnis parata omnium optime descripsit; praeterea operae erit legere disputationem Cornarii ad Galenum compos. medic. sec. loca p 363.

CAP. LIX. *Vestimenta*) In Polit. libro est *ali[illegible] quadrantalia*. Vnde suspicor, sequi debere Caput 104, de vinn familiae.

Sculponeas) Infra cap. 135, iterum nominat noster. Calceamenti lignei genus a sculpendo dèducit Turnebus Advers. VI, 23. Κρουπέζια, calceus ligneos interpretatur etiam Gataker. Advers. II, 19, monente Gesnero. Varronis lócum apud Nonium in voce *rurant* annotavit Popma, ubi est: *adspicio Triptolemum sculponeatum bigas sequi cornutas*. Ex Plauti etiam Casina *Sculponeas* apposuit Popma. Ceterum Meursius malebat *binas* vel *novas* legi pro *bonas*.

CAP. LX. *Ocini*) Numerus excidisse ponderum ocini videtur; quem addunt Iuntae, Aldus, Gryphiana anni 1535, et Basil. 1528. Ceterum Edd.

xxx. Praeterea generatim[e] videto uti satis viciae seras. Pabulum quum seres, multas sationes facito.

LXI. (LXII.) Quid est agrum bene colere?[a] bene arare. Quid secundum? arare. Tertio?[b] stercorare. Qui oletum saepissime et altissime[c] miscebit, is te-

V. ıɔxxxı Cod. Gron. (d) *tantundem* add. A. Iunt. G. Punctum om. I. B. Br. R. (e) *generatim* I. B. R. A. Ba. H. *gnati* Brusch. *peneratim* Gr. Gy. am. Iunt. Vulgo *granatui*.

Cap. LXI. (a) *primum* add. A. Iunt. G. (b) *Quid tertium?* Eaed. *Tertio?* Brusch. (c) *altissimas radices* omissis reliquis I. B. Br. R. Pol. teste etiam V.

antiquae *annua singula in iuga singula*. Qui deinceps prius *singula* amiserunt, poterant commode aeque alterum omittere. Vid. Burm. ad Petron. cap. 65, p. 323.

Granatui) Turnebus 17, 23 interpretatur ad granum quae perveniat. Gesner *praeterea* mutari voluit in *propterea*. Pontedera vocabulum *granatui* adiectum censebat a glossatore, qui explicare vellet ocinum, quod faba et vicia mista constat; vulgo enim ab Italis farraginem et ocinum vocari hodie *granata*. Praeterea monet, in primis Edd. esse *generatim*, in Iens. per compendium tale scriptum, ut inde facile *granatui* effingi potuerit. Politianum denique ad Iensonianam editionem nil varietatis annotasse; igitur librum eius habuisse similiter scriptum id quod viri egregii auctoritate antecedente restitui, quod intelligi potest.

Generatim) Pontedera ex Caesen. libri *grana* efficit *grano*, id est, quae perveniat ad granum. Columella II, c. 17, *semini progeneranda* viciam serit.

Cap. LXI. *Quid est agrum*) Plinius 18, c. 19: *In arando magnopere servandum Catonis oraculum, quid est primum agrum bene colere. Quid secundum? bene arare. Quid tertium? stercorare*; unde Meursius h. l. deleri malebat verba prima loco posita *bene arare* et scribi: *Quid est primum? agrum bene colere*. Ita scilicet in Plinio olim edebatur; sed recte distinctionem corrigi iussit Pontedera, qui Catoni inde *primum* restitui valebat, vel potius, quia *secundum* et *tertio* male invicem conveniunt, per notas I, II, III scriptum olim putabat. Servius ad Aeneid. VII, 539: *Cato, qui interrogatus, qui esset paterfamilias, respondit eum, qui bene pascit, et bene arat*. Vide ad Columellam VI Praefat.

Qui oletum) Plinius 17, s. 30: *qui olivetum saepissime et altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum abibunt, crassiores fient, et eo in radices vires oleae abibunt*. Idem paulo antea huius loci reliqua sic repetit: *Diligenter oleam eximere oportet, et radices quam plurimas cum terra ferre; ubi radices bene aperueris, calcare bene, ne quid noceat. Si quis quaerat, quod tempus oleae serendae sit, agro sicco per sementem, agro laeto per ver*; ubi veteres libri, teste Dalecampio, habent, *et in eas radices vires*. Pintiani etiam Codex delet *eo*. Pontedera antiquam huius loci lectionem praefert hanc: *qui oletum saepissime, et tenuissimas radices exarabit*; aitque Plinium etiam ex corruptis

nuissimas radices exarabit. si male arabit, radices sursum[d] adibunt,[e] crassiores fient, et in radices vires oleae abibunt. (Agrum frumentarium quum ares,[f]
2 bene et tempestive[g] ares, sulco vario ne ares) Caetera cultura est multum serere, et diligenter eximere semina, et per tempus radices plurimas[h] cum terra ferre. ubi radices bene operueris, calcare[i] bene, ne aqua noceat.[k] Siquis quaerat,[l] quod tempus oleae

miscebat Ald. (d) *susum* P. (e) *abibunt* a. V. (f) *aras* a. V. (g) *tempestivo* P. (h) *evellere, semina occultare bene, ne etc.* W. *quam plurimas* Br. Ald. (i) *calcato* a. V. (k) *neu aves tollant* ins. W. (l) *quaeret* P.

Catonis libris vitiatum fuisse. Columella V, 9, s. 12: *Olivetum minime bis anno arari debet et bidentibus alte circumfodi*. Idem ibidem sect. 15: *veteris proverbii meminisse convenit, eum, qui aret olivetum, rogare fructum, qui stercoret, exorare, qui caedat, cogere.* Gallus Bernard. de Cultu oleae pag. 78: *Les racines qui naissent de la partie supérieure de la souche, et qui souvent sont à moitié découvertes, ne sont que des filaments que l'engrais multiplie, et que l'on détache de la souche.* Summas radiculas aestivas vocat Columella XI, 2, 49; in ulmis, fraxinis et populis, easque vere primo amputat, ut in vite IV, 8, 1, ubi inferiores deficere ait, nisi aestivae amputentur; ubi vide notam. Hinc pendet loci huius sententia. Cato igitur aestivas summas radiculas saepissime arando exscindere iubet; quod nisi saepe fiat, sed raro solicitentur et amputentur radiculae, ceteras sursum calore evocatas abire atque in superficie facile calore et frigore tentatas languori oleam obnoxiam facere, quod in vite fieri etiam monet Columella l. c. Crassiores fieri radices omissa aratione frequenti, non puto, sed aestivas frequentiores subnasci, easque ipsas facillime exsiccari.

Agrum — ne ares) Haec alieno loco posita inclusit Gesner. Collocanda sunt statim post verba *tertio, stercorare.* Laudavit eadem Plinius 18, s. 49, explicavit Columella II, 4, 5. Vide supra ad c. 35, *terram cave cariosam tractes.*

Tempestive) Pontedera praefert lectionem Polit. *tempestivo.* Sic *verno arare incipito.*

Multum serere) Voluitne seminarium olearum frequens semper esse? An potius *sarrire?* Semina deinceps sunt plantae, quae quomodo cum terra sua eximantur, docuit supra c. 28.

Quum terra) Modum docet Columella V, 9, 8.

Calcare bene) Idem praecepit supra c. 28, in oleis tamen omisit Colum. l. c.

Ne aqua noceat) Plinii lectio *ne quid noceat,* nescio unde fluxerit. Vulgatam vix sanam esse puto. Aqua enim pluvia plantae nocere vix potest, quam aquae immergunt per diem unum alterumve in Gallia, antequam serant, teste Bernard. pag. 204. Superest, ut argillam cogitemus, in qua scrobem profundiorem fieri et plantae vere serendae terram levem subiici, ne aqua pluvia consistens in

serendae siet, agro sicco per sementim, agro laeto per ver.

LXII. (LXIII.) Quot[a] iuga boverum,[b] mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet.

LXIII. (LXIV.) Funem torculum esse oportet extentum P. LV. Funem loreum in plostrum[a] P. LX. lorea[b] retinacula longa P. XXVI. subiugia[c] in plostrum P. XVIII.[d] funiculum P. XV. in aratrum[e] subiugia[f] lorum P. XVI. funiculum P. VIII.

LXIV. (LXV.) Olea ubi matura erit, quam primum cogi oportet, quam minimum in terra et in ta-

CAP. LXII. (a) *Quod* P. (b) Ita pro *boum* scripsi ex P. Codd. Vict. et Codd. duobus Vrsini.

CAP. LXIII. (a) *plaustrum* P. (b) *lora* I. B. R. Br. (c) *sub iuga* divis. I. B. R. Br. (d) XIX Iuntt. XII Brusch. (e) *aratum* Pol. (f) *sub iuga* divis. I. B. R. Br.

scrobe putrefaciet radices, vult Bernard p. 210.

Per sementim) Supra cap. 27: *Si erit locus siccus, tum oleas per sementim serito, et quae ante satae erunt, teneras tum supputato, et arbores ablaqueato.* Columella V, 9, 6: *plantae autem in oliveto disponuntur optime siccis minimeque uliginosis agris per autumnum, laetis et humidis verno tempore, paulo ante quam germinent.* Catonis verba repetiit Plinius; locum vide supra positum ad cap. 44. De tempore vide ad Colum. de Arbor. c. 17.

CAP. LXII. *Boum*) In libris scriptis *boverum* reperit Victorius, quam formam exemplo Varronis ex libro VII, de L. L. pag. 98, lin. 30 confirmat. Eandem praeferebat Turnebus VI, 23. Vrsinus repertum in libris duobus *boverum* confirmavit etiam Lucilii exemplo; itaque recepi.

Mulorum) Plaustris iungi solitos esse mulos, hoc alteroque Homeri exemplo posito docuit Scheffer de Re Vehic. II, 9, monente Scoetgen. Vide etiam supra ad cap. X, 2.

CAP. LXIII. *Subiugia lorum*) Infra c. 135, subiugia in lustrum lora et subiugia lora in aratrum nominat; ubi recte iam olim Scheffer de Re Vehicul. p. 120 vidit legendum esse *in plostrum*. Hoc in loco Scheffer malebat *lorum P. XII*, et subiugia interpretatur ζεύγλη. Turnebus contra Advers. VI, 23, *lora* corrigebat, cui assentior ob locum alterum Catonis. Vitruvius X, 8: *Eadem ratione iumenta cum iuga eorum subiugiorum loris per medium temperantur, aequaliter trahunt onera.* Iuga lorata nominat Moret. versu 122. De iugandi ratione vide ad Columell. II, 2, 7.

CAP. LXIV. Plinius 15, s. 6, ex h. l.: *oleum in tabulato minui, deteriusque fieri: item et in amurca et fracibus; hae sunt carnes, et inde faeces; quare saepius die capulandum.* Sed fraces h. l. Cato simpliciter de faecibus dixit. Ceterum maturam oleam esse ad

bulato esse oportet. In terra et in tabulato putescit.[a] Leguli volunt, uti olea caduca quamplurima sit, quo plus legatur. Factores, ut in tabulato diu sit, ut fra-
2 cida sit, quo[b] facilius[c] efficiant. Nolito[d] credere oleum in tabulato posse crescere. Quam citissime conficies, tam maxime expediet, et totidem modiis[e] collectae plus olei efficient,[f] et melius. Olea quae diu fuerit in terra, aut in tabulato, inde olei minus fiet et deterius. Oleum si poteris, bis in die depleto. Nam oleum quam diutissime in amurca et in fracibus erit,[g] tam deterrimum erit.

LXV. (LXVI.) Oleum viride sic facito: Oleam quam primum ex[a] terra tollito. Si inquinata erit,[b] lavito, a

Cap. LXIV. (a) *putrescit* a. V. (b) *qua* P. (c) *oleum* ins. I. I. G. A. (d) *Nolite* I. B. R. Br. (e) *modis* P. (f) *efficiet* P. (g) *fuerit* I. I. G. A. *erit* om. Brusch.

Cap. LXV. (a) *extra* coniunct. I. B. R. Br. (b) *est* I. B. R. *si est* Br. (c) oleum efficiendum quidam olim putabant antequam nigresceret: contra Presta in altero libro, *Memoria intorno ec.* pag. XLII monet, maturam esse tum demum, quum pulpa et ipsa nuclei superficies una cum pelle nigrescit, ipsumque oleum in oliva magis magisque subtile reddi, nec maturitate crassescere. Ceterum memorabilis est Theophrasti C. P. 6, c. 12 locus, ubi ait oleum a carnibus olivae separatum nec immistum, ut uvae succum carnibus reperiri. Quam quidem opinionem vellem a peritis naturae accuratius investigatam.

Putescit) Plinius 15, s. 4, *putrescere in amurcam* dixit.

Efficiant) Non leguli, sed olea efficit oleum. Igitur malim *efficiat.*

Totidem modiis) Quot diebus citius colligentur, totidem modiis plus efficient, explicat Gesner. Sed plura h. l. legisse videtur Columella XII, 50, 19 et 20, ubi vide notam.

Fracibus erit) Cresc. V, 20: *quod oleum, quanto ab amurca steterit, tanto deterius erit*; unde videtur lectio *fuerit* probanda esse.

Cap. LXV. *Oleum viride*) Graece ὀμφάκινον, quod ex viridi seu immatura oliva conficitur. Cresc. l. c. *Item dicit Cato quod olea purganda est a frondibus et omni immunditia antequam oleum fiat.* Plinius XII, s. 60, ex olea alba candidum, ex drupa seu varia viride oleum cogi ait. Sed Plinium falsum specie fuisse nec meminisse, oleum omphacinum arte dealbari solitum, quam tradit Dioscorides I, 27, monet Presta *Memoria intorno* p. XXXVII. Oleum enim omne omphacinum colore viridi flavescit. Viride etiam strictivum dicitur, et ad unguenta adhibebatur. Cum oleo gallico *d'Aix* comparat Presta ibid. pag. XXXIX.

foliis et stercore purgato. Postridie aut post diem tertium, quam lecta erit, facito.[c] Oleam[d] ubi nigra erit, stringito. Quam acerbissima[e] olea[f] oleum facies, tam oleum optimum erit. domino de matura olea oleum fieri maxime expediet. Si gelicidia[g] erunt, quum oleam coges, triduum, aut[h] quatriduum post oleum facito. Eam oleam, si voles, sale inspergito.[i] Quam calidissimum torcularium et cellam habeto.

facito oleam. Vbi lens. Br. *facito oleum* B. R. (d) *Olea* P. (e) *acervissima* P. (f) *erit et* inser. I. B. R. Br. (g) *gelicida* I. B. R. Br. (h) *atque* I. B. R. Br. (i) *spargito* I. B. R. *salem spa.* Br.

Foliis) Meursii eumque secuti Bodaei ineptum commentum *foriis* satis confutavit Nielas ad Geopon. p. 613.

Quam acerbissima) Plinius 15, s. 6: *oleum quam acerbissima oliva optimum fieri. Cetera quam primum e terra colligendam; si inquinata sit, lavandam; siccari triduo satis esse. Si gelent frigora, quarto die premendam; hanc et sale adspergi.* Ceterum sententiam vulgarem, oleum augeri ad Arcturi exortum a. d. XVI Calendas Octobres, postea nucleos increscere et carnem, ex Theophrasto et Plinio posui infra ad cap. 97. Contra primum nucleum indurari a natura, quod fieri intra octavam vel nonam a flore septimanam, deinde carnes atque oleum augeri demum, nec antea oleum ullum inesse oleae, demonstravit Presta, *Memoria intorno ai sessantadue saggi di olio* pag. XXVIII, et Bernard *Mémoire sur l' Olivier* p. 122.

Facito) Aut intelligendum aut ex Edd. inserendum est *oleum.*

Oleam ubi — stringito) Haec verba hoc loco aliena sunt, et spuria aut transposita. In oleo enim viridi oliva non nigra, sed viridis legitur, non stringitur, nec in terram cadit. Malim igitur ab initio sic legere h. l. *Oleum viride sic facito. Oleam acerbam legito. Quam acerbissima olea facies, tam oleum optimum erit. Domino de matura — expediet. Oleam ubi nigra erit, stringito; oleam* (vel *eamque*) *quam primum ex terra tollito. Si ing. — lecta erit, facito. Si gelicidia erunt* etc. Sic puto omnia sine vitio procedere verba.

Expediet) Quia immatura oliva minorem olei, sed praestantioris copiam largitur; matura seu nigra copiosius, sed peius et sapore et odore oleum praebet; recte monente Bodaeo ad Theophrastum H. Pl. IV, 3, pag. 313; et res hodie satis nota est.

Quam calidissimum — habeto) Haec verba Plinius in mentione viridis olei ex Catone omisit, et in vulgaris olei demum confectione habet: *acre vitiari; ferventibus omnia ea fieri clausisque torcularibus et minime ventilatis; ideo nec ligna* etc. Nec in viridi oleo Columella adhibet ahenum calefactum XII, 50, sed in vulgari oleo; etsi idem I, 6, generatim praecipit: *torcularia praecipue cellaeque oleariae calidae esse debent, quia commodius omnis liquor vapore solvitur, ac frigoribus magis constringitur oleum.* Et Plinius 15, f. 5: *omnino enim est olei causa calor, quare et in torcularibus et iam*

LXVI. (LXVII.) Custodis[a] et capulatoris officia. servet diligenter cellam et torcularium.[b] Caveat[c] quam minimum in torcularium et in cellam introeatur. Quam mundissime[d] purissimeque fiat, vase[e] aheneo, neque nucleis ad oleum ne utatur. nam si utetur, oleum male sapiet. Cortinam plumbeam in lacum

Cap. LXVI. (a) *Custodis et capulatoris officia.* Lemma sunt *post* Victor. sed orationi Catonis recte restituit Gesner, monente Meursio et Pontedera. (b) *tabularium* B. R. *tabularium* Br. (c) *Cabet* P. (d) *Quammundissimo purissi-*

in cellis multo igne quaeritur. Idem s. 6, post Catonem inventum esse ait, ut olivae aqua ferventi lavatae protinus prelo subiicerentur solidae. Quanquam vulgata potest etiam hic locum suum obtinere, si vaporata atque ita calefacta simpliciter intelligas; non ferventia cum Plinio, quasi ab aqua ferventi infusa.

Vase aeneo, neque nucleis, etc.) Pontedera legit: *Vase aeneo, neque a nuculeis ad oleom ne oetatur*, reperto in Codice Caesen. *a* ante *nucoleis*, interpretatus: ne utatur vase aeneo, neque eo vase, (vase a nucleis) quod ad recipiendos nucleos fracesque adhibetur.

Cap. LXVI. *Neque nucleis*) Plinius ex h. l. solum olei vitium retulit, quod ex vase aeneo concipit; et e nucleis ignem aptissimum fieri ait, ne ligna caedere in torculari opus sit. Contra vulgatam Gesnerus interpretatur ita, ut cavere iubeat Cato, ne nucleorum fractorum liquor oleo admisceatur, cuius saporem repudiat etiam Colum. XII, 50, 6. Sed nucleorum liquorem si voluit Cato abstinere oleo, admodum obscure locutus est, atque alieno loco immiscuit vasorum mentioni. Plinius forte in hoc loco, aut in capite sequenti scriptum reperit: *nucleis ad ignem utatur.* Ex capite enim 67 translata in caput 65 esse etiam verba *quam calidissimum torcularium et cellam habeto* supra admonui. Ceterum nucleorum odorem oleo admistum cavent etiam Geoponica IX, 19, quam tamen veterum opinionem multis argumentis et experimentis refutare conatus est Presta in altero libro p. 108 seqq. Qui eandem ob causam repudiavit usum antiqui trapeti, Stabiis reperti, cuius fabrica est accommodata ei opinioni, quae nucleos confringi vetabat. Vide etiam ad Varronem I, 65, 3. Fracibus cum nucleorum fragmentis ligni vice utuntur hodieque Itali et Galli, ut ad Colum. XII, 50 docui. Nunc demum video, Catonem nucleos antea voluisse secretos, ne cum sampsa premerentur. Vide notam ad c. 37, s. 2.

Cortinam plumbeam) Plinius 15, s. 7: *Quare saepius die capulandum: praeterea in conchas, et plumbeas cortinas: aere vitiari. Ferventibus omnia ea fieri, clausisque torcularibus et quam minime ventilatis: ideo nec ligna ibi caedi oportere: qua de causa e nucleis ipsarum ignis aptissimus; et e cortinis in labra fundendum, ut fraces et amurca liquentur. Ob id crebrius vasa mutanda, fiscinas spongia tergendas, ut quam maxime pura sinceritas constet.* In sapa et defruto etiam Columella XII, 50, 6 repudiat vasa aenea propter aeruginem. Capulare Gallici artifices dicunt

ponito, quo oleum fluat. ubi factores vectibus prement,[f] continuo capulator concha oleum, quam diligentissime poterit, tollat nec[g] cesset. Amurcam caveat ne tollat. Oleum in labrum primum indito. inde in alterum dolium indito. de iis[h] labris fraces amurcamque semper subtrahito. Quum oleum sustuleris de cortina, amurcam dehorito.[i]

LXVII. (LXVIII.)[a] Qui in torculario erunt,[b] vasa pura habeant,[c] curentque uti olea bene perficiatur,[d] beneque siccetur.[e] Ligna in torculario ne caedant.[f] Oleum frequenter capiant.[g] Factoribus det in singu-

moque vase, a. V. (e) *vase ahaeneo: neque.* I. B. Br. R. (f) *premerint* a. V. (g) *ne* P. (h) *his* I. B. R. Br. (i) *dehaurito* a. V. praeter Iunt.

Cap. LXVII. (a) *Item custodis officia, quae in torcularia* a. V. *item custodis officia* etiam Po. 2. praeponit. (b) *erunt. Vasa* I. B. R. Br. (c) *habeat curetque* I. I-G. A. (d) *perficiantur* I. B. R. Br. (e) *siccentur* I. B. R. BR. (f) *cedant* P. *cadant* I. B. R. Br. *caedat* A. I. I-G. (g) *capulet* I. I-G. A. (h) *singulos*

cueiller, et conchis, ex ferro stannato factis, utuntur, teste Bernard. pag. 441. Ceterum in cortina defrutum, pigmenta aliaque coqui solebant; hinc cortinam etiam h. l. adhiberi ad oleum calefaciendum, quo melius ab amurca separetur fluidum. Ignem, forte ex nucleis accensum, quomodo subdiderint cortinae in lacu, dicere non habeo. Gallicus interpres lacum interpretatur fornacem aut lacunam, aqua calida plenam, quae vicem balnei Mariae gereret, cuique cortina imponeretur. Cortinam quidem recte interpretatur *chaudiere*; in ipsa tamen Catonis oratione ineptissime posuit: *il faut que le bassin, dans le quel l'huile se rend à la sortie du pressoir, soit revetu intérieurement de plomb.*

Alterum dolium) Locum lacunosum aut vitiosum esse, recte monuit Gesner comparato Columella XII, 50, ubi per triginta labra transfunditur oleum et eliquatur, antequam in dolium veniat. Ipse etiam Cato capite sequenti plures lacus, in quos transfundatur, agnoscit, et Plinius ex h. l. retulit *crebrius vasa mutanda, ut quam maxime sinceritas pura constet.* Quid? quod sequitur: *de iis labris*, quum de uno modo sermo fuerit factus. Quare excidisse quaedam puto, et *dolium* male intrusum fuisse.

Semper subtrahito) Plinius: *ut fraces et amurca liquentur*; ubi Pintianus ex Codice addit *solide.*

Cap. LXVII. *Item custodis, qui in torculari erit, officia*) Hoc lemma ita in Codice Gronovii scriptum anteponere capiti malo, ut, qua de re agatur, lector statim intelligat.

Perficiatur) Exspectabam *lavetur, purgetur*, antequam trapeto subiiciatur frangenda. Commoditae vero nulla alia fuit cura, nisi ut nuclei succernerentur, antequam samsa prelo supponeretur.

Capiant) I. e. capulent, depleant.

los[h] factus, olei sextarios,[i] et in lucernam[k] quod opus
2 siet. Fraces quotidie[l] reiiciat.[m] amurcam commutet usque adeo, donec in lacum,[n] qui in cella est, postremum pervenerit. fiscinas spongia effingat. Quotidie oleo lacum[n] commutet, donec in dolium pervenerit.[o] In torculario et in cella[p] caveat diligenter ne quid[q] olei surripiatur.

LXVIII. (LXIX.) Vbi vindemia et oleitas[a] facta erit,[b] prela extollito, funes torculos, medipontos,[c]

omitt. I. B. R. Br. (i) *sestarius* Br. (k) *lucerna* P. (l) *cotidie* P. (m) *eiiciat* a. V. *reiciat* P. (n) *locum* I. B. BR. R. (o) *pervenerit in* I. B. Br. R. (q) *neque* Pol.

Cap. LXVIII. (a) *oletas* I. B. R. Cod. Gronov. *olectas* Br. (b) *fuerit* P. (c) *melipontos* I. B. Br. R. Codd. Victorii et Gronovianus. (d) *aut* add. a.

Editiones quaedam habent *capulem*.

Factus) Plinius 15, sect. 6: *premi plus quam centenos modios non probant. Factus vocatur.* Varro I, 24, facto (ita enim Columella XII, 50 genere neutro dixit) definit modios centum viginti ad centum sexaginta, aut quadraginta, ut Edd. habent quaedam. Quot modios Cato facto contribui voluerit, non dixit; igitur mercedem factorum aestimare non licet. Factum Neapolitani *macina* dicunt, idque corbibus octo constare; corbes autem singulos continere rotulos triginta Neapolitanos, refert *Swinburne* Itinerarii Neapolit. T. I, pag. 471, vers. germ. Florentini *macinata* vocant factum, ipsam vero molam *macinatojo*.

Lacum postremum) Antea cap. 66 lacum dixit quo fluit oleum ex torculario: inde in labra plura defundi iussit donec in dolia perveniat. Nunc vero lacus dicit subito, nescio igitur, an scriptura recte habeat. Lacus immobiles solo haerere, docent loca scriptorum nostrorum omnia, quae comparavi; contra seriae transferebantur de suo loco, docente inprimis Catone cap. 154. Columella contra XII, 50, 10 oleum viride statim defluere vult in labrum rotundum; sed is nec cortinam adhibet. Lacum amurcarium intelligere vix licet, quia etiam haec in doliis condebatur.

Amurcam commutet) Gesner interpretatur: commutandis labris separet ab oleo. Equidem malim *fraces quotidie reiiciat et amurcam; commutet* (sc. oleum) *usque adeo*. Nam in vulgata lectione amurca inepte dicitur pervenire in postremum lacum, unde oleum in dolium mittitur.

Effingat) Ciceronis pro Sextio cap. 35: *sanguinem spongiis effingi* comparavit Turnebus. Spongia tergere ex h. l. retulit Plinius. Piscinae sunt, in quibus exprimitur samsa.

Cap. LXVIII. *Oleitas*) Vt ab oliva olivitatem Varro et Columella, ita ab olea oleitatem dixit Cato etiam infra c. 144, 2. Graeci ἐλαιοῦν olivas legere. ἐλαιστάς legulos dicunt. Gesner ex Mamertini Gratiarum Actione ad Iulian. c. 22, et Minutio Felice cap. 17

subductarios[d] in carnario, aut in prelo suspendito. orbes, fibulas, vectes, scutulas,[e] fiscinas, corbulas, quala, scalas, patibula, omnia, queis usus erit, in suo quidque[f] loco reponito.

LXIX. (LXX.) Dolia olearia nova sic imbuito. Amurca impleto dies VII. Facito ut amurcam quotidie[a] suppleas. Postea amurcam eximito et arfacito.[b] 2
ubi arebit, cummim[c] pridie in aquam[d] infundito. ea

Vict. (e) *tellas* Pol. 2. *succulas* corrigit Turnebus VI. 23. probante Popma. (f) *quodque* a. Vict. praeter Iunt.

Cap. LXIX. (a) *cuotidie* Pol. (b) *arefacito* a. V. (c) *cuminum* a. V. (d)

laudat *oleitatem*, sed in utroque loco optimae Editiones habent *olivitas*. Infra c. 144, Polit. liber *oleatate* habet; *olivetam* habet Festus. Ita *ficitatem* fici fructum et *ficitores* ex Novio affert Nonius Mercerii p. 109.

Prela) Quae in Catonis prelo gerunt vices cochlearum, quas in recentioribus machinis adhibebant romani agricolae. Hoc prelum, seu trabs in superiorem locum totius machinae binis arboribus et totidem stipitibus compositae tollitur, atque inde funes suspensi reponuntur. Prelum fuisse carpineum, docet cap. 31.

Scutulas) Recte *succulas*, quibus prelum deprimitur, substitui voluit Turnebus VI, 23 approbante Popma.

Cap. LXIX. *imbuito*) Columella XII, 50, 16: *quam tamen et ipsam ceraturam nostrorum temporum agricolae repudiaverunt, existimaveruntque satius esse nova dolia liquida gummi perluere, siccataque suffumigare alba cera ne pallorem aut malum odorem capiant; nonnulli prius amurca, deinde aqua vasa perluunt et assiccant, tum considerant, num quid ceram novam dolia desiderent.* Commin genere foeminino dixit etiam Plinius 13, s. 20, alibi gummi, quod ea acacia, amygdalis amaris, ceraso, prunis, vitibus et olea colligi ait. Amurca cur dolia imbuere velit nova, rationem exponit Cato infra cap. 100. Creta figulari resoluta utitur Columella XII, 50, 15 gypso Geopon. IX, 19. Polit. liber bis *cummini*, Edd. principes *cumini* habent. In Columella XII, 50, sect. 16 et 17 liber Polit. *cummi* pro *gummi*, et *cummis* pro *gummis* habet. Vulgo ibi est *gummi* pro *gummis*. In Plinio Codices constantissime *commin* praeferre, ait Harduinus ad XIII, sect. 20. Contra optimus Vossianus ubique *gummin*, *gummi*, et *gummis* habet, testante I. Fr. Gronovio ad Plinium pag. 787. Politiani libri *cummini* depravatum est ex *cummim*. Ita in locis Plinii libri scripti modo *guminum*, modo *gummini* habent, annotante Gronovio. Idem p. 792 annotat, Plinii Codices optumos pro *gummosus* habere *gumminosus* et *cumminosus*. Vide etiam ad Palladium Novembri c. VII.

Arfacito) Amurcam an dolium siccari velit, incertum est; sed dolium siccari debere, sententia et ratio demonstrat. Quod vero ea Columella XII, 50 huic gummitioni opposuit Gesnerus, quae semel oleum testa combiberit, alteram gummitionem

postridie diluito.[e] Postea dolium calfacito.[f] Minus quam si picare velis tepeat, satis est. Lenibus[g] lignis facito calescat. ubi temperate tepebit,[h] tum cummim[i] indito, postea linito. Si recte liveris,[k] in dolium quinquagenarium cummim[l] P. III. satis erit.

LXX. (LXXI.) Bubus[a] medicamentum. Si morbum metues, sanis dato salis micas III, folia laurea III,

aqua a. V. praeter Iuntl. (e) *deluito* P. (f) *calefacito* a. V. praeter I. I. (g) *Levibus* a. V. (h) *tepedit* B. *tepetit* R. (i) *cummini* P. *cuminum* a. V. (k) *leveris* P. *laveris* I. B. R. Br. (l) *cummini* P. *cumini* a. V.

Cap. LXX. (a) *Bubus si omiss. medicam* A. I. I-G. Nobiscum Polit. 2. *Bubus*

non recipere; respuere enim olei pinguedinem talem materiem, qualis est gummis et cera; id amurcae non convenit, minus pingui, quam est oleum, ut ipse confitetur. Sed ipse gummitionis ordo et modus mire perturbatus fuit a librariis. Amurca enim, qua imbuitur prius dolium, non solum eximenda, sed et aqua eluenda est; postea vas siccatum et calefactum demum gummitionem bene recipit. Ita in vasis cerandis et gummandis facit Columella. Gummi et tragacantham aqua multa maceratam albuminis ovorum vices subire in collyriis ocularibus, monet Galenus Composit. Med. secund. loc. IV, c. 4; sed is gummi acanthinum seu arabicum intelligit. Quale Cato et Columella intelligi voluerint, nescio. Arabici enim pretium maius esse debebat, quam agricolae rationibus conveniebat.

Diluito) I. e. perluito, ut est in loco Columellae; sed sequitur *postea linito*; igitur dolia et perlui et perlini gummi liquida et crassa simul voluisse videri possit. Forte praestat Codicis Gronoviani lectio *eam diluito*.

Lenibus lignis) Scaliger ἄκαπνα; Popma tenuia seu cremia ex Colum. XII, 19, 3 interpretatur, quibus opponantur grandia, seu codices. Recte!

Liveris) Polit. liber *leveris*. In Columella XII, 50, a. 46, similiter est gummi *liverunt* sine varietate ulla.

Cummin P. III) Gesner malebat *cummus*.

Cap. LXX. Columella VI, 4: *multi et largo sale miscent pabula, quidam marrubium deterunt, cum oleo et vino, quidam porri fibras, alii granaturis, alii sabinam herbam rutamque cum mero diluunt, eaque medicamenta potanda praebent. Multi caulibus vitis albae et valvulis ervi bubus medentur*; ubi vides, pro lauri foliis nominari marrubium. De valvulis ervi postea dicitur. Ceterum miror, nec Gesnerum nec alium Interpretum vidisse, hinc verbotenus esse exscripta; quae Garg. Martialis fragmentum habet ab initio.

Sanis dabis) Pontederae suspectum esse vocabulum, male posuit Ernesti ad h. l. Sed is recte contra Salmasium, qui h. l. *sticas* corrigebat, demonstravit, apicas allii et ulpici esse nucleos, quibus capita alliorum componuntur. Graece ἄγλιθες, σκελλίδες et γέλγεις dicuntur. Idem *fibras* folia esse docet angusta oblonga et in mucronem fastigiata; pessime enim Salmasius h.

porri fibras III, ulpici spicas III, alii[b] spicas III, thuris[c] grana III, herbae sabinae plantas III, rutae folia III, vitis albae caules III, fabulos albos III, carbones vivos III, vini s. III. Haec omnia sublimiter[d] legi, teri, darique oportet.[e] Ieiunus siet qui dabit. Ter triduum 2

medicamentum Lemma est I. B. R. *it.* Vict. Br. (b) *alii* I. I-G. Br. (c) *turis* Pol. (d) *sublimis* W. (e) *oportet bubus ieiunusque* W.

I. interpretatus erat Exercit. Plinian. p. 748. Bene Albert. de Vegetab. pag. 463: *allium radicem habet divaricatam sicut porrum, et id quod est super radicem, in quo est virtus germinis eius, est dentatum, multos habens dentes, quorum quilibet involvitur in spica propria, quam tamen omnes simul dentes eius spicam habeant communem, in qua involvuntur, et sunt dentes eius sicut pyramides duae basibus coniunctis* etc. Crescent. libro VI in lilio: *accipiuntur spici sive bulbi eius virides.* Scilicet Itali hodieque *spicchio* vocant spicam alii vel cepae. Garg. Martialis: *Boves morbos ne noceat dato sumptas salis, terna lauri folia et totidem porri sectivi, et ulpici alii ternas spicas.* Servius ad Georg. I, 120: *et amaris intyba fibris* ex Nigidio haec ponit: φορβὴ, *herba. Sed antea fibra dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt.* Rottboell. p. 40 malebat *micas* salis scilicet gemmae legi.

Thuris) G. Martialis *turis grandis grana terna, herbae sabinae erbas ternas, rutae cauliculos ternas.* Ceterum Polit. liber *turis* habet, contra morem antiquum, quem observat Servius ad Aeneid. VI, 3.

Fabulos albos) Columella *valvulas ervi* habet; sed ibi Lips. liber cum Edd. Iens. habent *balbulis* et pro *ervi* Edd. I. B.R. *albis* habent. Columellae lectionem Catoni reddi volebat Pontedera. G. Martialis post rutam nominat: *sambuci carbones ternos*: ubi Gesner *turiones* carbonibus substituebat, quoniam fontem hunc ignorabat. Pergit Martialis: *Haec omnia sub dio caeli per triduum ex eadem potionem dato, adiecto scilicet vino. Quod ita partieris, ut aequas potiones per triduum accipiat.* Verba *fabulos — vivos III* omisit Ald. et quae eam sequuntur.

Sublimiter) In hoc vocabulo haesit Schoettgen et malebat legi *subtiliter*; saltim esse *sublimiter* referendum monebat ad eum qui leget, teret et dabit medicamentum, ut sublimis seu erectus stet; etsi rationem eius praecepti ignorare confitetur. Gesnerus excogitavit rationem sed ineptissimam. Scilicet sublimiter infunditur medicamentum naribus boum, quo facilius ad interiora perveniat; alias enim in terram relabitur. Igitur *sublimiter* h. l. ineptum est; infra vero recte ponitur, ubi et bos et medicus, sublimes stant. Excidit oleum aut vinum, cum quo haec omnia terenda et infundenda sunt bovi. Ecce in Martiali sequitur: *Sane is, qui dabit, sublime stet et vaso ligneo infundat in os, deiiciat in gutture.* Vnde aliquo modo Catonis locum sarcire licebit: Itaque legerim: *Haec omnia sub dio coeli teri darique oportet. Ieiunus siet, qui dabit. Per triduum* etc. In Martiali verba *deiiciat in gutture* sunt ex glossa. Rottboell p. 42 malebat: *ieiunis ieiu-*

de ea potione unicuique bovi dato. Ita dividito, quum ter unicuique dederis, omnem absumas. Bosque ipsus, et qui dabit, facito ut uterque sublimiter stent. Vase ligneo dato.

LXXI. (LXXII.) Bos si aegrotare[a] coeperit, dato continuo ei[b] unum ovum gallinaceum[c] crudum, integrum facito[d] devoret. Postridie caput[e] ulpici conterito,[f] cum hemina vini, facitoque[g] ebibat. sublimiter terat,[h] et vase ligneo det. Bosque ipsus, et qui dabit, sublimiter stet.[i] Ieiunus ieiuno bovi dato.

LXXII. (LXXIII.) Boves ne[a] pedes subterant, priusquam in viam quoquam ages,[b] pice liquida cornua infima unguito.

CAP. LXXI. (a) *aegrotaverit* I. B. R. (b) *ei* om. I. B. R. Br. *boves* — omisso *ei* G. Martialis. (c) *quod* interserit G. Martialis. (d) *facito ut* ante Vict *facito* om. I. I. *integro facito ut* G. Martialis. (e) *unum* add. I. B. R. Br. Ba- G. A. *postero die caput ulpici alii* G. Mart. reliqua omisit. (f) *et id vase ligneo terito, et* ins. A. Iunt. G. Ba. Tigurina anni 1528. Ascensiana 1529. Paris. 1533. (g) *facitque olebibat* P. *facito bibat* a. V. (h) *terat et -- det* desunt I. I-G. A. (i) *stent* Baa.

CAP. LXXII. (a) *si pedes adtriverint, priusquam in viam mittas, pice liquida cornua perunguito* G. Martialis. (b) *agas* a. V.

nus siet, qui dabit. Recte, puto! Idem vox *sublimiter* quo pertineret, egregie vidit.

CAP. LXXI. Columella VI, 4, 2: *saepe etiam languor et nausea discutitur, si integrum gallinacium ovum crudum ieiunis faucibus inseras, ac postridie spicas ulpici vel allii cum vino conteras, et naribus infundas.* Diversam formulam habet Plinius 28, a. 81. Sed ecce Martialis haec etiam repetiit sic: *Boves si aegrotare coeperint, dato continuo ovum gallinacium, quod crudum integro facit ut devoret.*

Terat et vase ligneo det) Haec inepte dici, iam antea demonstravi ad c. 70, et recte omittunt I. I. G. Vitium arguit vocabulum *vaso*, quum capite praecedenti dixisset *vase*, deinde variatio casus *det*, quum ubique secunda utatur, *dato*, *terito*. Quare si verba *vase ligneo* servare velis, post *bovi dato* adde *et vase ligneo*. Nunc video, *vaso* esse vitium Gesnerianae; antiquissimae enim *vase* habent.

CAP. LXXII. *Cornua*) Corneam pedum partem, uti Aristoteles H. A. VIII, 7: *ἐάν τις τὰ κέρατα ἀλείφῃ κηρῷ ἢ πίττῃ ἢ ἐλαίῳ.* Vide ad Columellae VI, 15, 2. Plutarchus de Sera N. Vind. pag. 65. *καὶ τῶν βοῶν, ἂν εἰς τὰς χηλὰς μαλακιῶσι, προσαλείφειν τὰ ἄκρα τῶν κεράτων*; unde apparet, eum cornua capitis intellexisse. Lectionem Garg. Martialis veram esse puto, quam vide in varietate reliqua positam.

LXXIII. (LXXIV.) Vbi uvae variae coeperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis,[a] uti valeant. Pellem anguinam ubi videris, tollito et condito, ne quaeras quum opus siet. Eam pellem, et far, et salem, et serpullum,[b] haec omnia una conterito, cum vino dato bubus bibant[c] omnibus.[d] per aestatem boves[e] aquam bonam et liquidam bibant semper curato. ut valeant refert.

LXXIV. (LXXV.) Panem testitium[a] sic facito. Ma-

Cap. LXXIII. (a) *quot annis* div. I. B. R. Br. *quod annis* P. (b) *serpyllum* I. I. A. Ba. *serpillum* a. V. (c) *omnibus ut bibant* a. V. (d) *omnibus ut* omitt. P. (e) *bonus* Bon.

Cap. LXXIV. (a) Ita I. B. Br. R. et Cod. Gronovii. *depsiticum* lemma Brusch.

Cap. LXXIII. Columella l. c. *nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent: est etiam remedio cum dulci vino tritum serpyllum et concisa et in aqua macerata scilla.* Plinius 30, s. 53: *Anguina pelle et sale et farre cum serpyllo contritis una deiectisque cum vino in fauces boum, uva maturescente, toto anno eos valere.*

Liquida) I. e. pura, non turbida. Inepte igitur Meursius *limpidam* corrigebat. Hinc *eliquare* oleum et mustum et vinum est faecibus purgare. Haec recte admonuit Popma. Aristoteles H. A. VIII de bove: ἐὰν γὰρ μὴ καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ καὶ ψυχρὸν καὶ ἀκέραιον, οὐκ ἐθέλει πίνειν. Monitum igitur Catonis pertinet non ad solam aestatem, sed ad reliquum etiam anni tempus. Nec tamen verba *per aestatem* commode licet ad remedium antea positum referre.

Cap. LXXIV. *testitium*) Edd. principum *testitium* praefero vulgatae *depsticium*, admodum ineptae. Omnis enim farina in panam depsitur, adeoque omnis panis esse depsticius. Sed qui sub testu coquitur, recte dicetur *testitius*, graece κριβανίτης; diversus a furnaceo, Graece ἰπνίτῃ, quo et qualitate et bonitate superior, utpoto magis percoctus, teste Galeno L. I. de Alim. Facult. Cf. Cornarium ad Galen. de Medic. composit. pag. 306. Harduinus Plinii 18, sect. 27 speusticum intelligi putabat, quia farina sine fermento subigatur, nec aqua calefiat. Sed fermenti mentionem nullibi fecit Cato. Addo nunc locum Plinii 18, c. 11: *certumque fit Ateii Capitonis sententia, testu panem lautioribus coquere solitos, pistoresque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos.* Sic vulgatum *tostum* correxit Vrsinus Append. ad Ciacconii Triclin. pag. 160, ubi tamen rectius cum Turnebo Harduinus *coquos* dedit. Artoptam ex Plauti Aulul. II, 9, 4 nominavit etiam Plinius l. c. Quanquam in Catone fuisse puto olim *testuatium*. Ita enim Varro L. L. IV, p. 27: *testuatium, quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matalibus id faciunt matronae.* Ceterum idem Varro Libro I de vita populi romani apud Nonium in *Lixarum* ita tradit: *proinde ut elixum pa-*

nus, mortariumque bene lavato. Farinam in mortarium indito, aquae paulatim addito, subigitoque pulchre. ubi bene subegeris, defingito, coquitoque sub testu.[b]

LXXV. (LXXVI.) Libum hoc modo facito. Casei P. II. bene disterat[a] in mortario. ubi bene distriverit, farinae siligineae[b] libram,[c] aut si voles tenerius esse, selibram similaginis[d] solum eodem indito, permiscetoque cum caseo bene. ovum I. addito, et una permisceto bene. Inde panem facito. Folia subdito. in foco caldo[e] sub testu[f] coquito leniter.[g]

LXXVI. (LXXVII.) Placentam sic facito. Farinae siligineae[a] L. II. unde solum facias, in tracta[b] farinae

A Iunt. G. Vulgo *depsticium*. Lemma Polit. *depsiticium*. (b) *testa* a. V.

Cap. LXXV. (a) *disterat* Bon. *desisterat* Reg. (b) *siliginiae* Iuntt. (c) *libra* Pol. (d) *siliginis* I. I-G. A. (e) *calido* a. V. (f) *testa* a. V. praeter Ald. Iuntt. *testu*, Brh. (g) *leviter* a. V. praeter Ald. Iuntt.

Cap. LXXVI. (a) *siligneae* Bon. Br. (b) *tractu* I. B. R. Br. (c) *dempsito* I.

nem ex farre et aqua frigida fingebant.

Sub testu) Prisciani et Plinii exemplis atque auctoritate hanc formam pro vulgata *testa* confirmavit Schoettgen et Gesner. Vas testaceum primum, deinde etiam aeneum significavit. Ad hoc et reliqua capita facit egregie locus in Moreto versu 43 et seqq. *lacvatum protinus illam* (farinam) *componit tabula, tepidas super ingerit undas. Contrahit admistos tum fontes atque farinas, transversa duratque manu, liquidoque coactos grumoso interdum spargit sale. Iamque subactum format opus palmisque suum dilatat in orbem, et notat impressum aequo discrimine quadras. Infert inde foco: Cybale mundaverat aptum ante locum: testisque tegens superaggerat ignes; dumque suas peragit Vulcanus testaque partes* etc. Ita enim locus ille est legendus. Varro de L. L. V, p. 46: *Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi*, hedera *coronatae anus cum libis et foculo pro emptore sacrificantes.*

Cap. LXXV. *Folia subdito*) Laurina adhibet Cato cap. 76, 3, et cap. 121. Liba sunt, quae Graeci ἴτρια vocant. Ceterum recte Pontedera corrigit: *disteras — distriveris.*

Cap. LXXVI. *Solum*) Turnebus Advers. 23, 10, et Popma admonuerunt, placentae fundamentum, quod primum fingitur latius, dici solum; balteum, soli partem, quae placentam ambit et cingit; solo imponi tracta, id est massulas farinaecas varie fictas, et manibus subactas et tractatas. Apicius V, 1 in pultibus tractogalatis tres orbiculos tractae siccas confringit et summittit lacti. Sed VI, 9 tracta con-

L. III. et alicae primae L. II. alicam in aquam infundito. ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito, siccatoque bene. Deinde manibus depsito.[e] ubi bene subactum erit, farinae L. IIII. paulatim addito. id utrunque tracta facito. In qualo, ubi arescant, componito.[d] ubi arebunt, componito puriter. Tum[e] facies in sin- 2
gula tracta. ubi depsueris,[f] panno oleo uncto tangito, et circumtergeto,[g] unguitoque,[h] ubi tracta erunt,

R. B. Br. *deposito* et deinceps *deposueris* Cod. Gronovii. (d) *composito* I. B. R. Br. (e) *cum* I. B. R. Br. (f) *dempsueris* P. *dempseris: parvo* I. B. R. Br. (g) *circumtegito* I. B. R. Br. Herv. *circumtergito* I. I. Ba. A. Gr. G. (h) *ungitoque*

fringit, genere neutro. Plinius 18, s. 27 de pane Piceno ex alica facto: *eum novem diebus macerant, decimo ad speciem tractae subigunt uvae passae succo.* Pani et καπυρίδιοις admisceri tracta (τράκτα) monet Athenaeus III, p. 113. Sed vide ad c. 78.

In tracta) Distinctionem ante haec verba posui, ut appareret nunc dispensari farinae et alicae portionem in tracta, quum antea in solum placentae farinam promsisset. Sic voluit etiam Rottboell.

Alicae primae) Tria enim genera eius pro granorum magnitudine facit Plinius 18, s. 29.

Id utrumque) Id est ex farina et alica simul subacto facito tracta.

Puriter) Turnebus l. c. emendat *pariter*, i. e. facies, ut ante feceras, quum in qualo poneres. Ceterum tracta sicca, quae confringantur, supra ex Apicio posui. Sed h. l. dubium est, tracta an farinam cum alica subactam in qualo componat Cato. Puto farinam cum alica intelligi; nam tracta mox finget. Paulo antea *uti arescant* malebat A. Gronov.

In singula tracta) Turnebus interpretatur: singula tracta trartabis, subiges at finges. Sed ita delenda erit praepositio. Quid si fuit olim: *ubi arebunt, puriter tum facies singula tracta?* Ceterum videtur tracta antea coqui, et cocta deinde solo placentae imponi velle. Alioqui foci et testi mentio hoc loco aliena erit.

Panno uncto) Hodie penicillos adhiberi in simili usu, admonat etiam Gesner. Quin Rottboell mavult h. l. legi *penna oleo uncta*.

Vbi tracta erunt) Turnebus: quum tracta ficta erunt; Gesner, locum soli, ubi tracta erunt, interpretatur, quasi per prolepsin, quia deinceps demum de solo praecipit. Praeterea Pontedera, probata Turnebi interpretatione, admonet Interpungendum post *coquas*, non ut vulgo fit, post *erunt*. Vugi enim iubet focum, id est, vas coquinarium, in quo cibi assantur. Minus foculum vocabant, unde Halorum *focolare* derivat Pontedera. Prius igitur testum calefit, focus autem unguine tangitur, ne adusta placenta adhaereat. Testum est κρίβανος in quo focus ipse cum placenta coquitur. Non dubitavi obtemperare viro docto in re manifesta. Idem locum Attii in Atreo apud Nonium: *concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus, lacerta in focos* corrigit ita,

focum, ubi[i] coquas;[k] calfacito[l] bene et testum.[m] Postea farinae L. II. conspergito,[n] condepsitoque. Inde facito solum tenue. casei ovilli[o] P. XIIII.[p] ne acidum siet[q] et bene recens, in aquam[r] indito. ibi macerato, aquam ter mutato. Inde eximito, siccatoque bene paulatim (manibus,[s]) siccum bene in mortarium imponito.
3 Vbi omne[t] caseum bene[v] siccaveris, in mortarium purum manibus condepsito,[x] comminuitoque[y] quam maxime. Deinde cribrum farinarium purum sumito, caseumque per cribrum facito transeat in mortarium. Postea indito mellis boni P. IIII, s. id una bene commisceto cum caseo. Postea in tabula pura, quae

a. V. (i) *ea* ins. Ba. G. A. (k) *cocas* Pol. (l) *calefacito* I. B. R. Br. Ba. G. (m) *textum* I. B. R. Br. *testam* Hervag. (n) *conspargito condempsitoque* I. B. R. Br. *conspargito* etiam Po. 2. (o) *ovilis* a. V. (p) *pond.* XIII. H. A. Gr. G. (q) *siet* omitt. I. B. R. Br. (r) *ter* ins. a. V. (s) *manibus* om. I. B. R. Br. (t) *omnem* a. V. (v) *bene* deest I. B. R. Br. (x) *condempsito* I. B. R. Br. (y) *comminutoque* Iens. Br. Ald. *communuitoque* Reg. *communitoque* Iunit.

ut *semen tribuit* corrigat. Denique a foco derivat verbum *focillare*, *refocillare*. In utroque Florent. Codice *calefacito* esse addit.

Solum tenue) Recte post haec interpungi vult Gesner; itaque feci. Nam solum fit e farina.

Paulatim manibus) Edd. primae *manibus* omittunt, igitur inclusi, utpote ex sequentibus huc tractum. Manibus enim caseus siccari non poterat

Omne caseum) Hanc ut antiquiorem formam ex Nonio defendit Barth. Adv. 24, 1, et Meursius. Ceterum in vario placentarum genere caseus arefactus et contritus per cribrum adiiciebatur. Athenaeus XIV, pag. 647. Ita de phthoe: τυρὸν ἀκπιέσας τρῖβε καὶ ἐμβαλὼν ἐς κόσκινον χάλκεον διῆθει, εἶτ' ἐπίβαλλε μέλι καὶ σελίγνεως ἡμίναν καὶ συμμάλαξον εἰς ἕν. Caseum molle ex Pomponio laudat Charisius I, p. 60. Idem I, cap. 17 *seru*, ὀρρὸς habet, pro *serum*.

Cribrum farinarium) Viciarium et foliarium habet Columella VIII, 5, 16. Palladius Octobri XIV, 13: *tundis et in tenuissimum pulverem cribro excutiente deducis*. intelligit cribrum excussorium. Plinius 18, c. 11: *Cribrorum genera Galli e setis equorum invenere, Hispani e lino excussoria et pollinaria, Aegyptus e papyro atque iunco*. Farinaria et pollinaria cribra dicuntur, quod frumenta commolita succernebantur eorum ope, ut farina et pollen purus a furfuribus discerneretur. Scilicet antiquus mos frumenti moliti separatim purgandi cribris hodieque in multis Galliae et Germaniae locis obtinet. Recentior et multo commodior molarum fabrica appenso sacciformi cribro statim furfures a farina secernit. Vide haec accurate explican-

pateat P. I. ibi balteum ponito, folia[z] laurea uncta supponito, placentam fingito. Tracta[a] singula in totum 4 solum primum ponito, deinde de mortario tracta linito, tracta addito singulatim, item linito usque adeo, donec omne[b] caseum cum melle adusus[c] eris. In summum tracta[d] singula indito, postea solum contrahito[e] ornatoque focum. * de[f] ve primo, temperatoque,[g]

(z) *foliaque* a. V. (a) *Tractam* Pol. 1. *Tractam in* Pol 2. (b) *omnem* a. V. (c) *abusus* a. V. et Cod. Gronovii qui antea *in mortario. absumseris* Brb. (d) *tractam* P. 1. *Tractam in* P. 2. (e) *contracto* Pol. 2. (f) *de veprino* Pol. 1. et Cod. S. Reparatae. *de ve prino* Pol. 2. *Deinde premito* I. B. R. Br. Brh. *de iunipero* A. Iunt. G. ubi punct. praec. tollit Herv. eiusque loco ponit

tem Io. Beemann Historiae Inventor. T. II, p. 40.

Balteum) Turnebus soli partem replicatam interpretatur. Ceterum ordinem verborum turbatum esse suspicor. Primum enim ponendum erat solum, deinde balteus; utrique prius subiiciantur folia. Docet id cap. 121 de mustaceo: *ubi definxeris lauri folia subtus addito, quum coques.* Deinde miror folia laurea uncta supponi; aptius enim mihi videtur tabulam ungi, ne massa adhaereat. Ordo hic esse debere videtur: *tabula pura et uncta, quae pateat pedem unum, placentam fingito, ibi balteum ponito, folia laurea supponito.*

De mortario) De caseo per cribrum in mortarium succreto et cum melle mixto. Monet ita Gesner. Ceterum sequentia verba aptius hoc ordine collocanda mihi videntur: *tracta addito singulatim, item linito, usque adeo in summum tracta singula indito, donec omne caseum cum melle adusus eris; postea solum contrahito.*

Adusus) Antiquam lectionem *abusus* praeferebat Turnebus.

Solum contrahito) Turnebus ita explicat. Quum fingitur placenta, positis tractis ita, ut in summo singula sint, solum, quod in imo latum erat, replicatum in metam sursus versus colligitur, totaque tracta cingit et tractorum condimenta complectitur. Hinc comparat eum Gallorum tartis. Contra Gesner interpretatur: replicato ut minus fiat, existatque balteus. At enim balteum iam antea posuerat, quum placentam fingi iuberet. Praeterea *in totum solum primum* tracta poni iubet, et deinde in *summum* solum memorat, idque contrahi ait, et replicatum in metam sursum colligi, ut ultima tracta contegantur. Igitur magis probo rationem Turnebi.

De ve primo) Mendae notam liber Victorii etiam, unde lectio vulgaris fluxit, appositam gerebat. In tam corrupto loco certam emendandi rationem esse recte negat Pontedera, qui primum coniecit: *leni pruna temperataque* vel *leni igne*, deinde in Curis secundis *adepte verino* vel *primo temperatoque* interpretatus *primo* praecipuo, quia citius liquescat adeps verrinus. Turnebus malebat: *bene primo*. Popma *leni pruna.* Gallicus interpres *igne primo*. Rottboell, vel *inde ignem primo*

tunc placentam imponito testo[h] caldo, operito pruna[i] insuper, et circum operito. Videto ut bene, et otiose percoquas. aperito, dum inspicias, bis aut ter. ubi cocta erit, eximito, et melle unguito:[k] haec erit placenta semodialis.

LXXVII. (LXXVIII.) Spiram sic facito. Quantum voles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, nisi alio[a] modo fingito in solo tracta. cum melle oblinito bene. Inde tanquam restim tractes[b] facito,

comma, Ba Gr. G. (g) *que* abest Pol. 2. (h) *texto* omn. praet. P. I. I. *testu*, Brh. (i) *pruna - operito* desunt I. B. R. Br. (k) *ungito* a. V.
Cap. LXXVII. (a) *quod* inser. I. B. R. Br. *sic* Ba - G. A. (b) *tractes* omitt.

temperatoque; vel *deinde igne parum temperato.*

Imponito testo) Audacter mutavi vulgatam distinctionem, factam ab iis, qui non intelligebant, focum poni in testo seu elibano calefacto, et clausilem fuisse. Hunc focum desuper et circa latera prunis tegere iubet; quo melius percoquatur placenta. Vulgata distinctio testo caldo operiri placentam vult perquam inepte. Nolo diutius immorari confutandis Gesneri rationibus. Focum sub testu poni manifeste tradit Cato c. 75.

Semodialis Rationem nominis nondum excogitavi. Forte tamen dicitur ita, ut κοτυλίσκοι apud Athenaeum XIV, p. 647: *οἱ ἐκ τρίτου μέρους τοῦ χοίνικος γενόμενοι πλακοῦντες*. Semodius continet 13 libras 8 uncias. Farinae Cato et alicae libras 8, casei 14, mellis 4 1/2 indit; igitur libras omnino 26 1/2, quae ipsa mensura efficit modium, non semodium. Quid igitur, si fuit *modialis?* Nunc demum video Gallicum interpretem mecum sentire: *pour designer la quantité d'ingrédiens qui entroient dans la composition.*

Cap. LXXVII. *Quantum voles*) Haec pertinere puto ad mensuram farinae, proportione magnitudinis, quam volueris placentae seu spirae dare, sumendam. Itaque post *ratione* punctum ponendum censeo. Sic cap. 93 est *pro ratione.*

Nisi alia) I. e. sed alio modo. Rectius fortasse Edd. I. B. R. *nisi quod alio*; sed etiam alibi *nisi* simpliciter ita posuit Cato. Spira similis videtur Graecorum στρεπτοῖς apud Demosthenem et Pollucem VI, 77. Festus: *Spira dicitur — et genus operis pistorii et funis nauticus in orbem convolutus.*

Fingito) Post hanc vocem interpungam; nam tracta non finguntur nunc, sed imponuntur solo. Deinceps Meursius malebat *tum melle oblinito bene*. Equidem deesse verbum puto *imponito* post *tracta*, totumque locum ita corrigo: *fingito; in solo tracta imponito; tum melle obl. bene.*

Tractes facito) Recte Iunt. omittunt *tractes*. Locum corrigo: *tanquam restim facito, ita tracta imponito in solo.* Infra c. 80: *hoc in restim quasi spiram facito.* Vocabulum *tracta* eodem modo vitiatum legebatur capite insequenti.

ita imponito in solo,[c] dein plicis[d] completo bene arcte.[e] Caetera omnia quasi placentam facias, facito, coquitoque.

LXXVIII. (LXXIX.) Scriblitam sic facito. In balteo tracta ex[a] caseo, ad eundem modum facito, uti placentam sine melle.[b]

Iuntt. (c) *sole de* I. B. R. Br. (d) ita pro Victorii *simplicibus* habent I. I-G. Ald. *de simplicibus* I. B. R. Br. (e) *arte* I. B. R. Br.

Cap. LXXVIII. (a) Vulgo cum Victorio legunt: *tractes caseo*, sed *baltheo tracta ex* Iuntt. *tractis* P. (b) *coquitoque* add. a. V.

Dein plicis) Vulgatam a Victorio *simplicibus* vitiosam esse, sententia satis docet, nec explicare eam potuit Victorius, uti ipse confitetur. Ex vestigiis huius lectionis et antiquioris *de simplicibus* aut *dein plicis* Pontedera effecit hanc: *restim plicis usque bene arcte completo*. In curis secundis tentavit: *restim plexibus*: i. e. sic comprime, ne plicae appareant, ut de sphaerita loquitur. Locus de sphaerita infra cap. 82 ita habet: *sphaeras in solo componito, densas eodem modo componito atque spiram*. Gesnero placebat *sine plicis*. At sic non apparet forma spirae. Quare veterem lectionem *dein plicis* restitui, quoniam intelligi potest, et ad formam spirae pertinet, quae plicis bene densis et arctis efficitur. Ad *completo* intellige solum. Ceterum scriblitam, enchytum et spiram ex caseo fieri tradit Athenaeus XIV, p. 647, quod non omnino esse verum, hic locus docet. Scriblitam aestuantem nominat Plautus in Poenulo, et Martialis Libro III, epigr. 17, mensis secundis scriblitam adhibet. A notis, quibus erat signata, dici monet Popma. Alii voluerunt *striblitam* quasi *strebilitam*, id est, tortum dici. Scriblitarium ex Afranio nominat Nonius. Vulgatam *simplicibus* defendit, atque ita interpretatur Rottboell: in spira modo unam et simplicem fuisse tractarum seriem, in placenta duplicem vel triplicem factam e tractis, quarum una alteri imponeretur.

Cap. LXXVIII. *Tracta ex caseo*) Hanc lectionem Victorianae praeferebat ipse Gesner. Intellige *ponito*. In placenta tracta fiebant ex alica et farina, caseo cum melle mixto linebantur. Hinc apparet *tracta* quae proprie dicantur. Ecce enim Athenaeus XIV, p. 645: ἔμπεπται πύρινος ἄρτος κοῖλος καὶ σύμμετρος ὅμοιος ταῖς λεγομέναις κρηπῖσιν, εἰς ἃς ἐντίθενται τὰ διὰ τοῦ πυροῦ σκευαζόμενα πλακούντια. Hesychius: ἔμπιπα· πλακούντια πύρινα εἰς ἃ ἐντίθενται τὰ διὰ τυροῦ. Ῥόδιοι. Tracta sunt igitur h. l. πλακούντια διὰ τυροῦ σκευαζόμενα. Forte etiam comparare licebit Graecorum πηνία, ἃ τοῖς πλακοῦσιν ἐπετίθετο προσεοικότα πηνίοι; apud Pollucem VI, s. 79.

Sine melle) Scriblita hoc differt a placenta, quod sine melle fit. Scilicet etiam Horatius I, Epist. 10, versu 11 mellitas placentas dixit. Igitur post *placentam* interpungo. Hinc apud Petronium c. 66 mensa videtur rustica, ubi *scribilita fuit frigida, et supra mel caldum Hispanum infusum*. In quo duplex error homini eleganti committi

LXXIX. (LXXX.) Globos[a] sic facito. Caseum cum alica ad eundem modum misceto. inde quantos voles facere facito. in ahenum[b] caldum unguen indito. Singulos aut binos coquito, versatoque crebro duabus rudibus; coctos eximito. eos melle unguito,[c] papaver[d] infriato, ita ponito.

LXXX. (LXXXI.) Encytum[a] ad eundem modum facito, uti globos,[b] nisi calicem pertusum cavum habeas. ita in[c] unguen[d] caldum fundito. hoc in restim[e]

CAP. LXXIX. (a) *globulos* a. V. (b) *aenum* P. *aeneum* I. B. R. Br. (c) *ungito* a. V. praeter Iuntt. (d) *papavere* a. V. deinde *infricato* Cod. Gronovii.

CAP. LXXX. (a) *Encitum sic ad* I. B. R. Br. *Enchytum sic* I. I-G. A. (b) *globulos* a. V. *ut globulos* Br. (c) *in* omitt. I. B. R. Br. (d) *unguem* Sphalma Commel. (e) Vulgo *honestum quasi* et cet. *tostumque* W. *Hoc pestum* videbatur, quod mel addebatur, et quod ipsa scriblita frigida ponebatur. Martialis III, Epigr. 18: *Circumlata diu mensis scriblita secundis urebat niveo saeva calore manus*; ubi niveus calor arguit absentiam mellis.

CAP. LXXIX. *Globos*) In loco Varronis de L. L. libro IV, ita etiam ex libro scripto legit Victorius: *a globo farinae dilatato item in oleo cocti dicti globi*; ubi ante erat *globuli*. Hinc *mellitos verborum globulos* a Petronio cap. 1 dici monent Interpretes. Sed in Varrone p. 28 hodie legitur: *Item in oleo cocti dicti a globo globuli*; et verba *a globo farinae dilatato* pertinent ad antecedentia.

Quantos) I. e. quot. Saepe ita Palladius, qui et *aliquantos* pro aliquot posuit.

Papaver) Ex antiqua lectione *papavere* Meursius efficiebat *papaverem*, et multis exemplis docet, veteres scriptores etiam sexu masculo usurpasse papaverem. Athenaeus XIV, pag. 646 sesamides interpretatur σφαιροειδῆ πέμματα ex melle sesamo et oleo fricta. Varro apud Nonium p. 220, ed Mercerii: *infrias seni papaverem*

CAP. LXXX. *Encytum*) Haud scio an praeferenda lectio *Enchytum*, quod est ipsum graecum vocabulum; etsi monet Popma saepe adspirationem ab antiquis scriptoribus omissam fuisse in vocabulis graecis. Ἔγχυτον cum aliis placentorum generibus nominat Pollux VI, s. 77. Alius est πλακοῦς ἐπίχυτος dictus ibidem. Nominat etiam Athenaeus XIV, p. 644. Festus: *subucula genus libi, quod diis datur ex alica et oleo et melle*, ubi Scaliger ex Glossis suis posuit: *Subitillus* ἔγχυτον, ubi forte *savillum* Catonis cap. 84 ex *savitillum* contractum latet.

Habeas) Ita cum Broukhusio scribendum esse pro *habeat*, monuit Gesner. Sensus est: nisi quod calice cavo pertuso opus est, per quem massam in unguen calidum fundis. Calix pertusus infundibili vices gerit.

In restim) Quod Victorius e libris edidit, *honestum*, ad magnitudinem et elegantiam ipse referebat. Iucundi correctionem cum Meursio probavi;

quasi spiram facito. idque duabus rudibus vorsato,[f] praestatoque.[g] item unguito;[h] coloratoque, caldum ne nimium. id cum melle, aut cum mulso apponito.

LXXXI. (LXXXII.) Erneum[a] tanquam placentam facito,[b] eadem omnia indito quae in placentam. id[c] permisceto in alveo.[d] Indito in hirneam[e] fictilem, eam demittito[f] in aulam[g] aheneam[h] aquae calidae plenam. ita coquito ad ignem. Vbi coctum erit, hirneam[i] confringito,[k] ita ponito.

I. B. R. Br. *Hoc in restim* A. Iunt. G. (f) *versato* a. V. (g) *perfrigitoque* I. I-G. A. (h) *ungito* a. V.

Cap. LXXXI. (a) *Herneum* Iens. et lemma Br. *placentum* praeterea ins. Cod. Gronovii. I. B. R. Br. (b) *facito* ins. I. I-G. A. (c) *eo* I. B. R. Br. et I. I-G. A. (d) *alveo indito* I. B. Br. R. *id indito* Cod. Gronov. (e) *irneam* Pol. *urneam* Cod. Gronov. (f) *dimittito* Pol. 2. (g) *aullam* Iunt. Ba. A. (h) *aeneam* I. a. V. *ahenam* P. (i) *irneam* P. (k) *constringito* I. B. R. Br. *confrigito* Hervag.

alias non apparet spirae similitudo. De spira vide supra c. 77. Ex lectione *pestum* Gesner efficiebat *pastum*, unde pastilli. Sed nihil pastus seu pastum ad hunc locum. Vulgatam intelligi posse nunc puto; veram tamen non praesto. Forte fuit *quasi restim ut in spira facito.*

Praestatoque) Etiam hic praefero antiquam lectionem *perfrigitoque*. Victorianam nemo potuit explicare. Popma malebat *pressatoque*, interpretatione non addita. Demum Cel. Rotthoell *praestato* interpretatus est *coctos eximito*; quod ni fieri possit, malebat *prensatoque*. Idem simplicitate Catonis alienum censens *coloratoque* mutat in *collocatoque*.

Cap. LXXXI. *Erneum*) Vasculum planum et ex parte concavum, referens formam manus, ab *hir*, *hirneam* dictam esse docet Turnebus 23, 10. Hinc *irnella vasis genus in sacris* teste Festo. Vasis vinarii genus est apud Plautum in Amphitruone. Casaubonus irneum esse suspicabatur, qui Athenaeo dicitur ὀστρακίτης πλακοῦς. In Plauti Amph. I, 1, 223 olim *cyrneam* non *hyrneam* legit Nonius, qui vasis vinarii genus interpretatur. Ex Gruteri Inscript. *Cyrnearium* posuit Gesneri Thes. L. L. Scaliger *Erneum* dictum censebat ab ὄρνεον, ut a Scarabaei genere cantharum. Ab alio fonte *hira*, *hilla* pro intestinis derivatur *hirnea*, quae vulgo *hernia* scripta legitur. In Nonio pag. 167, scriptura Codicis egregii Guelferbytani primum me in viam verae etymologiae deduxit.

Placentam facito) Verbum *facito* addi voluit etiam Pontedera.

Confringito) Gesner malebat *erneum confrigito*, id est, diligenter in oleo fervente frigito. Sed erneum a vasis forma, ubi coquitur, dictum puto; quae forma ut servetur, vas confringitur vile, et nisi fallor, collo angusto.

LXXXII. (LXXXIII.) Spaeritam[a] sic facito, ita uti spiram, nisi sic fingito.[b] de tractis, caseo, melle, sphaeras pugnum altas facito. Eas in solo componito, densas eodem modo componito atque[c] spiram, itemque coquito.

LXXXIII. (LXXXIV.) Votum pro bubus, ut valeant, sic facito. Marti Silvano in silva interdius, in capita singula boum votum facito[a] farris adorei libras III. et lardi P. IIII. s.[b] et[c] pulpae P. IIII. s. vini sextarios tres.[d] Id in[e] unum vas liceto coniicere,[f] et vinum item[g] in unum vas liceto coniicere.[h] Eam rem divinam vel servus, vel liber licebit faciat.[i] Vbi res divina[k] facta erit, statim ibidem consumito. Mulier ad eam rem divinam ne adsit, neve videat quomodo fiat. Hoc votum in annos singulos, si[l] voles, licebit vovere.

LXXXIV. (LXXXV.) Savillum hoc modo facito

Cap. LXXXII. a. *Sperioam ita* Pol. 2. *Spaerioam* I. B. R. Br. *Sphaerioam* I. J-G. A. (b) *effingito* a. V. (c) *adque* P.

Cap. LXXXIII. (a) *facito. Adoris lib.* I. B. R. Br. *facito. Farri* I. P. *adorei* qm. etiam Codices duo Vrsini. et Cod. Gronovii. (b) *S. et* deest I. J-G. A. (c) *et pulpae* P. IIII. s. desunt I. B. R. Br. (d) *S.* add. a. V. (e) *inunuas* P. 4. sed Pol. 2. nobiscum. *in urnas* a. V. qui Codd. suorum scripturam *Idinum duas liceto* correxit. (f) *coicere* P. (g) *idem* a. V. et Cod. Gronovii. (h) *coiecre* P. (i) *facere* I. B. R. Br. (k) *divinas* P. (l) *voles, si* Br.

Cap. LXXXII. *Spaeritam*) Antiquo more pro sphaeritam; et tamen paulo post *sphaeras* nominat, non *spaeras*. Ceterum rectius leges *Spaeritam ita facito, uti spiram*. Deinde post *fingito* distinctionem posui; et vocabulum *detractis* divisi, ut sensus constaret.

Cap. LXXXIII. *Silvano*) Eundem esse putant, qui cap. 124 Mars pater dicitur.

Farris adorei) Vrsinus abesse malebat *adorei*, fretus auctoritate duorum Codd. et Polit. Mihi vera videtur lectio Edd. principum *facito; adoris libras III*. Quod enim frumentum antiqui ador vocarunt, recentiores scriptores romani *far adoreum* dixerunt.

Liceto) Comparat Rottboell *oportcto*, quod Festo in *occisum* et *opima spolia* restitui voluit Scaliger.

Cap. LXXXIV. *Savillum*) A soavitate dictum monet Popma. Veteres enim *savior* et *saviata* pro *suavior*, *suaviata* dixerunt. Vide supra ad cap. 80.

Farinae selibram, casei P. II. S. una commisceto[a] quasi libum,[b] mellis P. ⸗—[c] et ovum unum.[d] Catinum fictile oleo unguito.[e] Vbi omnia bene commiscueris in catinum, indito catinum testo,[f] operito. videto ut bene percoquas[g] medium, ubi altissimum est. ubi coctum erit, catinum eximito, melle unguito,[h] papaver[i] infriato, sub testum[k] subde paulisper, postea eximito. ita pone cum catillo,[l] et lingulis.[m]

LXXXV. (LXXXVI.) Pultem Punicam sic coquito. Libram alicae[a] in aquam indito, facito uti bene madeat.[b] Id infundito[c] in alveum purum, eo casei recentis P. III. mellis P. S. ovum unum, omnia una[d] permisceto bene. Ita insipito in aulam[e] novam.

Cap. LXXXIV. (a) *commisceto* Bon. (b) *librum* Herv. (c) S. Ba. H. Gr. G. S. · ⁝ ⸗ Ald. deest I. B. R. I. I. Br. (d) *unum* deest a. V. (e) *ungito* a. V. (f) Ita pro *texto* Iuntt. (g) *percocas* P. *percoquas*: *moleum* I. B. R. Br. (h) *ungito* a. V. (i) *papavere* I. I. G. deinde *infricato* Cod. Gronov. (k) Ita pro *textum* P. I. I. *testo* I. B. R. Br. (l) *cativo* P. *catino* a. V. (m) *lingulas* Cod. Gronovii et I. B. R. Br. In marginibus vetustissimi Codicis, cum quo hunc nostrum conferebamus, haec erant ascripta verba hic, eiusdem librarii manu, qui et ipsum descripserat Codicem: *Huc usque de duobus emendavi, hinc de uno exemplario tantum* Pol. Eadem verba retulit Victorius.

Cap. LXXXV. (a) *aligae* P. (b) *madeant* I. B. R. Br. (c) *fundito* I. B. R. Br. (d) *una* om. I. B. R. Br. (e) *aullam* I. I. Ba. A.

Quasi libum) In libo enim cap. 75 caseum et farinam similiter posuit. Ceterum post *libum* posui distinctionem.

Commiscueris) Vulgatam distinctionem: *commiscueris, in catinum indito. Catinum texto operito*; mutavi, ut sensus fieret manifestior. Catinum immittitur testo, ita enim scribendum erat pro *texto*) non operitur testo; sed operculo contegitur, et desuper forte prunis, ut percoquatur. Testum est κλίβανος, ut saepe iam admonui. Similiter focum immissum testo operire iubet, et prunis desuper tegi

Lingulis) Savillum in catino ponitur, nec eximitur, sed ligulis hauritur a conviviis ex catino.

Cap. LXXXV. *Punicam*) Hinc pultifagus opifex apud Plautum Mostell. III, 2, 143. Vide Interpretes ad Plautini Poenuli Prologum. Romana puls ex faba cocta, ut graeca. πολτὸν πυάνιον ex Alcmane habet Athenaeus XIV, p. 648. Punicum libi genus, alias probum dictum, omnium suavissimum habet Festus h. v.

Insipito) Infra c. 90 iterum ponitur verbum. Festus: *insipere farinulam, iacere pultis, unde dissipare, obsipare, ut quum rustici dissipant obsipa pullis escam.*

LXXXVI. (LXXXVII.) Graneam triticeam sic facito. Selibram tritici puri in mortarium purum indat, lavet [a] bene, corticemque [b] deterat bene, eluatque bene.[c] Postea in aulam [d] indat, et aquam puram, coquatque.[e] Vbi coctum erit, lacte addat paulatim usque adeo, donec cremor crassus erit factus.

CAP. LXXXVI. (a) *lavetque* a. V. (b) *corticem decenter eluat. Postea* I. B. R. Br. (c) *bene* om. I. I. G. (d) *aullam* I. I. Ba. A. (e) *cocatque* P.

CAP. LXXXVI. *Graneam*) Plinius 18, sect. 29, n. 3: *alia ubique ratio adulterandi alicam; ex tritico candidissima atque grandissima eligunt grana, et semicocta in ollis postea arefaciunt sole ad initium, rursusque leviter adspersa molis frangunt. Ex zea pulcrius, quam ex tritico fit granum, quamvis id alicae vitium sit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert.* Deinde libri scripti pro *granum* alii *granacum* alii *gracum*, Colbert. 2 *granaeum* praeferunt. Postremam scripturam praefert Harduinus. Hieronymus Libro I Paralip. e. 23: *primitiae enim spicarum quando deferebantur, et grana comedebantur, quod genus cibi vulgo graneas vocant.* Ex avena granellum habet Vincentius Specul. natur. XI, c. 60. Mihi Cato cum Plinio graecum tragum dicere videtur, quem ex zea olyra et tritico parari testatur Galenus. Ex olyra et tritico parant Geoponica III, 8, maceratum triticum pinsunt, deinde sole siccant, postea aspersa pilo repetunt, donec cortices omnes fuerint detriti. De modo ad coenam apparandi tacent. Quod Harduinus mecum sentienti Turnebo opponit a. 16, Plinium iam antea de trago docuisse, id me quidem non moratur. Nam locus ille: *simili modo ex tritici semine tragum fit in Campania duntaxat et Aegypto*; nimis brevis est; et Plinius eandem rem variis nominibus celebratam diversis etiam locis saepe repetiit. In eodem loco *tritici semine* vitiose poni videtur pro *tritico et semine* sc. adoreo, seu alicastro.

Indat) Formam *indas, laves — deteras, eluas* et sic in reliquis restitui volebat Pontedera; recte! Ita etiam reconcionabis vulgatas formas capitis sequentis. Ceterum ordo naturalis esse videtur hic verborum. *puri lavet bene, in mortarium, — indat, cortic.* etc.

Eluatque) Puto velle quod Mago apud Plinium 18, s. 23: *selamam in calida maceratam exporrigi, deinde confricari et frigida mergi, ut paleae fluctuentur.*

Cremor) Ptisanae cremorem ex Vegetio I, 26, 4 comparavit Gesner, et ex Celso III, 7. Addit ex Ovidio Medic. fac. 95. Hordea quem faciunt, illis infunde cremorem. Lac expressum ex grano, aqua macerato, Georgius Alexandrinus, succum ptisanae interpretatur Cagnatus Var. Obs. I, 50, Scaliger in Scaliger. primis p. 52 ait esse vocabulum vetustum Gallicum *cremor*, unde sit Cremona appellata, propter soli ubertatem. Potuit etiam a crescendo fieri *cremor* et *crementum*. Iterum capite sequenti cremor nominatur.

LXXXVII. (LXXXVIII.) Amulum [a] sic facito. Siliginem purgato bene, postea in alveum indat, eo addat aquam bis in die. Die decimo aquam exsiccato, exurgeto bene, in alveo puro misceto bene, facito tanquam faex fiat. Id in linteum novum indito, exprimito cremorem in patinam novam, aut in mortarium.

Cap. LXXXVII. (a) *Amillum* P. *Amyllum* I. B. R. et lemma Br. *Amylum* I. I - G. Br. Ald.

Cap. LXXXVII. *Amulum*) Plinius 18, s. 17: *Amylum ex tritico ac siligine, sed optimum ex trimestri. Inventio eius Chio insulae debetur, et hodie laudatissimum inde est, appellatum ab eo, quod sine mola fiat. Madescit dulci aqua ligneis vasis, ita, ut integatur, quinquies in die mutata; melius si et noctu, ita, ut misceatur pariter. Emollitum, prius quam acescat, linteo aut sportis saccatum tegulae infunditur illitae fermento, atque ita indole densatur. Probatur laevore et levitate, atque ut recens sit, iam et Catoni dictum apud nos.* Ita h. l. e libris scriptis emendavit Harduinus. Antea enim legebatur: *sportis siccatum*. Saccari seu colari voluit etiam Dioscorides II, 123, qui in tegulis novis soli ferventissimo exponi iubet, nulla fermenti mentione facta, quod ad naturam Amyli non facit, nisi forte a contactu tegulae defendat amylum recens. Potuit etiam Plinius aberrare. Artem amyli conficiendi docuit Du-Hamel universam, partem Le Sage in libro de elèmentis frumentorum, et ex nostris vir doctissimus Io. Beckmann in Technologia, qui veterum loca, praeter hunc Catonis, non neglexit.

Aquam exsiccato) Infra cap. 156, 3 de brassica: *eximito, in linteum exugeto succum quasi heminam, in pocillum fictile.* ubi Polit. 2 *exugito*, Edd. I. B R. *exuggito* habent. Turnebus ibi malebat *exurgeto*, i. e. exprimito Plautus Rudente IV, 3, 69: *exurgeri penicillus novus solet — exurgebo*, ubi alii *exugi — exugebo.* Ceterum h. l. malim *aquam eximito.* Ad amylum ipsum refertur *exurgeto.* In fragmento Accii Antigonae apud Nonium p. 104 Merceri: *Heus, vigiles, properate, expergite pectora tarda, soporem extergite.* Ita enim ex Codice Palat. correxit Gebhard Antiq. Lect. I, 5; ubi vulgo legitur *sopore exsurgito.* Comparat Gebhard locum Ennii apud Lutatium: *Quam sese exsiccat somno romana iuventus.* Mihi hoc loco *exsiccato* ex glossa ortum verbi *exsugeto* vel *extergeto* videtur; nec verbi *exurgeri* auctoritas ulla satis certa reperitur.

Faex fiat) Gesner interpretatur: aqua denuo affusa agitato, ut solutis granis et interfluentibus corticulis similitudinem faecium habeat; recte!

Cremorem) Liquorem seu succum ex massa, sacco seu colo indita, expressum, qui continet ipsum amylum cum aqua mistum, quam hodie in vasis ligneis consistere sinunt, ut aqua separetur, et amyli massa densatior siccetur deinde in umbra.

id omne ita facito, et refricato denuo. Eam patinam in sole ponito,[b] arescat. ubi arebit, in aulam[c] novam indito, inde facito cum lacte coquat.

LXXXVIII. (LXXXIX.) Salem candidum sic facito. Amphoram defracto[a] collo puram impleto aquae[b] purae, in sole ponito: ibi fiscellam cum sale populari suspendito, et quassato, suppletoque[c] identidem. Id aliquoties[d] in die (quotidie[e]) facito, usque adeo
2 donec sal desiverit[f] tabescere biduum. Id signi erit, maenam[g] aridam, vel ovum demittito: si natabit, ea muries erit, qua[h] vel carnem, vel caseos, vel salsa-

(b) *ut* ins. a. V. (c) *ollam* a. V.

Cap. LXXXVIII. (a) *defricato colluitoque* A. Iunt. G. (b) *aqua pura* Eaedem. (c) *sopletoque* I. B. R. (d) *aliquotiens* I. B. Br. R. (e) *cotidie* P. V. Omiserant a. V. omnes. (f) *desierit* I. B. Br. R. (g) *menam* a. Ges-

Id omne denuo) Haec verba alieno loco posita sunt; postquam enim cremor fuit expressus, non refricatur, sed siccatur. Vitium demonstrant etiam sequentia *eam patinam* etc. quae male interpositis verbis alienis ab hoc loco separata fuerunt ab antecedentibus, quibuscum haerent nexa.

Cum lacte) Lacte incocto quaeritur candor, ut supra in granea. Ex latino amylo Galli fecerunt *Amidon*, nostri *Ammelmehl Kraftmehl*, quo utuntur etiam hodie ad opera pistoria et dulciaria; eodem pigmenta tinctores incrassant atque obligant, et pulvis capillis inspergendus fit inde. Quum ad lintea subtilia duranda eo utimur, appellamus *Starke*, Galli *Empois*. Veteres ad usum medicum operisque pistorii et culinae adhibuerunt; amylo iura varia obligat seu inspissat Apicius IV, 2, VIII, 1, ubi *amylum*, *amolum* et *omulum* scriptum legitur. Inde facto *amylare* verbo utitur saepe Apicius.

Cap. LXXXVIII. *Salem*) Debebat esse: *Muriam et salem candidum sic facito*, ut apparet ex ipso capite. Eodem plane modo muriam duram; id est, qua carnes durantur, conficit Columella XII, 6.

Defracto collo) Columella dolium quam patentissimi oris desiderat, aqua caelesti aut fontana dulci implet, in eam sportam iunceam vel sparteam, sale candido repletam, indit, quo candidior muria fiat. Hinc patet ratio colli defracti ex amphora fictili. Lectio altera: *defricato colluitoque*, unde orta sit, ignoro. Vertices amphorarum defixos pro terminis habet Siculus Flaccus Agrariae R. S. p. 6. Molliter obliquo latere amphoram effictam in rota figulina habet Avianus Fabul. XLI.

Maenam) Signum facit Columella caseum dulcem demissum; ubi vide notam. Geoponica XX, 46: ἅλμην στακτὴν δεδοκιμασμένην οὕτως ὡς ᾠὸν ἐμβληθὲν ἐπιπλεῖν.

Qua vel carnem) Recte h. l. inserunt *qua* Edd. I. I. G. Vulgo *quo* post *salsamenta* positum legebatur.

menta[l] condias.[m] Eam muriam in labellis, vel in patinas[l] in sole ponito. Vsque adeo in sole habeto, donec concreverit. inde flos salis fiet. Vbi nubilabitur, et[m] noctu sub tecto[n] ponito. Quotidie,[o] quum sol erit, in sole ponito.

LXXXIX. (XC.) Gallinas et anseres sic farcito. Gallinas teneras, quae primum parient,[a] concludat, polline, vel farina ordeacea[b] conspersa[c] turundas,[d] faciat. eas in aquam intinguat,[e] in os indat.[f] paulatim quotidie[g] addat. ex[h] gula consideret, quod satis siet.[i] Bis in die farciat,[k] et meridie bibere dato; nec plus

nerum. (h) *qua* addidi ex A. Iunt. G. (i) Vulgo H. I. intersertum *quo* omisi cum iisdem Edd. (k) *condas. Porro mur.* I. B. R. Br. (l) *patina* a. V. (m) *et* om. B. Br. R. A. Iunt. G. *tabella* Iens. (n) *eo* add. I. B. Br. R. (o) *Cotidie* P.

Cap. LXXXIX. (a) *paritat* P. *parierint* a. V. (b) *ordeacia* P. (c) *consparsa* P. I. B. R. Br. (d) *curandas* aut *curundas* Iens. *curandas* Brusch. (e) *intingat* I. B. R. Br. *et* insuper ins. a. V. (f) *mittat* I. B. R. Br. (g) *cotidie* P. (h) *et* I. B. R. Br. *et ex* A. Iunt. G. (i) *sit* Br. (k) *faciat* I. B. R. Br.

Saltim debebat esse *qui*. Festus: *Muries est ea, quae fit ex sale sordido in pila pinsato et in ollam fritilem coniecto ibique operto et gypsato et in furno percocto, cui virgines Vestales serra ferrea secto et in seriam coniecto aquam iugem vel quamlibet, praeterquam quae per fistulas venit, addunt, atque ea demum in sacrificiis utuntur.* Vnde emendari debet locus Varronis apud Nonium p. 106, editionis Paris. 1583, ubi Fabii verba sunt: *Tesfit et sale, quo sale sordidum ustum est, et ollam rudem facile abiectum est, et postea id sal virgines Vestales serra ferrea secant*; ubi Mercerius p. 223 dedit: *muries fit ex sale, quod sale sordidum sustum est et in ollam rudem fictilem adiectum est, et postea id sal*; et in notis probat correctionem *sal sordidum tunsum est.* Scaliger ad Varronem p. 77 correxerat. *Exfit est sale sordidum quod tustum est et in ollam fritilem*, laudato Festi loco: *Exfit purgamentum, unde hodie remanet suffitio.* Hunc salem Vestales molae farreae addebant, quam ter in anno conficiebant.

Cap. LXXXIX. *Nec plus aqua sita siet*) Gesner interpretatur: *ne hora una amplius aqua absit.* Pontedera: *ut horae tantum spatio avibus bibendi potestas fiat.* Sed ex verbis hanc sententiam non licet exsculpere. Libri fere omnes *aquai ita.* Edd. I. I. G. *aquam ante sinat.* Columella, Varro, Palladius in gallinis saginandis potus mentionem non faciunt, sed anseribus ter in die escam et largam aquam praebent, gallinis vero post escam aliquantulum temporis dant vagandi, ut pediculos corpore expurgent. Hinc malim h. l. legere: *nec plus vagari sinat horam unam*; aut, si forte ad potum

aqua[l] sita siet horam unam. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere, et[m] bis in die,[n] bis escam.

XC. (XCI.) Palumbum recentem sic farcito.[a] Vti prensus[b] erit, ei fabam coctam tostam primum dato. ex ore in eius os inflato item aquam. hoc dies VII. facito. Postea fabam fresam puram, et far purum facito, et fabae tertia pars ut infervescat. quum[c] far[d] insipiat, puriter facito, et coquito bene. id ubi excoxeris[e] depsito[f] bene, oleo manum unguito.[g] primum pusillum, postea magis depses, oleo tangito depsitoque,[h] dum poteris[i] facere turundas,[k] ex aqua[l] dato,[m] escam temperato.

(l) *aquas: ita* I. B. R. Br. *aqua ita* P. *aquam ante sinat, quam horam* A I. I-G. *aquas sitiat* vel *sitiant h. u.* Trill. Obs. p. 465. (m) *et* om. a. V. (n) *et* ins. a. V.

Cap. XC. (a) Ita ante Victorium legebatur, qui verba *sic facito* omisit. (b) *prehensus* I. I-G. A. (c) *tum* est in editione Castigationum Victorii Gryphiana et R. Stephani 1543. (d) *fervere incipiet* I. I-G. A. *far incipiat* Ie. R. Br. *far inspiciat* Pol. (e) *exluseris* P. *excluserit* Cod Gronovii. *excusseris* I. B. R. Br. (f) *deponito, bene* a. V. (g) *ungito, et bene coquito, donec densa sint, et parum olei infundito, et commisceto bene; dein pascito, et saepe et parum dato, et aquam mixtam ceno potui dato, et pari modo poteris turundas incrassare.* Wrat. *depositoque* B. R. Iunt. Gr. G. inserunt: *depositoque* Iens. Br. Ald. Ba. H. A. (h) *depiositoque* Iunt. (i) *poterit* P. (k) *et eas* add. A. Ba. G. (l) *aqua: des escam temperatam* I. B. Br. R. (m) *et* add. A. Ba. G.

dimitti voluit; *nec plus aquari sinat horam unam*. Deinde ut sensus et differentia constet, *nisi saepius dato bibere bis in die, ter escam.* Rottboell p. 47 malebat: *nec plus aqua sita siet coram*: At si coram est aqua, quid opus gallinis bibere dare erat?

Cap. XC. *Recentem sic farcito*) Ita recte Edd. ante Victorium, qui omisit verba *sic farcito*; quod factum tamen laudat et defendit adeo Gesner. Nobiscum sentit Pontedera. Ceterum in Varronis loco altero III, 9, sect. 21, *palumbes* scriptum exstat, in reliquia *palumbus* nominatur. At in Plinii locis quinque optimus Vossianus liber *palumbem* nominat, testante I. Fr. Gr. p. 805.

Et fabae pars) Recte Pontedera legit et distinguit: *facito; et fabae pars tertia ubi infervescet, tum far insipias.* Ceterum palumbos Varro et Columella farciunt alia ratione veluti gallinas.

Excoxeris) Malebat Pontedera *excusseris*, aut *exlueris*, antiquo more dictum.

Depsitoque dum) Pontedera corrigit *depsito usque dum*, ex more Catonis.

Escam temperato) Ne plus turun-

XCI. (XCII.) Aream sic facito. Locum ubi facies[a] confodito, postea amurca conspergito bene, sinitoque combibat. Postea comminuito glebas bene. Deinde coaequato,[b] et paviculis verberato. Postea denuo amurca conspergito,[c] sinitoque arescat. Si ita feceris, neque formicae[d] nocebunt, neque herbae nascentur.

XCII. (XCIII.) Frumento ne noceat curculio,[a] neu[b] mures tangant, lutum de amurca facito, palearum paulum[c] addito, sinito macerescant[d] bene, et subigito bene,[e] eo granarium totum oblinito crasso luto, postea conspergito[f] amurca[g] omne quod lutaveris.

Cap. XCI. (a) *facias* a. V. (b) *inde coquito* Cod. Gronovii. (c) *conspargito* I. B. Br. R. M. Po. 2. (d) *formica nocebit* I. B. Br. R.

Cap. XCII. (a) *gurgulio* a. V. (b) *nec* I. B. R. Br. *ne* Herv. (c) *parum* a. V. *addit* Br. (d) *marcescant* a. V. (e) *bene* om. a. V. (f) *conspargito*

darum infercias, quam avis concoquere possit.

Cap. XCI. *Aream*) Infra c. 129 est rectius: *Aream ubi frumentum teratur, sic facito. Confodiatur minute terra*; ubi legendum puto *creta*. Sic enim Plinius 18, sect. 71: *Aream ad messem creta praeparare Catonis sententia amurca temperata, Virgilii operosius. Maiore ex parte aequant tantum et fimo bubulo dilutiore illinunt. Id satis ad pulveris remedium videtur.* Virgilius I, 179, *area creta solidanda tenaci*. In Plinio lege: *praeparare Virgilii sententia, amurca temperata Catonis operosius.*

Sinitoque) Infra: *ut combibat quam plurimum, comminuito terram, et cylindro aut pavicula coaequato*; partim rectius, partim minus integre. Plinius 17, s. 14: *area aequata cylindris aut volgiolis.*

Postea denuo — acescat) Haec infra omissa sunt. Male.

Conspergito) Hinc Plinius 15, s. 8: *Amurca subigi areas terendis messibus ut formicae rimaeque absint*: ubi Codex Toletanus *subiici areae amurcam* habet. Praeterea recte ibi *herbae* pro *rimae* corrigi voluit Pintianus. Geoponica II, 26: χρὴ δὲ συνεχῶς καταβρέχειν τὴν ἅλω ἀμόργῃ καὶ ἐπιλεαίνειν τῷ κυλίνδρῳ· οὕτω γὰρ οἱ μύρμηκες οὐκ ἀδικήσουσι. Si Plinius similiter aream aequandam cylindro dixisset, recte tunc *rimaeque* haberet. Columella etiam I, 6 rimas caveri ita ait. Infra cap. 129 additur *et quum pluerit lutum non erit*; ubi vide notam.

Cap. XCII. *Lutum de amurca*) Argumentum omne repetitum infra c. 128 ad habitationem delutandam inepte translatum fuit. Ibi est: *Si habitationem delutare vis, terram quam maxime cretosam vel rubricosam sumito* etc.

Macerescant) Infra c. 128 est: *sinito quatriduum fracescat*. Vnde etiam h. l. malim *macerescat*, scilicet lutum.

Subigito) Infra: *ubi bene fracuerit, rutro concidito, ubi concideris, delutato*,

Vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito, curculio[h] non nocebit.

XCIII. (XCIV.) Olea si fructum non feret,[a] ablaqueato. Postea stramenta circumponito. Postea amurcam cum aqua commisceto aequas partes. Deinde ad oleam circumfundito, ad arborem maximam amphoram unam[b] commixti[c] sat[d] est. Ad minores arbores pro ratione indito. Et idem hoc si facies ad arbores[e] feraces, eae quoque meliores fient. Ad eas[f] stramenta ne addideris.

XCIV. (XCV.) Fici uti grossos teneant, facito omnia, quo[a] modo oleae, et hoc amplius. quum ver adpetet,[b] terram adaggerato bene.[c] Si ita feceris, et

. B. R. Br. M, Po. 2. ut alibi. (g) *bene* inser. a. V. (h) *gurgulio* a. V.

Cap. XCIII. (a) *fert* a. V. (b) Victorius et Gesn. *urnam*. (c) *commisti* I, I-G. (d) *satis* a. V. (e) *hae* a. V. (f) *tamen* a. V. except. Iunt.

Cap. XCIV. (a) *quae* a. V. (b) *apparet* I. B. R. Br. (c) *terram* I. B. R. Br.

Cap. XCIII. *Olea*) Pars horum legitur supra cap. 36, ubi vide locum Plinii, qui haec repetiit, et notam. Arborum vetustarum radicibus ablaqueatis stramenta circumponit hodieque pars Italiae, teste Swinburne Itinerar. Sicil. T. I, p. 467.

Amphoram) Antiquam lectionem, a Plinio comprobatam, recepi, qui deinde ad minorum radices urnam amurcae addi ait. Sed ne sic quidem locus integer est, quem ex loco Columellae, supra ad cap. 36 posito, sic redintegro: *ad minores arbores urnam; ceteris pro ratione indito*. Vestigium verae lectionis est in antiquis Editionibus, ubi exstat *amphoram unam*.

Arbores feraces) I. e. pomiferas. Plinius enim 17, s. 97 ex h. l. *in olea hoc amplius, stramentis ante circumpositis*. Etiam haec Columella hinc transtulit. Vide locum ad c. 36 appositum. Stramenta tamen is omisit; nec ego quidem satis intelligo rationem discriminis, quod facit Cato in olea aegra et sana. In aegra forte cavit, ne amurca ipsas radices tangeret, et laederet.

Cap. XCIV. *Fici*) Plinius 17, sect. 47: *item fico; huius praecipue vere terram adaggerari radicibus: ita futurum, ut non decidant grossi; maiorque foecunditas nec scabra proveniat*. Ita ex libris scriptis emendavit Hardoinus vulgatum *veterem terram*; atque ita voluit legi Meursius ad h. l. Contra Pontedera ex Plinio et Edd. vetustarum lectione, quae *adaggerato terram* habent, Catoni restitui volebat *veterem terram*; quod miror. Geoponica X, 48 trunco affundi iubent amurcam aqua aequaliter mistam, et ablaqueari circa Pleiades.

grossi non cadent, et fici scabrae non fient, et multo feraciores erunt.

XCV. (XCVI.) Convolvulus[a] in vinea[b] ne siet,[c]
amurcam condito, puram bene[d] facito. in vas ahe-
num[e] indito congios II. postea igni[f] leni[g] coquito,
rudicula agitato crebro usque adeo, dum fiat tam
crassum,[h] quam mel. Postea sumito bituminis tertia-
rium, et sulfuris[i] quartarium. Conterito in mortario 2
seorsum[k] utrunque. Postea infriato quam minutissime
in amurcam caldam, et simul rudicula misceto, et
denuo coquito sub dio.[l] Nam si in tecto coquas, quum
bitumen et sulfur[m] additum est, excandescet. Vbi
erit tam crassum,[n] quam viscum, sinito frigescat. Hoc[o]
vitem circum[p] caput, et sub brachia unguito,[q] con-
volvulus[r] non nascetur.

Cap. XCV. (a) *Involvolus*, *Convolvolus* Pol. 1. *Involvolus et Convolvolus* Pol. 2. *Convolvolus* Brh. (b) *vinia* P. (c) *fiat* a. V. (d) *benefacito* iunct. I. B. R. Herv. (e) *aeneum* a. V. *aheneum* Vict. (f) *igne* I. B. R. Br. (g) *levi* a. V. (h) *crassa* I. I-G. A. (i) *sulpuris* P. (k) *per se* I. B. R. Br. (l) *celo* add. Pol. et Cod. Gronovii. (m) *sulpur* P. (n) *crassa* Iuntt. (o) *Hac* Iuntt. (p) *sub* I. B. R. Br. (q) *ungito* a. V. (r) *convolvolus* I. B. Po. 2.

Scabrae) Sunt quae Geoponic. X, 50 ψωριῶσαι dicuntur, cui vitio medentur rubrica aqua diluta et trunco allita, et scilla radicibus plantae subiecta. Scabie (ψῶραν) et cochleis infestari ficos in locis quibusdam, monet Theophrastus H. P. IV, 16, atque inde Plinius 17, s. 37, n. 4.

Cap. XCV. *Convolvulus*) Plinius l. c. *Simili modo ne convolvulus fiat in vinea, amurcae congios duos decoqui in crassitudinem mellis, rursusque cum bituminis tertia parte et sulphuris quarta sub dio coqui, quoniam exardescet sub tecto. Hoc vites circa capita ac sub brachas ungi; ita non fore convolvulum.* Brachia esse ramos, bene monuit Meursius; capita sunt radices. In libris scriptis simul exstat *Involvolus.* Festus: *involvolus vermiculi genus, qui se involvit pampino.* Involvolum vocat Plautus Cistell. IV, 2, 63: *involvolum qui in pampini folio intortus implicat se.*

Quartarium) Quartam partem interpretatur Plinius. Ita utitur etiam Columella XII, 5, 1. Postea *infricato* Codex Gronovii.

Excandescet) Plinius *exardescet.* Ignem concipit tota massa et periculum inde tecto. Simile est experimentum thaumaturgi memoratum a Galeno, qui candelam exstinctam parieti, antéa sulphure illito, clam appropinquabat; atque ita accendebat.

Non nascetur) Victorius in editis et

XCVI. (XCVII.) Oves ne scabrae fiant, amurcam[a]

CAP. XCVI. (a) *amurcam puram et aquam ubi lup. deferbuerit* A. Iunt. G. manuscriptis libris esse ait *nascebit*, et in margine optimi Codicis eadem manu esse scriptum *nocebit*; quam lectionem praeferebat Pontedera. Gesner neutram varietatem in libris Politiani aut editionibus antiquis reperisse se testatur. De convolvulo dixi ad Columellam X, 333. Remedium fere idem est, quo Asiatici hodie utuntur. Scilicet Strabo VII, p. 487 de fontibus asphalti Apolloniae Epiri tradens ex Posidonio: λέγει δ' ἐκεῖνος καὶ τὴν ἀμπελῖτιν γῆν ἀσφαλτώδη τὴν ἐν Σελευκίᾳ τῇ Πιερίᾳ μεταλλευομένην ἄκος τῆς φθειριώσης ἀμπέλου. Χρισθεῖσαν γὰρ μετ' ἐλαίου φθείρειν τὸ θηρίον πρὶν ἐπὶ τοὺς βλαστοὺς τῆς ῥίζης (lege ἀπὸ τῆς ῥίζης) ἀναβῆναι. τοιαύτην δ' εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ῥόδῳ πρυτανεύοντος αὐτοῦ, πλείονος δ' ἐλαίου δεῖσθαι. Dioscorides V, ex quo sua Plinius 35, s. 56, usum terrae ampelitidis ex genere bituminoso ad vites illinendas commemorat; praeterea Galenus IX S. M. Facult. Aetius et Oribasius. Iam olim Theophrastus de Lapidibus pag. 398, ed. Heinsii: περὶ δὲ Κιλικίαν: ἔστι τις ἣ ἕψεται γῆ καὶ γίνεται, γλισχρά. ταύτῃ δ' ἀλείφουσι τὰς ἀμπέλους ἀντὶ ἰξοῦ πρὸς τοὺς ἶπας. Hodieque asphaltum maris sic dicti mortui Iudeae oleo liquatum, *Lamar* appellatum. Arabes truncis arborum contra noxia insecta illinunt, teste Mariti Itinerar. prioris Hierosolymit. pag. 426, et 512, vers. germ. Convolvulus videtur esse, qui curculio bacchus Linnaeo dicitur; is ova foliis vitis seu pampinis convolutis concredit, unde enatae erucae seu vermes in terram decidunt, ibique transformantur in animal perfectum sui generis. Hesychius insectum hoc appellat ἴξ et ἴψ et ἄψοος. Veterum loca posuit Bochart Hieroz. II, p. 571. In Carniolia appellatur *tastanello* teste Scopoli Anno V histor. naturali pag. 90. Remedio hodie utuntur eo, ut pampinos intortos cum ovis colligant et collectos comburant. Praemiis publice propositis exitium noxae huius quaesiverant nostri homines, et varia remedia a scriptoribus prodita excerpsit Beckmann in Biblioth. Oeconom. Vol. II, pag. 309, et 338. Vol. XIII, p. 27. Vide et Sprengeri Cult. vineae p. 429. Ceterum bitumine cum oleo misto vites linit Colum. Arbor. 14, ne formicae adscendant, certiore effectu. In Hongaria scarabaei genus depopulatur vites, referente Mitterpacher Elem. rei rusticae T. II, pag. 76, quod Scopoli Lethrum vocavit, lucanum apterum Laxmann in Comment. Petropol. T. XIV, p. 594, pictum in tab. 24. Campas vitium nasci prohiberi; si circa vitium crura bitumen et sulfur incendas, tradit Palladius I, 35, 6. Stercoris, galbani, cornu cervini et lilii radicum fumum contra ἶπας vitium adhibet Aetius de Alexiph. c. 55.

CAP. XCVI. *ne scabrae*) Geoponica XVIII, 8, sed inprimis pertinet locus c. 18: ψώρα οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσπελάσειεν εἰ οἷς προείπομεν (c. 8) μετὰ τὸ κεῖραι τὰ πρόβατά τις χρίσειεν· εἰ δὲ ἀμελήσαντός σου συμβῇ, θεραπεύσεις αὐτὴν οὕτως· ἀμόργη ἄναλος διηθεῖται καὶ ὕδωρ πικρῶν θέρμων ἀποβραχέντων καὶ τρὺξ λευκοῦ οἴνου, τὸ ἴσον ἑκάστου μιχθὲν ἐν ἀγγείῳ θερμαίνεται καὶ τὸ πρόβατον τούτῳ χρισθὲν ἐπὶ δύο ἡμέρας μένει· τῇ τρίτῃ δὲ ὕδατι θαλασσίῳ ἢ ἅλμῃ θερμῇ λουτίον, καὶ μετὰ ταῦτα ὕδατι ποτίμῳ.

condito, puram bene facito, aquam, ubi[b] lupinus deferverit,[c] et faecem[d] de vino bono inter se omnia commisceto[e] pariter. Postea quum detonderis,[f] unguito totas, sinito biduum aut triduum consudent. Deinde lavito in mari: si aquam marinam non habebis, facito[g] aquam salsam, ea lavito. Si haec sic feceris, neque[h] scabrae fient, et lanae plus, et meliorem habebunt, et ricini non erunt molesti. Eodem[i] in omnes quadrupedes[k] utito,[l] si scabrae erunt.

XCVII. (XCVIII.) Amurca decocta axem unguito, et lora, et calciamenta, et coria: omnia[a] meliora facies.

XCVIII. (XCIX.) Vestimenta ne tineae tangant, amurcam decoquito ad dimidium; ea[a] unguito fundum arcae, et extrinsecus, et[b] pedes et angulos. Vbi ea adaruerit, vestimenta condito. Si ita feceris, tineae[c] non nocebunt. Et item ligneam[d] suppellecti- 2

(b) *in lupino* I. B. Br. R. (c) *defruerit* P. et Cod. Gronov. (d) *fecem* Ba. H. Gr. G. (e) *pariter omnia sumito et bene commisceto* A. Iunt. G. (f) *detunderis* I. B. Br. R. A. Ba. H. Iunt. *detund. oves* Ald. Ba. G. (g) *facies aquam salis* I. B. Br. R. (h) *non* I. B. Br. R. A. Ba. G. (i) *modo* add. a. V. (k) *quadripedes* P. (l) *utitor* Hervag.

Cap. XCVII. (a) *et* add. a. V. *coria omnia et* scilicet Edd. primae habent.

Cap. XCVIII. (a) *et ungito* I. B. Br. R. *et ea ung.* A. *dimidiam, eo ung.* Cresc. (b) *et* om. a. V. et Cr. (c) *tiniae* P. (d) *ligneam* om. I. B. Br.

Eadem remedia quasi ex Celso repetit Columella VII, 4, 7, qui quarto die mari mergit. Aliter curat Varro tonsas II, 11, 7. Plinius 22, s. 74: *lupini sanant et scabiem quadrupedum omnium in amurca decocti vel utroque liquore postea mixto.* Ceterum Vrsinus ait in veteribus Codd. esse *scabefiant.*

Amurcam condito) Ita etiam est c. 95: *amurcam condito, puram bene facito.* Vtroque vero loco intelligo quasi sit scriptum *colato*, quod fieri iubent Geoponica, ut fiat amurca insulsa. Quae cautio in remedio praecedenti eo magis necessaria est, quod amurcae coctae miscetur sulphur et bituman.

Cap. XCVII. *Axem*) Plinius 15, c. 8: *lora etiam ac coria omnia et calceamina axesque decocta ungi; atque aeramenta contra aeruginem colorisque gratia elegantioris; et totam supellectilem ligneam.—vestiarium etiam contra teredines ac noxia animalia amurca adspergi.*

Cap. XCVIII. *Adaruerit*) Crescent. *aruerit — nocebunt. Item.* Saltim et

lem omnem si ungues, non putescet:[e] et quum ea terseris, splendidior fiet. Item aenea[f] omnia unguito, sed prius extergeto[g] bene.[h] Postea quum unxeris, quum[i] uti voles, extergeto,[k] splendidior[l] erit, et aerugo[m] non erit molesta.

XCIX. (C.) Fici aridae si voles ut integrae sint, in vas fictile condito, id amurca decocta unguito.

R. Pol. *lignum* addidit A. Ba. G. (e) *putrescet* a. V. *putrescit* Cr. (f) *aenea* a. V. et Cr. *omnia aenea* Ald. (g) *extergito* a. V. et Cr. (h) *bene* om. I. B. Br. R. (i) *ea* I. B. Br. R. *et ea* A. Iunt. G. (k) *extergito* I. B. Br. R. *iterum extergito* A. Iunt. G. (l) *splendior* Iens. (m) *erugo* I. B. Br. R.

ante *item* omittendum puto. Editio mea antiqua Cresc. habet *condita si hoc feceris.* Basileensis verba *vestimenta condita* omisit.

Quum unxeris) Haec verba omisit Cresc. deinde habet *volueris.*

Cap. XCIX. *Vas fictile*) Plinius 15, c. 8 ex h. l. *ac vasa fictilia, in queis ficum aridam libeat asservare.*

Amurca decocta) Quum tam copiose amurcae laudes tractaverit Cato, dicamus breviter de natura amurcae. Nomen ex Graeco ἀμόργη ductum est. Servius ad Georgic. I, 194, sordes esse monet olei, sed eas, quae praecedant oleum; illas vero, quae sequantur oleum, faeces dici, et amurcam pronunciari velut amurgam. Cato 64: *oleum si poteris bis in die depleto; nam oleum quam diutissime in amurca et fracibus erit*, tam deterrimum erit. Ibid. ait: *ut in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius oleum efficiant.* Similiter Columella XII, 50, 14: *si quae faeces aut amurcae in fundis vasorum subsederint.* Sunt igitur fraces seu faeces eaedem natura, sed diversae tempore. Ita enim in olei viridis factura olivae variatae prelo subiiciuntur, ut amurcam exsudent; quod *exsudari* dixit Columella XII, 47, 10, c. 50, 10, et 13, c. 55, 2, deinde sale addito oleum exprimitur demum. Hae sunt igitur sordes, quae oleum praecedunt. Sed amurca etiam dicitur de sordibus, quae sequuntur oleum. Colum. XII, 50, 11: *quanto saepius translatione ipsa ventilatur oleum, tanto fit liquidius et amurca liberatur.* Scilicet in nigrescente, seu varia, et nigra seu matura oliva amurca non exprimitur ante prelo, quod nec fieri potest, sed cum oleo baccae commixta intime post facturam demum in lacu seu dolio subsidit. Amurcam baccae seu sordes praecedentes oleum Varro I, 64 humorem aquatilem ac retrimentum vocat; ubi simul docet, quem ad modum decoquatur. Et Geoponica IX, 19 amurcam subsidentem, olei partem aquatilem esse monent, τὸ ὑδατῶδες; eamque sale, inprimis nitro eliquari, consentiente Columella XII, 50, 12, qui addit, oleum non recipere salem. Quodsi igitur depurandi olei et ab amurca separandi causa sal additur, fit inde amurca salsa. Alia erat insulsa, quam in re rustica saepe adhibent hi Scriptores, quum sal additus non fuit.

C. (CI.) Oleum sic[a] in metretam novam inditurus[b] eris: amurca ita uti est cruda prius colluito, oppilato; agitatoque diu, ut bene combibat.[c] Id si feceris, metreta oleum non bibet, et oleum melius faciet,[d] et ipsa metreta firmior erit.

CI. (CII.) Virgas murteas[a] si voles cum bacis[b] ser-

Cap. C. (a) Ita pro *si* I. B. R. Br, (b) *indituruus* P. *traditurus es* Cresc. (c) *convibat* Pol. 1. *conubat* Pol. 2. *ita utenda est calida vel cruda prius collinito, oppilato, agitatoque diu* Cresc. unde *oppilato* inserui cum Pontedera. (d) *fuerit* a. V. praeter Iuntt. qui *fiet*.

Cap. CI. (a) *myrteas* a. V. (b) *baccis* I. B. Br. R. H. Gr. G. M. Po. 2.

Denigrare terram dixit Varro I, 55. Sed audiamus nunc Plinium 15, s. 3: *Olivae constant nucleo, oleo, carne, amurca; sanies haec est eius amara. Fit ex aquis; ideo siccitatibus minima, riguis copiosa. Suus quidem olivae succus oleum est; idque praecipue ex immaturis intelligimus; sicut de omphacio docuimus. Augetur oleum ad Arcturi exortum a. d. XVI Calendas Octobris, postea nuclei increscunt et caro. Quum sitienti imbres copiosi accessere, vitiatur oleum in amurcam. Huius color olivam cogit nigrescere: ideoque incipiente nigritia minimum amurcae, ante eam nihil. Est error hominum falsus existimantium maturitatis initium, quod est vitii proximum; deinde quod oleum crescere olivae carne arbitrantur, quum succus omnis in corpus abeat, lignumque intus grandescat.* Deinde idem s. eadem: *tarde putrescentium in amurcam — quum omni mora in tabulato oleum decrescat, amurca augeatur — quanto ea copiosior reperiatur adiectis diebus.* Quae quidem omnia debet Plinius Theophrasto C. P. VI, 11, qui tamen plura multo habet, opinioni huic ab aliis opposita. Amurca in pelle olivae nascitur, dehinc in pulpam distribuitur, eamque nigro tingit colore. *Presta Memoria intorno* p. XLI. Itali *la morchia*, Hispani *Alpechin*, Galli *la Lie.* Non satis naturam amurcae investigasse videtur Bernard p. 133, nec a fracibus distinxisse, qui amurcam putat nasci, olei parte cum carnibus olivarum putrescentibus commixta atque adhaerente. Ipse amurcam, oleum praecedentem, *l'eau principe, principe aqueux*, amurcam, oleum sequentem, *les marcs d'olives, grignons* et *lie* vocat.

Cap. C. *Oleum sic*) Ita suadente Pontedera scripsi cum antiquis Edd. pro *si*. Eodem etiam auctore ex Cresc. inserui verbum *oppilato*. Forte ex eodem Cresc. legendum est *calida vel cruda*, et de metreta intelligendum. Amurca dolia olearia imbuere et gummire docuit Cato supra c. 69, ubi vide. Plinius 15, sect. 8: *dolia olearia cadosque amurca imbui, ne bibant oleum.* Vide ad Colum. XII, 49, 11.

Faciet) Recte Cresc. omittit, aut lege *fuerit* vel *fiet* ex Edd. antiquis.

Cap. CI. *Cum bacis*) Plinius 15, s. 8: *aut si folia baccasque in virgis myrti, aliudve id genus simile servare.* Idem 15, s. 35: *Alius usus baccae fuit apud antiquos, antequam piper reperi-*

vare, (et[c]) item aliud[d] genus quod vis, et si ramulos ficulneos voles cum foliis, inter se alligato, fasciculos facito, eos in amurcam demittito, supra stet amurca facito. Sed ea quae demissurus eris, sumito paulo acerbiora. Vas, quo condideris, oblinito plane.

CII. (CIII.) Si[a] bovem, aut aliam quamvis quadrupedem serpens momorderit, Melanthii[b] acetabulum, et[c] quod medici vocant smyrneum,[d] conterito in vini veteris hemina. Id per nares indito, et ad ipsum morsum stercus suillum[e] apponito. Et idem hoc (si usus venerit[f]) homini facito.

Formam *bacis* ubique introduxit Aldina et servavit, etiam in Columella et Palladio. (c) *et* om. I. B. Br. R. (d) *aliut* P.

CAP. CII. (a) *Si bovem aliamque quadrupedem serpens momorderit* pro lemmate ponunt I. B. R. (b) *Melanthi* P. (c) *acceptabulum et* I. B. Br. R. *acetab. et* A. Iunt. Ba. Gr. G. Polit. M. Po. 2. Victorius et Gesner dederunt *caetabulum, quod*; Cod. Gronovii *melanthi acetabulum*. (d) *Zmurnaeum* P. et Codex Victorii. *Zmurneum* Pol. 2. (e) *suilum* Br. (f) *evenerit* a. V.

retur, illius obtinens vicem: quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur. Eademque origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myrtis. Geoponica XI, 8, baccas in vasis non picatis condunt, aliosque monent condere eas cum virgis (μετὰ τῶν θαλλῶν). Virgas cum baccis elgamarina condiebant Graeci, teste Aristotele Problem. XXI, 31, qui monet, folia tum defluere a virgis.

CAP. CII. *Acetabulum*) Ita recte Edd. veteres, pro eo quod Victorius casu vel errore operarum dedit *caetabulum*. Paene verbotenus Hippiatrica p. 220 · ἐάν τι τῶν ζώων ὑπὸ μυγαλῆς δηχθῇ μελανθίου ὀξύβαφον τρίψας ἐν οἴνῳ εὐώδει δίδου διὰ τῶν μυκτήρων· ἐπὶ δὲ τὴν πληγὴν κόπρον χυνείαν κατάπλασσε· τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων ὠφέλιμον; ubi ex h. l. legendum est κόπρον ὑείαν. Idem stercus Anatolius adhibet in plaga scorpii p. 217.

Et quod) Copulam libri ante Victorium editi et Pol. 2 recte inserunt, pessime Victorium secuti Editores omiserunt. Melanthii semen (hoc enim solum intelligi puto) etsi odoratum et medicatum est, *smyrnii* tamen cognomen melanthio unquam fuisse additum, apud nullum scriptorem legi annotatum; smyrneum est quod olus atrum Latini, Graeci aliter hipposelinum dixere, Linnaeus Smyrnium olus atrum, cuius radix nigra succusque succus myrrhae odorem habet. Et de smyrnio hoc Plinius 27, s. 109: *Prodest*, inquit, *et contra phalangia ac serpentes admixto cachry aut polio aut melissophyllo in vino pota, sed particulatim, quia universitate vomitionem movet.* De reliquo

CIII. (CIV.) Boves uti valeant, et curati bene sient, et qui fastidient cibum, uti magis cupide appetant, pabulum, quod dabis, amurca spargito; primo paululum, dum consuescant, postea magis; et dato rarenter bibere commixtam[a] cum aqua, aequabiliter quarto quintoque[b] die. hoc si feceris[c] ita, boves et corpore curatiores erunt, et morbus aberit.

CIV. (CV.) Vinum familiae per hiemem qui[a] utatur. Musti quadrantalia[b] x. in dolium indito, aceti acris quadrantalia II. Eodem infundito sapae quadran-

Cap. CIII. (a) *commistum* Iuntt. *commistam* A. Ba. G. (b) Vulgo *quinto quoque*. Mecum Edd. a. V. (c) Vulgo *sic facies, ita.* ante V. erat *sic feceris.*
Cap. CIV. (a) *quo utantur* I. B. R. Br. (b) *quartarios* I. B. R. Br. et eius usu vide ad Palladium Aprili III, 2. Vulgatam lectionem sequitur tamen Rottboell.

Cap. CIII. Columella VI, 4: *maxime tamen salutaris amurca, si tantumdem aquae misceas, et ea pecus insuescas; quae protinus dari non potest, sed primo cibi adsperguntur, deinde exigua portione medicatur aqua, mox pari mensura mixta datur ad satietatem*; ex quo loco corrigo nostrum ita legendo: *et dato primo rarenter bibere commixtam cum aqua, aequabiliter quarto quintoque die. Hoc si feceris ita, oves* etc. Interim vulgatam distinctionem mutavi, quae verba omnia inde a *et dato* usque ad *facies* continuabat velut una sententia. *Feceris* pro *facies* dedi ex Edd. antiquis, si de meo.

Cap. CIV. *Vinum familiae*) Supra cap. 5 loram familiae paravit. Infra cap. 153 faecatum parat. Inter vina operaria refert Plinius 14, sect. 12. Hoc nostrum genus nullibi memoratum reperi, sed simile ex musto, aceto et aqua dulci sub nomine ὄξους γλυκέος, aceti dulcis, parant Geoponica VIII, c. 36.

Musti quadrantalia) Edd. primae *quartarios*; atque in libris MStis reperit Victorius ita scriptum multis locis, ubi vulgo est *quadrantalia*. In optimo tamen Codice primam modo eius nominis litteram scriptam reperit, ut est etiam in Edd. primis scriptum paulo post *Q. L.* Quartarium sulphuris posuit supra Cato cap. 95 mellis Columella XII, 5, 1. In Catone quartarium sulphuris Plinius quartam partem, bituminis tertiarium, tertiam partem interpretatur. Farris quartarios aut heminas dixit Plinius 18, sect. 3. Igitur ut sextarius congii sexta pars dicitur, ita quartarius dicebatur olim quarta pars congii. Livius V, 47 quartarios vini habet. Contra Gesneri Thes. L. L. quartarium facit quartam sextarii partem ex Volus. Maecian. qui quadrantali seu amphorae tribuit sextarios 48, quartarios 192.

2 talia duo, aquae dulcis quadrantalia[e] L. Haec rude misceto ter in die dies v. continuos. Eo addito aquae marinae veteris sextarios LXIIII. et operculum in dolium imponito,[d] et oblinito[e] dies x. Hoc vinum durabit tibi usque ad solstitium.[f] Si quid superfuerit post solstitium, acetum acerrimum et pulcherrimum erit.

CV. (CVI.) Qui[a] ager longe a mari aberit, ibi vinum Graecum sic facito. Musti quadrantalia xx.[b] in aheneum,[c] aut plumbeum infundito, ignem subdito. ubi bullabit[d] vinum, ignem subducito. ubi id[e] vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito; seorsum[f] in vas aquae dulcis quadrantal I. infundito. salis
2 ℔ I. sinito muriam fieri. Vbi muria facta erit, eodem in dolium[g] infundito. Schoenum, et calamum in pila contundito, quod siet sextarium unum, eodem in dolium infundito,[h] ut odoratum[i] siet. Post dies xxx. dolium oblinito. Ad ver diffundito in amphoras. Biennium in sole sinito positum esse. Deinde in tectum conferto. Hoc vinum deterius non erit quam Coum.

CVI. (CVII.) Aquae marinae[a] quadrantal[b] I. ex alto

Cod. Gronovii. (c) *q.* I. I. B. R. Br. (d) *indito* I. B. R. Br. (e) *oblinito* I. B. Br. (f) *solistitium* codex Victorii.

Cap. CV. (a) Verba: *Qui ager --- sic facito.* loco rubricae posita sunt, nec repetuntur in capite I. B. R. Br. (b) *viginti* abest Ba-G. A. (c) *ahenum* a. V. (d) *ebullibit* I. B. R. Br. H. Gr. G. *ebulibit* A. Ba. A. *bullabat* Pol. (e) *iam* a. V. praeter Iu. (f) *aut* ins. I. B. R. Br. (g) *dolio* I. B. R. Br. (h) *confundito* a. V (i) *oderatum* P.

Cap. CVI. (a) *concinnatio* inser. I. I-G. A. (b) *q.* I. P. ad marginem:

Oblinito dies X) Post haec bibendum, an potius *oblinito post dies X?* Posteriorem rationem placuisse Abr. Gronovio nunc demum video. Comparavit is cap. sequens at cap. 109, item correxit *et oblinito post dies LX.*

Cap. CV. *Biennium*) Pontedera in *biduum* mutabat; ut infra c. 113, in vino Coo liber Medic. *quadriennium* habet pro *quatriduum.*

Cap. CVI. *Aquae marinae*) Ex argumento, et Edd. I. I-G. *concinnatio* inseri volebat cum Meursio Pontedera; et sane capitis finis de aquae marinae concinnatione loquitur. At quum vinum admisceri, idque servari vides, facile agnoscis, aliam vini graeci speciem parari. Deinde si docere voluit Cato aquae marinae concinnationem, cur salem addidit aquae mari-

sumito, quo aqua dulcis non accedit,[c] sesquilibram
salis frigito,[d] eodem indito, et rude misceto usque
adeo, donec ovum[e] gallinaceum[f] coctum[g] natabit,
desinito miscere. Eodem vini veteris, vel[h] aminei,[i] 2
vel miscelli[k] albi congios II, infundito, misceto probe.
Postea in vas picatum confundito, et oblinito. Siquis[l]
plus voles aquae marinae concinnare, pro portione
ea omnia facito.

CVII. (CVIII.) Quo[a] labra doliorum circumlinas, ut bene odorata sient, et nequid vitii in vinum accedat. Sapae congios[b] VI. quam optimae infundito in aheneum,[c] aut in plumbeum et iris aridae contusae heminam, et sertam Campanicam P. V. bene odoratam,

al. quadrantarium, *quartarium* I B. R. Br (c) *accedat* a. V. (d) *fringito* I. B. R. Br. *frangito* omisso *salis* Cod. Gronovii. (e) *ovom* hic et alibi semper Po. 2. (f) *gallinaceum* Herv. *gallinae* I. B. R. Br. (g) *coctum* omitt. Ba- G. A. (h) *vel* om. Reg. (i) *aminui* P. *amini* Iens, *aminii* a. V. qui edidit *aminnii*. (k) *miselli* a. V. (l) *si quidem* a. V.

Cap. CVII. (a) *Quomodo labra — circumlinas, et ut odorata sint et — accedat* lemma sunt Brusch. *Quo — accedat* etiam lemma in Com. *Hoc modo labra — ut odorata — accedat*, *sapae* A. I. I-G. Gesner edit. Po. 2. et Pol. secutus est cum Victorio. (b) *cogios* P. deinceps vulgo *optime*. (c) *ahenum*

nae ex alto petitae? Dicere forte licebit, salsedinem maiorem in hac vini graeci specie requiri. Audin; vel ita tamen apparet, aquae marinae concinnationem non doceri.

Coctum) Vix trientem grani coquendo perdere constitit Gesnero experimento Hambergeri; non male igitur vocabulum omittunt Edd. aliquot. Ex perversa vocis *gallinaceum* scriptura ortum *coctum* censet Rottboell p. 48. Quid, si *crudum* fuit olim scriptum?

Si quis) Ex lectione *si quidem* Pnntedera efficiebat *si quid plus voles*.

Pro portione) Non dubitavi vulgarem lectionem *pro proportione* corrigere aperte vitiosam, ut in reliquis locis, quae Gesner posuerat in Indice, scilicet e Varrone I, 18, 3, et I, 41, 4. Proportionem enim ex graecorum philosophorum ἀναλογίᾳ primus effinxit Cicero, docente Ernestio ad Ciceronis Verrinam IV, 21, et ad Orat. pro Flacco c. 14. Nunc demum video, Edd. principes, ante Victorium impressas mecum facere, nominatim Bruschianam et Aldinam, quas ipse inspexi.

Cap. CVII. *Quam optimae*) Ita pro vulgato *quam optime* scripsi̇, admonitus etiam a Meursio. Similes compositiones ad labra et opercula doliorum perungenda habent Geoponica VI, 9, et Plinius XIV, c. 21.

Sertam) Vide ad c. 113.

una cum iri contundas quam minutissime, per cribrum cernas, et una cum sapa coquas sarmentis, et levi flamma. Commoveto, videto, ne aduras. usque coquito, dum dimidium excoquas.[d] Vbi refrixerit, confundito in vas picatum bene odoratum,[e] et oblinito, et[f] utito in labra doliorum.

CVIII. (CIX.) Vinum[a] si voles experiri duraturum
sit, nec ne, polentam[b] grandem dimidium acetabuli[c]
in caliculum novum indito, et vini sextarium[d] de eo
vino[e] quod voles experiri, eodem infundito, et im-
2 ponito in carbones, facito bis, aut ter inferveat. Tum
id percolato, polentam[f] abiicito.[g] Vinum ponito sub
dio. Postridie mane gustato. Si id[h] sapiet,[i] quod in
dolio est, scito duraturum. Si subacidum erit, non
durabit.

CIX. (CX.) Vinum asperum quod erit, lene[a] et suave si voles facere, sic facito. De ervo farinam facito lib. IIII. et vini cyathos IIII. conspergito[b] sapa. Postea facito laterculos. Sinito combibant noctem et

a. V. (d) *exquoquas* B. R. *dum* omitt. Cod. Gronov. (e) *oderatum* P. (f) *et* omitt. I. B. R. Br. *utitor* Br. (g) *utitor* a. V.

Cap. CVIII. (a) *Vinum---nec ne* haec verba stant loco rubricae I. B. R. Br. (b) *Puolentam* P. (c) *acceptabuli* I. B. R. Br. (d) *sestarium* I. B. R. Br. (e) *eo* repet. I. B. R. Br. (f) *puolentam* P. (g) *adiicito* omnes praeter B. R. (h) *vinum* ins. a. V. (i) *sapiat* I. B. R. Br.

Cap. CIX. (a) *leve* Iunt. (b) *conspargito* Br.

Cap. CVIII. *Polentam*) Ex hordeo factam, graece ἄλφιτα. Geoponica VII, 45, 29: ἔνιοι ἄλφιτα μιγνύουσι καὶ καταστήσαντα γεύονται. τινὲς σελίνου σπέρμα καὶ κριθῆς πίτυρα καὶ δάφνης φύλλα καὶ κλήματα μελαίνης ἀμπέλου ἐν ζέσαντι καὶ βράσαντι οἴνῳ βάλλουσι καὶ ψύξαντες γεύονται καὶ οὕτω δοκιμάζουσι. Experimenti rationes ignoro; igitur de veritate iudicare non possum. Pro *grandem* Rottboell. pag. 48 coniicit *quantum*.

Cap. CIX. *Ervo*) Farinam ervi ad varia vini vitia adhibent Geoponica VII, 12, et 25, et 37.

Vini cyathos) Gesner recte *sepae* emendat, cuius cyathos quatuor conspergi, id est, admisceri vult farinae ervi. *Vini* additur aut librarii errore, aut ut cyathi vinarii mensuram significet, recte monente Gesnero.

Laterculos) Operis pistorii et dulciarii laterculos a forma dictos ex

diem. postea commisceto cum eo vino in dolio, et oblinito dies LX. Id vinum erit lene, et suave, et bono colore, et bene odoratum.

CX. (CXI.) Odorem[a] deteriorem demere vino si voles, testam de tegula crassam puram calfacito in igni bene. Vbi calebit, eam picato, resticula alligato, testam demittito in dolium infimum leniter, sinito biduum[b] oblitum dolium: si demptus erit odor deterior, id optime; si non, saepius facito, usque[c] dum odorem malum dempseris.

CXI. (CXII.) Si[a] voles scire in vinum aqua addita sit, nec ne, vasculum facito de materia ederacea.[b] Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas ederaceum.[c]

CXII. (CXIII.) Vinum[a] Coum si voles facere, aquam ex alto marinam sumito, mari tranquillo,

CAP. CX. (a) *Odorem deteriorem vino demere* Lemma sunt: caput ipsum incipit, *Testa* in aliis praeter I. I-G. Po. 2. (b) *biduo* a. V. (c) *usque* om. I. B. R. Br.

CAP. CXI. (a) Verba: *Si voles scire in vinum aqua addita sit, nec ne* locum rubricae occupant I. B. R. Br. (b) *heredacea* I. B. R. Br.' *heredacia* P. (c) *hederaceum* I. B. R. Br.

CAP. CXII. (a) Verba: *Vinum Coum si voles facere* locum rubr. occupant

Plauti Poenulo I, 2, 112, et Apuleii Metamorph. X annotavit Popma.

Oblinito dies) Recte *post dies* corrigit Abr. Gronov. Vide ad cap. 104, s. 2. Ceterum eandem condituram ex Graecis retulit Palladius XI, c. 14, s. 5: *Suave vinum de duro fieri docent, si ordeacii pollinis cyathos duos simul cum vino subactos mittas in vini vasculo et hora una ibi esse patiaris;* ubi vide notas. Plane convenit locus Theophrasti de Odoribus p. 451, ed. Heinsii: ubi vinum Thasium, quod in prytaneo convivio dabatur dulcedine praecellens, condiri narrat farina triticea cum melle subacta (σταὶς μέλιτι φυράσαντες). Ita enim odorem a melle, dulcedinem a farina accedere.

CAP. CX. *Deterior*) Gesner malebat *tetrior* hic et paulo post scribi.

Testam) Geoponica VII, 26: οἱ δὲ ὄστρακα ἐκπυρώσαντες ἐμβάλλουσιν.

CAP. XCI. *Ederacea*) Experimentum habet etiam Plinius XVI, sect. 63. Grammatici tale vas graece volunt dici κισσύβιον.

CAP. CXII. *Coum*) Plinius 14, s. 10: *Coi marinam aquam largiorem*

quum ventus non erit, dies[b] LXX. ante vindemiam, quo aqua dulcis non perveniet.[c] Vbi hauseris de mari, in[d] dolium fundito,[e] nolito implere, quadrantalibus v minus sit, quam plenum. operculum imponito, re-
2 linquito[f] qua[g] interspiret. Vbi dies XXX praeterierint, transfundito in alterum dolium puriter, et leviter.[h] relinquito in imo quod desederit.[i] post dies XX in alterum dolium item transfundito, ita relinquito usque ad[k] vindemiam. Vnde vinum Coum facere voles, uvas relinquito in vinea, sinito[l] bene coquantur. et ubi pluerit, et siccaverit, tum[m] deligito. et ponito in sole biduum, aut triduum sub dio, si pluviae non erunt, si pluvia erit, in tecto in cratibus componito, et si qua acina corrupta erunt, depurgato. Tum sumito

I. B. R. Br. (b) *die septuagesima* I. I- G. A. (c) *perveniat* a. V. deinceps *de mare* Br. (d) *calcare* ins. A. I. I-G. Po. 2. (e) *infundito* P. et Cod Gronov. (f) *relinqui* Po. 2. (g) *qui* a. V. *quia intersiret* Pol. (h) *leniter* P. I. I. et Cod. Gronov. punct. abest a. V. (i) *desciderit* P. Postea *alterum item d. transfondito* Br. (k) *in* a. V. (l) *ut* ins. I. I-G. A. (m) *tunc* a.

miscent, idque translatum in album mustum leucocoum appellatur. In aliis autem gentibus simili modo factum tethalassomenon vocant. Thalassiten autem vasis musti deiectis in mare, quo genere praecox fit vetustas. Nec non apud nos quoque Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonstravit, super cetera in sole quatriduo maturandum praecipiens. Rhodium Coo simile est. Omnia transmarina septem vel in sex annis ad vetustatem mediam pervenire existimantur. Plinius diversam lectionem habuit hoc in loco aut supra c. 105, ubi vinum parare docet non deterius Coo. Superest etiam alia ratio defendendi Plinii. Scilicet is videtur caput hoc cum sequenti copulasse, et caput 113 de eodem vino Coo interpretari: ubi Cato *ne plus quatriduum in sole siveris.* Contra Codex Mediceus *quadriennium* habet scriptum. Plinii lectionem adiuvare videtur comparatio cap. 105, ubi vinum, non deterius Coo, addita musto cocto aqua salsa, parat Cato, idque addito schoeno et calamo odoratum facit, et in sole per biennium positum esse sinit, deinde in tectum confert. Deinceps *de mare* est in Brusch. forte etiam in I. B. R. quam formam in Varrone ex Grammaticis veteribus restitui voluit Pontedera.

Quo aqua) Haec verba nimis longe ab illis *ex alto marinam sumito* separata fuisse a librario, docet comparatio cap. 106, et nunc video etiam Cel. Rottboellium p. 48, ea transferre

aquam[n] marinam[o] Q. S. S. E.[p] in dolium[q] quinquagenarium infundito[r] aquae[s] marinae Q.[t] X. Tum acina[v] de uvis miscellis[x] decerpito[y] de scopione,[z] in idem dolium usque dum impleveris, manu comprimito,[a] ut combibant aquam marinam. ubi impleveris[b] dolium, operculo operito, relinquito qua interspiret. Vbi triduum praeterierit, eximito de dolio,[c] calcato in torculario, et id vinum condito in dolia lauta, et pura,[d] et sicca. 3

CXIII. (CXIV.) Vt[a] odoratum[b] bene siet, sic[c] facito: sumito testam[d] picatam: eo prunam lenem indito, suffito serta, et schoeno, et palma, quam habent

V. (n) *aquae marinae* I. I- G. A. (o) *quadrantalia* s. s. I. B. R. Br. *al. quadrantalia a (ex)* Ad marginem Pol. *supra scriptae quadrantalia* X. I, I-G. A, desunt W. (p) *et* a. V. excepta Iuntt. quae delet. (q) *doleum* W. (r) *infondito* W. (s) *aquae marinae q.* X. desunt I. I- G. A. (t) *quadrantalia* I. B. R. Br. *quartaria decem* W. (v) *accina* W. (x) *misellis* a. V. (y) *decarpito* I. B. R. M. Po. 2. Br. (z) *scapo* B. R. Reliquae *scopio*. In margine P. teste etiam Victorio legitur: *al. descopione a (ex)*: Vnde correxi vulgatam, addicentibus Vrsini Codd. Deinceps *et in idem* A. Iunt. G. (a) *acina* add. I. B. Br. R. et Cod. Gronov. (b) *compleveris* a. V. (c) *et* add. a. V. (d) Pol. et liber Victorii in margine: *al. curata ex*: habet I. B. Br. R. *puta*, quod praefert Pontedera.

Cap. CXIII. (a) Verba: *Vt odoratum bene sit* stant loco rubr. I. B. R. Br. *Vinum* inser. A. Iunt. G. (b) *adoratum* Popm. 2. (c) *sic facito* desunt

iussisse post verbum *sumito*. Ostia fluviorum dulcem aquam mari affundunt.

Q. S. S. E.) I. e. quae supra scripta est. Male vulgo ponitur numeralia nota ∈. Mecum Cod. Gronovii facit. Nescio ex quo Codice Meursius attulit: *aquae marinae S. S. Q. X.*

Aquam marinam) Supra cap. 105 vinum Graecum Coo non deterius conficiebat musto decocto seu sapa addita muriae, absque uvis in sole siccatis. Geoponica Coum aliter parant. Geoponica VIII, 24, Thasium parant. cap. 23 ex uvarum passarum aquae marinae decoctae, et musto immersarum deinde proculcatarum succo, addita postremo sapae parte vicesima.

Cap. CXIII. *Vt odoratum*) Hoc scilicet ipsum vinum Coum, ut monui ad cap. 112 ex Plinio. Recte igitur Codex Gronovii cum praecedente copulat hoc caput.

Serta) Cap. 105 schoenum et calamum adhibet in pila contusa. Palmam eandem voluit intelligi Columella XII, 20, 5, in medicamento vini. Et quam phoenico balanum dixit Plinius XII, s. 47, ubi vide notas. Vnguentarii sunt μυρεψοί. Sertam supra

unguentarii, ponito in dolio,[e] et operito, ne odor exeat, ante quam vinum indas. Hoc facito pridie quam vinum infundere voles. de lacu quam primum vinum in dolia[f] indito, sinito dies XV. operta[g] ante quam oblinas,[h] relinquito qua interspiret vinum. postea
2 oblinito. Post dies XL. diffundito in amphoras, et addito in singulas amphoras sapae sextarium[i] unum. Amphoras nolito implere nimium, ansarum infimarum fini. et[k] amphoras in sole ponito, ubi herba non siet. et[l] amphoras operito, ne aqua accedat, et ne plus quadriduum[m] in sole siveris. Post quatriduum[m] in culleum[n] componito, et instipato.[o]

a. V. (d) *testem* Brh. s. Ms. Goes. (e) *dolia* I. B. R. Br. (f) *dolium* a. V. (g) *apertam* I. B. R. Br. *opertum* I. I. G. A. (h) *et* inser. I. I. G. A. (i) *sestarium et* I. B. R. Br. (k) *et* abest a. V. (l) *et* omitt. a. V. (m) *quadriennium* Pol. et liber Victorii. (n) *cuneum* P. *culeum* a. V. (o) *instipa* Pol. *in sapa* I. B. R. Br.

cap 107 Campanicam dixit. Plinius XXI, c. 9: *Meliloton quod sertulam Campanam vocamus. Est enim in Campania Italiae laudatissima — odor eius croco vicinus et flos, ipsae canae.* Rottboell. p. 49 *sertam* interpretatur Linnaei melilotum italicam, *schoenum* andropogonem schoenanthum, palmam balanum myrepsicam Bauhini.

Voles. de lacu) Vulgo hic positum comma puncto commutavi.

Operta) Sc. operculo, ut defervescendo purgare se atque exhalare spiritum possit.

Infimarum fini) Supra c. 28, 2, *radicibus fini*; ubi vide notam.

Et ne alus quatriduum) Pontedera legit: *Et ne pleus quadrieniom in sole seiveris. Post quadrieniom in cuneom componito et insteipa.* Primum *quadriennium* lectionem repertam in Codd. duobus a Lagomarsino nunc probat, item cap 105, *biennium sinito in sole*, motus auctoritate Plinii 14, c. 8, de Graecorum vinis loquentis: *uvae paulum ante maturitatem decerptae siccantur acri sole, ter die versatae per triduum: quarto exprimuntur die, dein cadis sole inveterantur.* Tum specialim de Coo ex Catone *super caetera in sole quadriennio maturandum praecipiens.* Concludit denique dicens: *Omnia transmarina septem aut sex annis ad vetustatem mediam pervenire existimantur:* Deinde *in Cuneum* Codd. Polit. Venet. et S. Repar. probat et illustrat theatrorum cuneis, id est sedilium ordinibus. Igitur in cella esse cuneum sedes elatas, quo plura vasa contineantur. Suggestum in cella habet cap. 154 calcatorium Pallad. I, 48, ubi vide annotationem p. 24.

Post quatriduum) Hanc partem ultimam capitis ab argumento alienam esse, censebat Gesner, qui exspectasse se ait, ut in cellam vel apothecam

CXIV. (CXV.) Vinum si voles concinnare, ut alvum bonam faciat, secundum vindemiam, ubi vites ablaqueantur, quantum putabis ei rei satis esse vini, tot vites ablaqueato, et signato. earum radices circumsecato,[a] et purgato. Veratri radices contundito in pila, eas radices dato[b] circum vitem. et[c] stercus vetus, et cinerem veterem, et duas partes terrae circundato[d] radices vitis.[e] terram insuper iniicito.[f] Hoc vinum se- 2
orsum legito. Si voles servare in vetustatem, ad alvum movendam servato, nec commisceas cum caetero vino. De eo vino cyathum sumito, et misceto aqua, et bibito ante coenam. Sine periculo alvum movebit.

CXV. (CXVI.) In[a] vinum mustum veratri atri ma-

Cap. CXIV. (a) *circum secato* divis. I. B. R. *circumsarrito* I. I-G. A. (b) *ponito* I. I-G. A. (c) *his* ins. I. I-G. A. (d) *circumdato: radices* I. B. R. *circumaddito. Radicibus* I. I-G. A. (e) punctum abest a. V. (f) *ycito* P.

Cap. CXV. In Vict. ea demum verba: *Vinum ad alvum movendam concinnare etc.* sunt initium capitis 115. (a) *Vinum ad alvum movendam*, in vinum inferretur. Codicis Medicei *quadriennium* unde ortum fuerit, disputavi ad initium cap. 112. Gesneri coniecturam firmat, quod c. 105 in simili re est: *deinde in tectum conferto*. An fuit *insipato?* i. e. indito, unde dissipare. Ita in loco Pomponii ex Fullone apud Nonium in *Fervat*: *Facite: ut ignis fervat, ligna insipite, far concidite* ante Iani Guilelmi emendationem Verisim. I, 11 legebatur *instipite*. Cel. Rottboell. p. 49 coniicit cum Gesnero *cellam* vel *cavum* vel *caulam* pro *culleum*.

Cap. CXIV. *Veratri radices*) Plinius XIV, sect. 19, no. 5, de hyssopite et absinthite vino: *fiunt utraque et alio modo, circa radices vitium sato. Sic et elleboriten fieri ex veratro nigro, Cato docet. Sic fit et scamonites. — sic et elleborum seritur in Thaso, aut cucumis silvester, aut scamonia, quod vinum phtoricum vocant, quoniam abortus facit.* Ceterum vocem *atri* excidisse, recte monet Pontedera, et demonstrat caput sequens. Diosc. 4, 151 ἐλλέβορος μέλας — συμφυτευθείς ἀμπέλοις πρός τῇ ῥίζῃ τόν ἐξ αὐτοῦ οἶνον καθαρτικόν ἐργάζεται. Geoponica 8, 18: ἐλλεβόρου τὰς ῥίζας κόψον καὶ περικαθάρας τῆς ἀμπέλου τὰς ῥίζας περίβαλλε αὐτὰς τῷ κοπέντι ἐλλεβόρῳ καὶ οὕτως φύτευσον. Eadem 4, 8: καὶ τὴν καθαρτικὴν ἄμπελον τούτῳ τῷ τρόπῳ ποιοῦμεν σχίζοντες τὸ κλῆμα καὶ ἐλλέβορον ὑποτιθέντες

Stercus vetus) Heinsius Advers. III, 458 *vietum* corrigebat, ne idem vocabulum repeteret austerus Cato, vel potius compilator Catonis!

Cap. CXV. *Vinum mustum*) I. e. novum, musteum. Sic *agnam mustam* pro nova ex Catone nostro refert Priscianus VI, p. 711.

nipulum coniicito[b] in amphoram. ubi satis efferverit,[c] de vino manipulum eiicito,[d] id vinum servato ad alvum movendam. Vinum[e] ad alvum movendam concinnare si[f] voles: Vites quum ablaqueabuntur, signato
2 rubrica, ne admisceas cum caetero vino. Treis fasciculos veratri atri[g] circumponito circum radices, et terram insuper iniicito.[h] Per vindemiam de iis[i] vitibus, quod delegeris, seorsum[k] servato, cyathum in caeteram potionem indito, alvum movebit, et postridie perpurgabit sine periculo.

CXVI. (CXVII.) Lentim[a] quomodo servari oporteat. Laserpitium[b] aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpitiato.[c] et ponito in sole. Postea lentim oleo perfricato, sinito arescat, ita integra servabitur recte.

vinum A. I. I-G. (b) *coicito* P (c) *efferbuerit* a. V. (d) *eicito* Pol. (e) *Aliter. si voles vinum etc.* A. I. 4-G. *Ad idem.* Tum spatio vacuo relicto sequitur laoquam novum caput: *Vinum — concinnare. Vites* Br. (f) *si voles* deest a. V. (g) *atri* om. Iunt. (h) *inicito* Pol. (i) *his* a. V. (k) *sorsus* P.

Cap. CXVI. (a) *Lentim --- oporteat* locum rubricae occupant I. B. R. Br (b) *Lasserpitium* I. B. R. Br. *Lasserpicium* P. (c) *Lasserpiciato* I. B. R. Br.

Ne admisceas) Haec in capite antec. male omissa sunt. Deinceps fasciculos veratri atri cur nominet, nec radices contusas, ignoro; nisi forte diversam rationem vini helleboritis concinnandi voluerit tradere auctor.

Ceteram potionem) In altero loco cyathum vini miscet aquae; quam et h. l. intelligi puto.

Cap. CXVI. *Oleo perfricato*) Plinius 18, s. 73: *alii qui in salsamentariis cadis gypso illinant, alii qui lentem aceto laserpitiato respergant siccatamque oleo inungant.* Geoponica II, 37: ὄξει ὀπὸν ἔχοντι ἐπιῤῥανθεῖσα ἄσηπτος διαμένει. Colum. II, 10, 15: *Tum in sole siccetur et radice silphii trita cum aceto aspergatur defriceturque, atque ita rursus in sole siccata et refrigerata recondatur;* ubi miror, Interpretes non vidisse, post *perfricetur* excidisse *oleo*. Ceterum miratur Gesner, tam operose in Italia servari lenticulam. At ita etiam fabas servant Geoponica II, 35, 9: οἱ κύαμοι θαλαττίῳ ὕδατι καταῤῥανθέντες ἄκοποι ἔσονται· ὁμοίως καὶ μαγυδάρεως ἀποβρέγματι. Seminum integritati ita consuli et messis futurae prosperitati, monet Bradley Survey of the ancient Husbandry p. 159, et 863, qui aceti usum ad necanda insectorum *ova*, cinerum vero ad corruptelam putredinis arcendam refert. Lentem Pelusiacam Virgilius Georg I, Niliacam, faba cariorem, commendat Martialis XIII, 9. Alexandri-

CXVII. (CXVIII.) Oleae albae quemadmodum[a] condiantur. Ante quam nigrae fiant, contundantur, et in aquam[b] deiiciantur. Crebro aquam mutes, deinde ubi satis maceratae erunt, exprimas, et in acetum coniicias, et oleum addas,[c] salis selibram in modium olearum. Foeniculum, et lentiscum seorsum condas in acetum. Si una admiscere voles, cito utitor, in orculam[d] calcato, manibus siccis, quum uti[e] voles, sumito.

Cap. CXVII. (a) *quema* P. (b) *aqua* a. V. (c) *et* ins. a. V. Vulgo est: *mutet — exprimat — coniiciat — addat — condat*. Br. *modum olear*. (d) *orculum* Herv. (e) *ut* P. Vulgo erat *calcato manibus siccis. cum uti voles, sumito.*

nam Vegetius. Maior ea fuisse videtur, in pingui Aegypti solo nata. Obiter etiam fabam conchin, Martialis Epig. 7, XIII, memorabo, quam *pallidam*, alibi VII, 77, *iunctam* vocat; eandem Iuvenalis 3, 293 nominat inter pauperum cibos. Vulgo interpretantur fabam, cum cortice suo elisam, falsi loco Pollucis VI, s. 94, ubi conchyliorum testa κόγχυς dicitur. Sed ibi κόγχους legendum est; et faba conchis est, quae cum oleo apparatur in cibum. Suspicor, Italicum vocabulum inde derivatum esse, quo faba condita dicitur *in concia*.

Cap. CXVII. *Contundantur*) N. Heinsius ad Petron. c. 47 memorat ex libris nescio quibus lectionem ineptam *commundantur*. Cato enim olivas θλαστὰς dicere voluit.

In aquam) Frigidam an calidam? Columella XII, 47 pauseam acerbam contusam aqua calida paululum maceratam exprimit; sed in altera compositione frigidae muriae immersam exprimit. Geoponica IX, 32 contusas prelo (ἐπὶ ξύλου) calidae immittunt, deinde sporta inclusas exprimunt. Sed vide notam paulo post ponendam.

Mutes) Ita vulgatum *mutet*, et deinceps *exprimat — coniiciat — addat — condat* correxi ex sententia Pontederae. Praeterea verba: *crebro aquam mutes* ab antecedentibus maiore distinctione separavi, et cum sequentibus copulavi.

Oleum addas) Pauseas albas in oleo servari et recentissimas repraesentare, monet Colum. XII, 47, 8; sed in conditura albarum pausiarum reliqua oleum non adhibet. Deinceps *modium olearium* in emendandis correxit Pompma.

Lentiscum) Semina lentisci, et foeniculi semina vel caulem et folia concisa adhibet in condituris olearum Columella.

Cito utitor) Infra cap. 123, et 126 est *utito*, quod ex libris suis dedit Victor. Verba ipsa *cito utitor* male huc transierunt ex loco suo, post *sumito* collocanda. Videtur admistio foeniculi et lentisci impedire, quo minus ita conditae olivae durent. An omnis conditura haec aetatem non fert? Simile quid de conditura maturissimarum nigrarum et confractarum olivarum monet Columella IX, 49. Vapore balnei maceratas et salibus sparsas ultra 8 dies servari posse, negat Palladius Novembri 22, 2.

CXVIII. (CXIX.) Oleam albam, quam[a] secundum vindemiam uti voles, sic condito. Musti tantundem addito, quantum aceti. Caetera item condito ita, uti supra scriptum est.

CXIX. (CXX.) Epityrum[a] album, nigrum, variumque sic facito. Ex oleis albis, nigris variisque nucleos[b] eiicito. Sic condito. Concidito ipsas: addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum,[c] foenicu-

Cap. CXVIII. (a) *secundum vindemiam qua* a. V. praeter Iuntt. qui *qua uti secundum vindemiam etc. quam* tamen in Ieus. scriptum fuisse, Polit. Mss perhibet.

Cap. CXIX. (a) *Epitirum* Ieus. Br. in Lemmate etiam P. B. R. Br. (b) *enucleos eicito* P. (c) *cyminum* a. V. postea *sciet* Br.

Cap. CXVIII. *Quam secundum*) Hanc lectionem Victor intulit. Antea: *sec. vindemiam qua*. De casu. *quam* sollicitos nos esse vetat cap. 123, *id utito*. Sensum viri docti non attigerunt. Conditurам olearum per mustum docent Geopon. IX, 3, sed ibi albae oleae per dies 30 muria maceratae et cum musto recenti fervefactae obliinuntur conditae. Eadem cap. 32 albas oleas et fractas exemptis nucleis cum sale trito cumino et foeniculi ramulis infuso musto condiunt. Geminam per mustum conditurам habet Columella XII, 47, sed eam non magis, quam graecam, oleum nec acetum ingreditur. Tempus autem conditurae ita definit: *Acerbam pauseam mense Septembri, vel Octobri, dum adhuc vindemia est, contunde.* De usu addit: *sic curata oliva tertio die possis uti*. Inde apparet, secundum vindemiam, i. e. post vindemiam albam oleam non stringi et condi, pauseam certe. Videtur igitur lectio Victoriana vera esse; alias addendum foret *cito*, si verba *sec. vind.* ad tempus conditurae retuleris. Ceterum rationem olivarum condiendarum hodiernam docuit Bernard Mémoire sur l'Olivier pag. 147 seqq. ubi monet, olivas, quamvis maturas et nigras, saporem amarum et quodammodo acidum, oleo permistum, gerere, quem aqua pura affusa eliquat; sed multo celerius hoc fit olivis antea contusis; atque ita eliquatas per octo dies sale minuto, foeniculo et coriandri semine addito condiunt. Contusas si calida aqua eliquaveris, multo citius usui fiunt aptae, sed facilius corrumpuntur. Ad usum diuturnum lixivio cinere maceratas et aqua pura elotas condiunt muria, addito foeniculo, coriandro, lignoque rhodio; interdum acetum adiiciunt, ne forte conditura ferveat subito. Quidam exemtas hac conditura olivas sectione spirali aperiunt, exemto nucleo sardinae partem et baccam capparis substituunt, atque ita in oleo servant. Quae qui comparaverit cum locis Catonis, Columellae et Palladii, facile rationem singularum conditurarum ipse videbit.

Caetera) i. e. quod reliqua condimenta attinet.

Cap. CXIX. *Epityrum*) De quo accurate dicetur ad Colum. XII, 47, 9.

lum, rutam, mentam. in orculam condito, oleum supra siet, ita utitor.

CXX. (CXXI.) Mustum[a] si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, et corticem oppicato, demittito in piscinam. post XXX[b] diem eximito. totum annum mustum erit.

CXXI. (CXXII.) Mustaceos[a] sic facito. Farinae siligineae modium unum musto conspergito.[b] Anisum, cuminum,[c] adipis P. II. casei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris,[d] lauri folia subtus addito, quum[e] coques.

CXXII. (CXXIII.) Vinum concinnare, si lotium difficilius transibit. Capreidam,[a] vel iuniperum[b] contundito in pila, libram indito in duobus congiis vini

Cap. CXX. (a) Lemma: *Mustum --- habere.* I. B. R. Br. (b) *trigesimum* a. V. xxx tamen Br.

Cap. CXXI. (a) Rubrica: *Mustaceos sic facito.* I. B. R. Br. (b) *conspargito. Anesum* Pol. (c) *cyminum* a. V. (d) *defrixeris* I. B. R. Br. et Cod. Gronov. (e) *dum concoques* a. V.

Cap. CXXII. (a) *Capidam* I. B. R. Br. Pol. 1. Pol. 2. nobiscum *Capridam*

Cap. CXX. *Corticem*) Vrsinus comparavit Horatium III, Od. 8, 9: *hic dies corticem adstrictum pice dimovebit amphorae.* Corticem suberis intelligi, docebo ad Columellam IX, 6, et XI, 2, 90. De re ipsa vide ad Colum. XII, 29.

Cap. CXXI. *Mustaceos*) Genere neutro mustacea dixit Iuvenalis VI, 203. Hinc proverbium apud Ciceronem ad Attic. V, 20: *laureolam in mustaceo quaerere.*

Cap. CXXII. *Capreidam*) Caprifolium interpretatur Popma, graece periclymenum, cuius semen et folia decocta et cum vino sumta urinam ducere, annotat ex Dioscoride et Plinio. Sed Caprifolium nomen est ignotum Italiae antiquae. *Caprago* Apuleii c. 108 est lactuca caprina, quae huc non pertinet, etsi silvestris lactucae succum urinae difficultates emendare ait Plinius 20, s. 26. Forte capparis intelligitur, cuius radicem in vino potam lienem totum per urinam et alvum emittere, tradit Plinius. Pontedera *Capreidam* mutandum coniiciebat in *Cedridam* id est κεδρίδα, cedri fructum; qui eundem cum iuniperi fructu usum in medicina habet, teste Plinio 14, cap. 16 et 24, cap. 5 cum Dioscoride I, c. 105.

Iuniperum) Baccas aut lignum musto decoqui, monet Plinius 14, s. 19. Baccam h. l. intelligi puto. Dioscor. V, 46 vinum iuniperinum conficere docet.

veteris in vase aheneo,[c] vel in[d] plumbeo defervefacito. ubi refrixerit, in lagoenam[e] indito. id mane[f] ieiunus cyathum[f] sumito. proderit.

CXXIII. (CXXIV.) Vinum ad ischiacos sic facito. De iunipero materiam[a] semipedem crassam concidito minutim. Eam infervefacito[b] cum congio vini veteris. ubi refrixerit, in lagoenam[c] confundito, et postea id utito[d] vini[e] cyathum mane[f] ieiunus.[g] proderit.

CXXIV. (CXXV.) Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores[a] et vigilantiores sint.

CXXV. (CXXVI.) Vinum[a] murteum[b] sic facito: Murtam[c] nigram arfacito[d] in umbra. ubi iam passa

Pop. 2. (b) *iuniperum* Com. (c) *aeneo* a. V. (d) *in* abest a. V. (e) *lagenam* a. V. praeter Gryph. qui nobiscum. *lagonam* P. (f) *cyatum* I. B. Gr. G. *ieiuniis sumito* Brusch.

Cap. CXXIII. (a) *materiem* P. (b) *fervefacito* a. V. praeter I. I; (c) *lagonam* P. *lagenam* I. I-G. Br. (d) *utitor* a. V. (e) *et ieiuno cyathus unus proderit* W. (f) *mane* omitt. P. (g) *ieiuniis proderit* a. V.

Cap. CXXIV. plane omittit Wr. (a) *vigilantiores et acriores* Br. et Ald.

Cap. CXXV. (a) Lemma: *Vinum myrteum sic facito*. I. B. R. Br. (b) *myrteum* etiam I. I-G. A. *murtheum* P. (c) *Murteam* P. *myrtam* Br. *Myr-*

Defervefacito) Meursius malebat, et *fervefacito*.

Lagoenam) Victorius in Codice vetusto reperit etiam *lagonam* scriptum, ut in Epistola Ciceronis Quinti ad Tironem et in libro Plinii XVI; Codices Palatini in Palladio *laguna* alibi, *laguena* dant, testante Sylburgio. Quam scripturam, *lagunam*, veram esse, monuit Gesner, comparatis *lagunculis*, quas nominat Columella. Graece est λάγυνος, quam μακροφάρυγγα et στεινχύχενα vocat Argentarius Analector. Graec. T. II, p. 270 et 271, ed. Brunckii. In fragmento Varronis apud Nonium p. 543 Merceri: *Vulcanum nec quam novae lagoenae ollarum figura, ter precatur*, ubi antiquae Edd. *franguntur*. Cod. Palat. *figurantur*, unde Gebhard Antiq. Lect. II, 19 corrigebat: *nec non cum novae lagoenae ollarum figurantur, ter precatur* sc. figulus. Sed *lagoenae ollarum* etiamnum vitiosae supersunt; itaque lego *lagoenae ollaeve figurantur*.

Cap. CXXIII. *Id utito vini*) i. e. eius vini cyathum sumito, ut c. 122. De usu iuniperi Plinius 24, s. 36, ex Diosc. I, 103: *urinas ciet — datur ischiadicis cum vino albo potum pilulis quaternis aut decoctis viginti in vino*.

Cap. CXXIV. Loco alieno haec de canibus tradi, monuerunt Pontedera et Gesner. Eadem fere habet Varro I, 21, cui ex Edd. antiquis restitui.

Cap. CXXV. *Murtam nigram*) Operose myrtiten vinum conficit Colu-

erit, servato ad vindemiam: in urnam[a] musti contundito[f] murtae[g] semodium, id oblinito. Vbi desiverit fervere mustum, murtam[h] eximito. Id est ad alvum[i] crudam, et ad lateris dolorem, et ad coeliacum.[a]

CXXVI. (CXXVII.) Ad[a] tormina, et[b] si alvus[c] non consistet,[d] et si teniae,[e] et lumbrici molesti erunt,[f] xxx mala Punica acerba sumito, contundito, indito in urceum, et vini nigri austeri congios tres,[g] vas oblinito. post dies xxx aperito,[h] et utito:[i] ieiunus heminam bibito.

CXXVII. (CXXVIII.) Ad[a] dyspepsiam[b] et stranguriam (mederi.[c]) Malum Punicum ubi florebit, col-

tum I. I-G. A. (d) *arefacito* a. V. (e) *urna* I. B. R. Br. *urcam* Po. 2 (f) *contondito* Bo. (g) *myrtae* a. V. (h) *myrtam* I. B. R. Br. *myrtum* I I-G. (i) *alvom*. Po. 2. Sic etiam alibi *ovom* pro *ovum*. (k) *et si alvus non consistet* add. a. V. *et ad tineas et lumbricos* insuper add. I. B. R. Br.

Cap. CXXVI. (a) Lemma: *Ad tormina: et si alvus non consistat, et si tineae et lumbrici molesti existent*. I. B. R. Br. (b) *et si alvus non consistet* desunt I. I-G. A. (c) *alvos* Po. 2. (d) *consistat* I. B. R. Br. Pol. (e) Ita ex P. et Iuntt. scripsi pro *tineae*. (f) *erunt* om. P. Voluisse videtur dare *existent* cum I. B. R. Br. (g) *superposito* add. I I-G. (h) *Operito* Iens Br. *apperito* B. R. (i) *utitor* a V.

Cap. CXXVII. (a) Lemma: *Ad dispepsiam et stranguriam*. I. B. R. Br. (b) *Dispepsiam* a. V. *dispniam stranguiriam medela. Malum etc.* W. (c)

mella XII, 38. Plinius 15, sect. 37: *Cato docuit vinum fieri e nigra, siccata usque in ariditatem in umbra, atque ita musto indita. Si non siccentur baccae, oleum gigni.*

Contundito) Possis suspicari *confundito* legi debere; sed contusas baccas myrti nigrae etiam Columella musto indit. *Si eximi* debet myrta, pendere debet fiscella aut lino inclusa. Palladius myrtis montania siccatis tusisque additis vinum decem diebus odoris optimi effici es Graecis docet XI, c. 14, a. 5.

Alvum crudam) Ad tormina, alvi proluviem et imbecillum stomachum facere ait Columella.

Cap. CXXVI. *Ad tormina*) Plinius 23, s. 58: *contusum malum ex tribus heminis vini decoctum ad heminam, tormina et taenias pellit. Punicum in olla nova, cooperculo illito, in furno exustum et contritum potumque in vino sistit alvum, discutit tormina.*

Vbi florebit) Cytinum, primum punici partum seu calycem, pomi rudimentum et flores continentem, aut flores, cytino inclusos, seu balaustium. De balaustio Plinius l. c. s. 60 testatur, siccati et tusi farinam dysentericos curare et alvum sistere.

Cap. CXXVII. *Mederi*) Recte verbum inutile inclusit Gesner, cui liber Wratisl. melius substituit *medela*.

ligito. Tris[d] minas in amphoram infundito. vini Q.[e] I. veteris addito, et foeniculi radicem puram contusam minam.[f] Oblinito amphoram, et post dies XXX aperito et utitor. Vbi voles cibum concoquere,[g] et lotium facere, hinc bibito quantum voles sine periculo. Idem vinum tenias[h] perpurgat, et lumbricos, si sic
2 concinnes.[i] Incoenatum iube esse, postridie thuris drachmam I.[k] conterito, et mel[l] coctum drachmam[m] unam, et vini[n] sextarium[o] origaniti,[p] dato ieiuno, et puero pro aetate[q] triobolum, et vini heminam. Su-

mederi om. I. B. R. I. I. G. Po. 2. Br. (d) *Tres heminas* a. V. (e) *quartar.* lens. Br. *quartare* B. R. *veteris quadrantal.* I. I-G. A. (f) *heminam unam* a. V. (g) *conquoquere* P. (h) Ita pro *tinias* scripsi ex I. I. Polit. (i) *concines* I. B. R. (k) 4. abest a. V. (l) *mellis cocti* I. I-G. A. (m) *dragmam* I. B. R. (n) *praedicti* I. I-G. A. (o) *sestarium* I. B. R. W. Br. (p) *et origanum* a. V. etiam W. (q) *in* ins. I. B. R. Br.

Tris minas) Libras intelligi romanas, ex Plinio 12, s. 32, 14, s. 21, 23, sect. 29, et 21, cap. 34 monuit Gesner. Sed fallitur, quum putat, de liquidis modo dici heminam; nam salis heminas ternas habet Columella XII, 47, 6, neque tamen ideo antiquam lectionem *tres heminas* h. l. probaverim.

Incoenatum iubet esse) Pontedera *lubet esse* pro *iubet* probat allatum ex Codice Polit. et S.Repar. deinde *triobolum* ex lectione Caesen. *tribolum* et Edd. pr. *in triobolum* mutandum coniicit in *tribulatum* vel *intribulatum* id est permixtum et bene subactum. Cf. cap. 23, s. 4 postea *et viro heminam* corrigit comparato capite 156, ubi viro hemina potionis medicatae similiter datur.

Origaniti) Dicitur pro *origanitis*, ut Pericli et similia, monente Gesnero. Cel. Rottboell. p. 50 malebat legi: *mellis cocti origaniti* vel *mel coctum origanitum dr. unam.*

Et vini heminam) Quum vox *vini* abundet, et puero heminae mensurae data sit nimia, hinc Pontedera malebat *viro heminam*. Contra Gesner monebat, hanc proportionem aetatis puerilis et virilis non esse iustam; et de pueris Catonem solis loqui voluisse, quia haec aetas lumbricis et taeniis prae ceteris sit obnoxia. De lumbricis quidem assentior viro docto, sed taeniis aetates fere omnes sunt obnoxiae. Sed nihil promovet haec annotatio, et vitium loci permanet manifestum. Quod si ex vetusta lectione *et origanum* ita legas: *vini sextarium et origani triobolum* (*inde*), *dato ieiuno vini heminam*, *et puero pro aetate*. Cel. Rottboell p. 51, coniicit: *dato iuveni et puero pro aetate in triobolum*, *et viro heminam*; quam correctionem meae longe praefero. Addit vir doctus, infantes a scaridibus, pueros lumbricis, provectos aetate homines taeniis maxime infestari innatis.

pra pilam inscendat, et saliat decies, et deambulet.

CXXVIII. (CXXIX.) Si[a] habitationem delutare vis,[b] terram quam maxime cretosam, vel rubricosam sumito,[c] eo amurcam infundito, paleas indito. sinito quatriduum[d] fracescat. ubi bene fracuerit, rutro concidito. ubi concideris, delutato. Ita neque aspergo[e] nocebit, neque mures cava facient, neque herba nascetur, neque lutamenta scindent se.

CXXIX. (CXXX.) Aream[a] ubi frumentum teratur,

Cap. CXXVIII. (a) Rubr. *Habitationem delutare.* I. B. Br. R. *Si* deest a. V. et in Cod. Gronovii. (b) *vis* om. I. B. Br. R. Polit. et Cod. Gronov. *cum voles* A. Iunt. G. (c) *sumito* omitt. I. B. R. Br. et Cod. Gronovii. (d) *quadriduum* P. (e) *aspargo* Po. 2.

Cap. CXXIX. (a) *Area* B. R. Br. (b) *facies* a. V. *conspargatur* Br. (c)

Pilam) Vt saltu alvum concutiat. Meminisse debemus meretriculae Hippocraticae, quae saltu conceptum excutiebat.

Cap. CXXVIII. *delutare*) Ex illis, quae postea disputabo, constabit, de solo et parietibus granarii haec esse intelligenda. De solo igitur interpretaberis *delutare* ex Virgilio Georg. I, 179 creta solidare. Vide supra ad c. 91. Rubrica est genus argillae rubrum, ex qua lateres duci, monet Palladius VI, 12. Quanquam habitationem etiam intus delutatam non debemus mirari in rustico austero, qualem Catonem fuisse novimus. Vide notam ad cap. 15. Ceterum ex vestigiis Edd. et Codd. scripturae Abr. Gron. corrigebat: *Habitationem delutato terra quam maxime cretosa vel rubricosa: eo amurcam* etc.

Amurcam) Plinius 15, s. 8: *Amurca subigi areas terendis messibus, ut formicae rimaeque absint. Quin et lutum parietum, ac tectoria et pavimenta horreorum.* Latera et parietes horreorum ita etiam munit Columella I, 6, 13. Hinc igitur fit manifestum, in Catonis hoc loco multa esse vitiosa, quaedam deesse. Habitationem nominavit solam, et delutare dixit, quod ad solum et parietes referendum est. Ad solum pertinent verba *neque mures cava facient, neque herba nascetur*. Postrema *neque lutamenta scendent se* ad parietes magis pertinent, aut potius ad areae solum capitis sequentis. Denique totum hoc caput repetit ea, quae cap. 92 supra iam rectius de granario tradita fuerant. Vide ibi notas. Idem factum est c. sequenti.

Aspergo) Si parietes exteriores intelligas, ferri potest; sed intus nocere non potest. Puto, olim fuisse scriptum *curculio*, ut supra c. 92. Aut potius desunt verba quaedam, eadem sententia scripta, quae supra: *postea conspergito amurca omne quod lutaveris; ubi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito; curculio non nocebit.* Ex conspergito factum est *aspergo*. Forte fuit olim: *delutato iterumque aspergito amurca. Ita neque curculio nocebit, neque mures* etc.

Cap. CXXIX. Haec eadem supra c.

sic facito :[b] Confodiatur minute terra ,[c] amurca bene conspergatur, ut[d] combibat, quam plurimum. comminuito[e] terram, et cylindro aut pavicula coaequato. ubi coaequata erit, neque formicae molestae erunt, et quum pluerit,[f] lutum non erit.

CXXX. (CXXXI.) Codicillos oleaginos,[a] et caetera ligna amurca cruda perspergito, et in sole ponito, perbibant bene. Ita neque fumosa erunt, et ardebunt bene.

CXXXI. (CXXXII.) Dapem pro[a] bubus piro[b] florente facito. Postea verno arare incipito. Ea loca primum arato quae rudecta[c] arenosaque erunt. Postea uti[d] quaeque gravissima atque aquosissima erunt, ita postremo arato.

et ins. I. I-G. A. (d) *et* I. B. R. Br. (e) *ubi bene comminuta terra fuerit, et amurcam combiberit, cylindro aut* I. I-G. A. (f) *pluet* a. V.

Cap. CXXX (a) *oleagineos.* P. *oleaginos* praec. A. I. I-G. *perspargito* Br.

Cap. CXXXI. (a) *pro* om. Cod. Gronovii. (b) *pyro* A. Iuntt. Ba. G. Gr. (c) *rudeta* a. V. *rudecta* P. et Cod. Gronovii. Cum Vict. Gesner *rudeuta.* Deinde *harenosaque* P. (d) *utique, quae* I. B. Br. R.

91 minus integra ex parte leguntur; ubi vide notas.

Terra) Legendum esse ex Plinio et natura rei *creta*, docui ad cap. 91. Male contra in Plinio *terra* pro creta reponi volebat Pintianus.

Vbi coaequata erit) Desunt verba supra posita: *postea denuo amurca conspergito, sinitoque arescat.*

Et quum non erit) Haec supra desunt. Addenda hic etiam putem verba postrema cap. 128: *neque lutamenta scindent se.*

Cap. CXXX. *Neque fumosa*) Plinius 15, s. 8: *ligna macerata amurca nullius fumi taedio ardere.* Vide supra ad c. 37, s. 5, et c. 55.

Cap. CXXXI. Eadem supra c. 50, ubi vide notas. Verba ibi leguntur huc retrahenda: *Vbi daps profanata comestaque erit*, verno arare incipito etc. Scilicet haec tria capita 131, 132, et 50 male discerpta sunt, hoc fere ordine legenda: *Dapem pro bobus piro florente facito. Dapem hoc modo fieri oportet. Iovi — contagione. Vbi daps profanata comestaque erit, verno arare incipito. Ea loca — ita postremo arato. Postea serito milium, panicum, alium lentim.*

Rudecta) Hanc lectionem voluit restitui etiam Gesner in Thes. L. L. Nam supra cap. 34, s. 2, et 35, s. 1 eadem forma exstat. Abr. Gronov. *gravissima* mutabat in *crassissima.* Ita enim est in altero loco, et in Plinii Codice esse ait *grassissima.*

CXXXII. (CXXXIII.) Dapem hoc modo fieri oportet. Iovi dapali culignam vini quantum[a] vis polluceto. Eo die feriae bubus et bubulcis, et qui dapem facient. Quum pollucere[b] oportebit, sic facies Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo familia[c] mea culignam vini[d] dapi, eius[e] rei ergo[f] macte hac illace dape pollucenda[g] esto. Manus interluito. Postea vinum sumito. Iupiter dapalis, (macte istace dape pol-

CAP. CXXXII. (a) *quantam* Brusch. *poluceto* a. V. (b) *polucere* a. V. (c) *familiaque* a. V. (d) *vini. Da dapem omnis rei non macrem. Ergo haec illa dapes pollucenda Iovi esto* W. (e) *ei* P. (f) *Macte vino inferiori*

CAP. CXXXII. *Dapem*) Festus: *Daps apud antiquos dicebatur res divina, quae fiebat aut hiberna semente aut verna.*

Culignam) Festus: *Culigna vas potorium. Cato, Culignam, inquit, in forno graeco ponito, ut bene oleat. Culigna vas vinarium a Graeco dicta, quam illi dicunt κύλικα*; ubi recte Scaliger corrigit κυλίχνην.

Polluceto) Pollucere dixerunt antiqui Romani pro porricere, sacrare deo. Varro L. L. V, pag. 54: *Profanum est quod ante fanum, id est, coniunctum fano; hinc profanatum, quod in sacrario pollutum. Atque inde Herculi decuma data ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur, id est, ut fani lege sit; id dicitur pollutum, quod a porriciendo est fictum. Quum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in ara, tum pollutum est: ut quum profanum dicitur, id est proinde ut sit fani factum. Itaque ubi olim fano consumebatur omne, quod profanum erat, ut etiam fit; quod praetor urbanus quotannis facit, quum Herculi immolat publice iuvencam.* Ita pollucere Herculi decimam dixit Plautus Sticho I, 3, 80. De polluctu vide Scaligerum ad Festum in *pollucere merces.*

Dapi, eius rei) Vulgarem distinctionem *dapi eius rei ergo. Macte* correxit Gesner. Bene: sed plura deesse suspicor comparato sacrificio lustrali infra c. 141, ubi est: *Mars pater te precor quaesoque uti sies volens propitius mihi, domo familiaeque nostrae, quoius rei ergo agrum terram — suovetaurilia circumagi iussi.*

Macte) Praeter alia lacunae et vitii argumenta hoc etiam est manifestum satis mihi quidem, quod de dape pollucenda verba paulo post repetuntur; hoc vero loco, ubi vini culigna nominatur, verba aliena de dape inferuntur. Edd. primae inserunt h. l. *macte vino inferiori esto*, vel ut esse debebat *inferio esto*. De dape sola hic agi, arguunt sequentia verba: *postea vinum sumito.*

Interluito) Postquam dapem polluxit, manum lavare iubet, more solemni sacrificiorum. In singulas libationes manum lavasse inepte ex h. l. arguit Popma. Praecessit enim dapis mentio, ut antea demonstravi.

Macte istace dape p. esto) Haec

lucenda[gg] esto.) Macte vino inferio[h] esto. Vestae si voles dato. daps[i] Iovi assaria pecuina,[k] urna vini Iovi caste. Profanato[l] sine[m] contagione. Postea dape facta serito milium, panicum, alium,[n] lentim.

CXXXIII. (CXXXIV.) Propagatio[a] pomorum, cae-

esto inser. a. V. (gg) *polucenda* a. V. (h) Vulgatum *inferiori* Vrsinus ex Codd. duobus correxit, quibuscum facit Pol. Cum Vrsino Popm. tres Edd. et Gesner. (i) *dapsiom assaria* Pol. 2. (k) *pecunia* I. B. R. (l) *Prophanato* I. B. R. Br. (m) *sua* P. et Cod. Gronov. (n) *lentim*, *allium* a. V. *allium* etiam M. *alium* in Codd. suis hic et reliquis in locis scriptum reperit servavitque Victor.

Cap. CXXXIII. (a) *Propagatio -- arborum* locum rubricae occupant I. B.

verba, tanquam aliena ab hoc loco inclusi. Rationem antea edidi.

Inferio) Ex Arnobio VII, p. 236, qui formulam hanc posuit: *Mactus hoc vino inferio esto*, constat, esse vinum, quod infertur, seu offertur. Hinc inferiae, graece χοαί. recte monente Vrsino, qui primus ex Codd. duobus vulgatum *inferiori* correxit, quod fecit iam antea Leopard. Emend. XVIII, 16. Servius ad Aeneid. IX, 641: *In Pontificalibus sacrificantes dicebant Deo, Macte hoc vino inferio esto.* Festus: *inferium vinum, id quod in sacrificando infra paterae labrum ponebant.*

Vestae) Vt in sacro lustrali, ubi Marti facit suovetaurilibus Cato, Ianum Iovemque praefatur, et in cap. 134, ubi Cereri porca praecidanea facit, Iovem Iunonemque praefatur, ita fortasse h. l. praefari voluit Vestam.

Daps Iovi assaria pecuina) Pontedera scripturam antiquam *Daps Iovi asaria pecunia* restitutam interpretatur: pecunia librali, quae as pendeat. Igitur dapi Iovi pollucendae pretium sumtus unum assem definit. Suspicatur Pontedera dapi assem, vino offerendo urnam definitam generatim fuisse. Hinc filium a Catone moneri: *Iovi dapali culignam veini quantam vis poluceto*: ne si forte minus obtulerit, sacrum non rite perageretur. Ibidem *sua contagione* ex Polit. et Gronov. probat interpretatus: *profanato ut decet*. *Contagio* enim pruprie *contactus* est, deinde etiam pro convenientia dici ait apud Lucretium III, vers. 345, ubi tamen *corporis atque animai mutua contagia* plane a Catonis sententia aliena sunt.

Assaria) Aptam et paratam assurae interpretatur Popma, qui memorat et damnat simul emendationem nescio cuius: *Daps Iovi Assir a pecu in urna vini caste*. Pecuina est a forma *pecuum*, quam infra habes c. 141, 3.

Iovi caste) Popma ita distingui voluit *vini. Iove caste profanato sine contagione*. Recte, puto. De verbo profanare, quod antiquis significabat consecrare, deo dicta interpretatur *profanata* Festus in verbo *Porriciam*. Vide Thes. L. L. Gesneri.

Cap. CXXXIII. *Propagatio*) Supra c. 51 eadem sic leguntur: *propagatio pomorum, aliarum arborum; ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito extollitoque primorem partem, uti radicem capiat; inde bien-*

terrarumque arborum. Arboribus ab terra[aa] pulli qui
nati erunt, eos in terram deprimito, extollito[b] uti
radicem capere possint. Inde ubi tempus erit, effodito, 2
seritoque recte. Ficum, oleam, malum Punicum, mala
struthea,[c] cotonea,[d] aliaque mala omnia, laurum Cypriam, Delphicam, prunum, myrtum coniugulum,[e]
et myrtum album et nigrum, nuces Avellanas,[f] Praenestinas, platanum; haec omnia genera a capitibus
propagari eximique[g] ad hunc modum oportebit. Quae
diligentius seri voles, in calicibus seri oportet. In

R. Br. (aa) *altera* Bas. (b) *excolitoque* I. I-G. A. (c) *strutea* I. B. Br. *structea* Reg. (d) *cotonia* I. B. R. Br. (e) *convolum* P. *connivolum* Cod. Gronov. (f) *abellanas* P. et Gronovii. (g) *et eximi* a. V. (h) *quasilum*

nio post effodito seritoque; ubi ante Victorium legebatur: *aliarumque arborum*. Ceterum rectius ibi additur *primorem partem*, i. e. apicem. Ex lectione *ab altera*, Meursius efficiebat *ad latera*. Sed vitium esse videtur edit. Basil. *altera*. Idem Meursius inepte *extollito* mutabat in *excolito* cum Edd. quibusdam. Nescio quam bene b. l. Cato stolones a radicibus ortos propagari velit, quum Plinius ramos ab arbore, et in vita similiter Columella Arbor. 7, virgam, a matre editam, in scrobem propagari dicat. A capitibus propagari quum deinde dicat Cato hoc genere, apparet hinc, nullum librarii errorem hic intervenisse. Oleam stolonibus a trunco et a radice natis propagari, ex Theophrasto doceo ad Columellam V, 9, ubi vide.

Mala struthea) Haec, Cypriam, Delphicam, prunum, coniugulum, album et nigrum, Avellanas omisit altero in loco Plinius 17, s. 21: *Cato propagari praeter vitem tradit ficum, oleam, Punicam, malorum genera omnia, laurum, prunos, myrtos, nuces Avellanas, et Praenestinas, platanum*. Pontedera prunum Catoni nondum innotuisse censet; item platanum male inter arbores pomiferas memorari, nec videri Catoni iam innotuisse. *Prunum* in loco Plinii habet Vigcentius. In Hadria et nominatim in Italia tota raram esse suo aevo, aliena fide refert Theophrastus H. P. IV, 7, quem locum male vertit Plinius XII, s. 3. Quum sola umbra platanus censeatur, probabilis non est lectio vulgata, quae Catoni curam eius assignat inter pomiferas arbores.

Myrtum coniugulum) Pontedera *Murtum coniuolum* ex Cod. Polit. probat. *Conuiolum* Codex S. Repar. *conniuolum* Gronov. In Festo *coniuola occulta* mutant alii in *coniuola oscula*, quae Pontedera oscula coniugalia interpretatur. Sect. 3 *per ea* ex Polit. et Cod. S. Repar. praefert.

Genera) Altero in loco: *haec omnia a capite — propagari serique eodem modo oportet.*

Seri voles) Supra c. 52 rectius *propagari voles*. Porro *in aulas aut in qualos pertusos propagari oportet*, et

arboribus radices uti capiant, calicem pertusum su-
mito tibi, aut quasillum,[h] per eum[i] ramulum transe-
rito,[k] eum quasillum[l] terra impleto calcatoque, in
arborem[m] relinquito. Vbi biennium[n] erit, ramum
tenerum infra praecidito, cum quasillo[o] serito. Eo
modo quod[p] vis genus arborum facere poteris, uti
4 radices bene habeant. Item vitem in quasillum pro-
pagato terraque bene operito, anno post praecidito,
cum qualo serito.

a. V. praeter lens. quae *quasillum*. (i) *ea* P. (k) *transferito* I. B. R. Br. (l) *quasillum* lens. *quassilum* a. V. (m) *arbore* P. (n) Ita pro Victor. *bimum* I. B. R. Br. *bienum* P. (o) *quassillo* lens. *quassilo* a. V. Sic per hoc caput, et alibi fere. (p) *quodvis* coniunct. Ba. H. Gr. G.

cum iis in scrobem deferri oportet. Plinius l. c. *Propaginum duo genera ramo ab arbore depresso in scrobem quatuor pedum quoquo et post biennium amputato flexu, plantaque translata post trimatum; quas si longius ferre libeat, in qualis statim aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimam, ut in iis transferantur.* Vnde apparet, verba haec *quae diligentius — seri oportet*, pertinere ad primum genus adhuc, et prius *seri* mutandum in *propagari*. Deinde pro *diligentius* Plinius forte legit scriptum: *quae si longius.* Intelligo de propagine, in regionem longinquam mittenda, ne radices in itinere exsiccentur. Vulgatam lectionem *diligentius* possis interpretari de cautione, ne longius a matre productum stolonem casus convellat, in qualis statim defodiendum esse. Sed de arbusto videtur Cato loqui velle, ubi qualorum ratio in tabulato ipso maxime probata fuit, teste Plinio l. c. no. 23, quoniam a pecore tutissima est. Eandemque transferendae ex arbusto vitis rationem docuit Palladius III, 10, 6.

Vti capiant) Supra: *in arboribus, ubi radices capiant, calicem pertundito per fundum aut qualum; ramum quem radicem capere voles traiicito, eum qualum aut calicem terra impleto, calcatoque bene, in arborem relinquito*, ubi Edd. quaedam *scarificato traiicitoque*: recte; nam etiam in primo genere, ubi in scrobem virga propagatur, Columella Arbor. VII, 2 partem virgae matri continentem adradere iubet, ne sarmenta procreet supervacua, et diversae etiam partis gemmas in terra absconditas, exceptis quatuor imis, adradere iubet, ne radices inutiles citent.

Biennium erit) *Vbi ita fuerit* supra; ubi Edd. addunt: *et radices egerit* Forte quae h. l. paulo post leguntur *uti radices bene habeant*; loco plane alieno, huc retrahenda sunt, hoc ordine: *biennium erit, et radices bene habebit* aut *habebunt* Ceterum *biennium* mecum probat etiam Pontedera, atque huc ducit Polit. *bienum*. Scilicet a δὶς et ἔνος fit *bienus*, *biennus*, *binus*, *bienium*.

Tenerum) Supra: *ramum sub qualo*

CXXXIV. (CXXXV.) Priusquam messim[a] facies, porcam praecidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri[b] porca praecidanea, porco[c] foemina, priusquam hasce fruges condantur,[d] far, triticum, ordeum, fabam, semen rapicium; thure, vino, Iano,[e] Iovi, Iunoni

Cap. CXXXIV. (a) *messem facias* a. V. (b) *Caereri porcam praecidaneam feminam* Wr. (c) *porcam foeminam* a. V. quocum correxit eam lectionem ex Codd. duobus Vrsinus. (d) *condas* Wr. *condant* Paris. 1533 annotante Rottboellio. (e) *Iovi Iano* I. B. Br. R. (f) *porcam* a. V. (Vide not. c.

praecidito; qualum incidito ex una parte perpetuum. Si vero calix erit, conquassato; cum eo qualo aut calice in scrobem ponito. Eodem modo vitem facito, cam anno post praecidito, seritoque cum qualo. Hoc modo quod genus vis propagabis; ubi pro *perpetuam* Edd. ante Victorium habebant *prope imam*. Plinius l. c. *alterum genus luxuriosius radices in ipsa arbore sollicitando, traiectis per vasa fictilia vel qualos ramis, terraque circum farctis; atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipsa et cacumina, in summa etenim cacumina hoc modo petuntur, audaci ingenio arborem aliam longe a tellure faciendi: eodem quo supra biennii spatio abscisa propagine et cum qualis illis sata*; ubi rectius Vincentius habet *cacuminum summa*. Cetrrum hoc genere propagandae vitis utuntur hodieque Galli, et pro qualo saepe adhibent cespitem in medio pertusum. Probatque hanc rationem Sprenger. p. 201.

Cap. CXXXIV. *Praecidaneam*) Praeter Festum, qui porcam et agnam praecidaneam habet, locum Gellii IV, 6 posuit Gesner hunc: *Porca etiam praecidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges novas fieri coeptas immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgaverant aut aliter eam rem quam oportuerat, procuraverant.* Ei opponitur hostia succidanea, de qua ibidem Gellius et Festus tradit. Varronis locum de porca praecidanea habet Nonius in Praecidaneum, monente Vrsino.

Porco femina) Meursius comparavit *agnum feminam* ex Festo in *Pellex*, et *lupum feminam* ex Ennio. Ceterum verba *Cereri porca praecidanea* Pontedera eiici vult; tres enim modo libationes fieri ait, igitur tribus etiam diis modo sacrificari. Sed Cereris nomen porcam praecidaneam postulat. Contra Pontedera Iunonem eandem esse statuit cum Cerere, et porcum foeminam eandem, cum porca praecidanea.

Hasce) Cum Popma Pontedera malebat *hacce*, cui non convenit deinceps *fabam*, ut recte monuit Gesner. Altera Popmae coniectura *condant ut* non magis est probabilis. In Curis secundis Pontedera *hacce — faba* corrigit, et verba *priusquam — rapicium* signo parentheseos includit. Cel. Rottboell p. 53 malebat *conditum eatur*.

Semen rapicium) Pro rapo dicere videtur ut Palladius Iulio L.

Thure vino) Servius ad Aeneid. IV, 57, et IX, 641: *Prius quam victimam immolarint, thus ac vinum super eam fundebant, unde mactum esse taurum dicebant, ture ac vino cumulatam hostiam et magis auctam.*

2 praefato. Priusquam porcum[f] foeminam immolabis, Iano struem commoveto sic: Iane pater, te hac strue

Iunoni praefato) Est pro *praefator*. Infra cap. 141 est: *Ianum Iovemque vino praefamino*. Deinde nomen *Iunoni* spurium aut in *Iano Iunonio Iovi* mutandam censebat Meursius; Iunonia enim in caetero capite non fieri mentionem; et Ianum Iunonium habet Macrobius Saturn. I, 10. Quod addit Meursius, Iunonem non nominari in simili sacrificio c. 141, habet dubitationem aliqnam, quia liber Polit. ibi pro *vino* habet *Iuno*, Edd. primae autem *vino* praeferunt. Cel. Rottboell p. 53 ex varietate in margine annotata Iunonem irrepsisse tandem iterumque eliminandam censet. Recte! Igitur malim: *thuri, vino Ianum Iovemque praefamino*. Scilicet equidem ex *vino* ortam Iunonem puto hic in grammaticorum libris, ut ex cerebro Iovis Minervam. Ita ex *unctus* ortum esse *iunctus*, *viretus*, supra vidimus. *Iuno novella* in Varronis de L. L. V, pag. 49 orta Scaligero videbatur similiter ex *Iana novella*.

Struem) Festus: *Strufertarios appellabant antiqui homines conductos mercede, qui ad arbores fulguritas piaculorum commissorum causa sacrificia quaedam strue et ferto solemnibus verbis faciunt: precor te Iupiter uti mihi volens propitius sies: quod et nullo etiam fiebat adhibito strufertario*. De strue idem Festus: *Strues genera liborum sunt digitorum coniunctorum non dissimilia, qui superiecta panicula in transversum continentur*; ubi Scaliger monet, apud Catonem ipsum patremfamilias sine strufertario commovere struem. Vrsinus comparavit locum ex tabula vetere, ubi sacra faciunt arvales fratres ad arbores fulguritas: *struibus effertis*, ubi legendum esse monuit *struibus et fertis*; atque ita legi voluit etiam Scaliger, qui fragmentum tabulae, a Puteano acceptae retulit in notis ad Festi locum laudatum; quod miror Gesnerum omisisse annotare, qui tabulam istam cum Vrsini aliorumque virorum doctorum notis repetitam posuit post Catonem; ego vero omisi, quia in Gruteri Thes. Inscript. alibique legitur. Similes Inscriptiones leguntur apud Sponium Miscell. pag. 6. Fabrettum Inscr. p. 442. Philippum a Turre in Monument. Antii veteris, et recentissimae fragmentum apud Foggini ad Verri Flacci Fastos p. 127, quas invicem comparare operae erit pretium. Apud Ovidium Fast. I, 276 Ianus de se: *Ara mihi posita est parvo coniuncta sacello, haec adolet flammis cum strue farra suis*. Libum Iano quod libabatur, Ianual dictum habet Festus h. v. Cereale libum farraque mixta sale imponi Iano refert etiam Ovidius Fastor. I. Cum farre et vino Ianum Vestamque rogari, Iuvenalia ait Satira VI. In loco Ovidii priore Schoettgen corrigebat *cum strue ferta suis*. Sed ferctum soli Iovi offert Cato, struem soli Iano. Infra c. 141, s. 4 est *cultro facito struem*. Paniculam Festi Rottboell. pag. 54 interpretatur virgam ramosam lignosae plantae excisis ramis mediis, qua liba structa continerentur. In Inscript. Fratrum Arvalium apud Philippum a Turre Monum. Antii pag. 291 est: *struibus fertisque per M. Vstio Narciso Kalat .... piaculum factum ob ferri elationi script .... racti porca et agna struibus fertisque ..... Kalatorem et publicos Fratrum Arvalium*.

commovenda[g] bonas preces[h] precor, uti sies volens propitius mihi, liberisque meis, domo familiaeque meae[i]. Ferctum[k] Iovi moveto et mactato sic: Iupiter te hoc fercto obmovendo bonas preces precor, vti sies volens propitius mihi liberisque meis, domo familiaeque
meae. mactus[l] hoc fercto. Postea Iano vinum dato sic: 3
Iane pater, uti te strue commovenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergo macte vino in-

(g) *ommovenda* P. (h) *te* ins. a. V. (i) *mactus hoc ferto* add. a. V. (k) *Fertum* a. V. Sic per totum caput. (l) *vicinis* I. B. R. Br. (m) *inferiori*

Bonas preces precor) Ante Victor. erat *te precor*; sed *te* abesse Codd. vetuatis, monuit etiam Vrsinus, qui eandem formulam esse infra c. 139 monet, et in Inscriptione Vrsiniana XIX, Gruter. p. CXXII, 5, ubi est: *bonas preces posco uti sies* etc.

Volens propitius) Formulam eandem vide infra cap. 141. Festus in *Tesca. In libris Pontificum scriptum est: templumque sedemque tescumque, sive Deo sive Deae dedicaverit, ubi eos accipias volentes propitiosque.*

Familiaeque meae) Legitur in Edd. primis: *mactus hoc ferto*. Sed Iano fertum non obmovetur, sed soli Iovi. Igitur malim *mactus hac strue*. Eam enim formulam in vino Iano dato deinceps posuit, et in ferto vinoque Iovi datis; et sect. 4, est: *Iano struem commoveto mactatoque item uti prius obmoveris*. Vide mox notam de verbo mactare.

Ferctum) Festus: *ferctum genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi; quae qui adferebant, struferctarii appellabantur.*

Et mactato) Interpretes tacent. Sed video *mactare* esse h. l. cum oblato ferto additur *mactus hoc ferto esto*. In strue Iano obmovenda, nec mactari iubet Cato Ianum, nec ipse addit formulam *mactus hac strue esto*, etsi Edd. primae similem ibi addunt. Notionem hanc verbi mactare omisit Gesner. in Thes. L. L.

Obmovendo) Festus: *obmoveto dicebatur apud antiquos pro admoveto, ut alia, quae supra relata sunt.* Quod supra liber Pol. habet *strue ommovenda* videtur antique dictum pro *obmovenda*, ut *ommentare* apud Festum pro *obmentare*, *obmanere*. Ceterum huc pertinet locus Gellii X, 15, ubi inter caeremonias Flamini diali impositas, est: *neque apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue atque ferto oportet*. Vnde apparet, in capsula struem et fertum parata servari solita, non ad usum statim deproperari.

Meae. mactus) Punctum inserui, quod vulgo aberat. Edd. primae pro *mactus* habent *vicinis*, quod forte inserendum est.

Macte vino) Mirum est vino dato Ianum mactari, in strue obmovenda non item. Ceterum paulo post est: *Iano struem commoveto mactatoque item uti prius obmoveris*. Igitur prior locus est lacunosus.

ferio[m] esto. Postea Iovi sic: Iupiter macte[n] fercto[o]
4 esto. macte[p] vino inferio[q] esto. Postea porcam prae-
cidaneam immolato. Vbi exta profecta[r] erunt, Iano[s]
struem commoveto,[t] mactatoque item uti prius obmo-
veris.[v] Iovi[x] ferctum obmoveto, mactatoque item[y] uti
prius feceris.[z] Item Iano vinum dato, et Iovi vinum
dato, ita uti prius datum[a] ob struem obmovendam,[b]
et ferctum libandum. Postea Cereri exta et vinum
dato.

CXXXV. (CXXXVI.) Romae tunicas, togas, saga, centones, sculponeas: Calibus et Minturnis[a] cucul-liones,[b] ferramenta, falces, palas, ligones, secures, ornamenta, murices, catellas:[c] Venafro, palas.[d] Sues-

omnes praeter M. Po. 2. (n) *isto* ins. P. (o) *fercto* deest I. B. R. *macte esto: vino inferiori esto* Brusch. (p) *macte* omitt. I. B. R. (q) *inferiori* omnes praeter M. Po. 2. (r) *profecta* P. *porrecta* Iens. et Codd. Vrsini *poricta* Br. *proiecta* a. V. (s) *i Iano* P. *ita voveto* I. B. R. Br. *ita Iano* I. I-G. (t) *commoveto, mactatoque item uti prius* desunt Pol. (v) *obmoveris. Iovi ferctum obmoveto, mactatoque item uti prius* desunt I. B. R. Br. *obmoveras* I. I-G. A. (x) *item* ins. I. I-G. A. (y) *item* omitt. I. I-G. A. (z) Ita pro *feceras* Codd. Vrsini, P. I. B. R. Br. (a) *fuit* ins. A. I. I-G. (b) *obmovendum* I. B. R. Br.

Cap. CXXXV. (a) *menturnis* P. (b) *cucultiones* I. B. R. Br. (c) *clitellas*

Iovi sic) Scil. vinum dato. Vnde igitur sequitur statim *Iupiter macte fercto esto?* Recte Edd. primae *Iupiter macte esto vino inferiori esto.* Quum in Polit. libro sit: *Iupiter macte isto fercto esto, macte vino inferio esto;* malim equidem ita h. l. legere: *Iupiter macte esto vino inferio isto.*

Profecta) Vrsinus ex Codd. suis *porrecta* rescribi malebat, motus loco Varronis R. R. I, 29, *exta deis cum dabant, porricere dicebant*; cui similia docet Macrobius Saturn. III, 14. Cum Vrsino facit etiam Meursius; sed recte vulgatam tuetur Schoettgen, multis positis locis, ubi exta prosecari dicuntur. Vide Ovidii Met. XII, 152; Fastor. VI, 163; Valerium Flacc. III, 439. Exta demum Cato dat, seu porricit Cereri, postquam iterum struem Iano, ferctum Iovi obmovit, atque iterum Iano Iovique vinum dedit.

Cap. CXXXV. Titulum hunc praeponi voluit Pontedera: *Quemadmodum tunicas caeterasque res et ubi emas.* Ab hoc enim pendere sequentia usque ad *treblae.* Deinde *ornamenta* Abr. Grouov. mutabat in *acramenta.*

Murices) Laminas ferreas acuminatas operimentis iumentorum affixas, et *catellas* catenulas interpretatur Popma. Cato noster apud Plinium 19, s. 6, muricibus sternendum quo-

sae[c], et in Lucanis plostra, treblae[e] Albae: Romae 2
dolia, labra: tegulae ex Venafro. Aratra in terram
validam Romanica bona erunt, in terram pullam[f]
Campanica, iuga Romanica optima erunt. Vomis[g] indutilis[h] optimus erit. Trapeti Pompeiis.[i] Nolae ad
Rufri[k] maceriam claves. Clostra Romae.[l] Hamae, urnae[m] oleariae,[n] urcei aquarii, urnae vinariae,[o] alia
vasa ahenea[p] Capuae. Nolae fiscinae Campanicae.[q] Hae
hamae[r] utiles sunt. Funis[s] subductarius, spartum 3
omne Capuae. Fiscinas[t] Romanicas Suessae, Casino.[v]

I. I-G. A. (d) *palla* I. B. R. Br. (e) *trabes* I. B. R. Br. deest a. V. item Steph. etc. *Trobulae* Meurs. *Trebulae* Po. 2. *Treblae* Cod. Broukhusii. (f) *pulleam* P. (g) *Vomeris* I. B. Br. R. Codd. Victorii, Gronov. Codex, et M. Po. 2, probante Pontedera. (h) *in Rutilis* M. Po. 2. (i) *pompeis* Pol. *trepeti* Brusch. (k) *rufimaceriam* Iens. Br. *rufimateriam* B. R. *rufrimaceriam* iunct. A. I. I-Ba. A. Gr. G. Herv. nobiscum. (l) *ac* ins. a. V. (m) *Vrinae* B. R. (n) *oliariae* P. *oleareae* Po. 2. (o) *et* ins. a. V. (p) *aenea* a. V. (q) *campanicae meliores et utiliores sunt* W. *campanicae cume utiles* P. *Bamae* in Pol. Cod. Caesen. et Veneto *acamae* in Cod. S. Reparatae esse ait Pontedera. *campanicae caniae utiles* I. B. R. Br. nobiscum I. I-G. (r) *Hae hamae utiles sunt* desunt Po. 2. (s) *Funes* P. *funes subductarios* Cod. Gronovii. (t) *Fiscinae romanicae: Cassino et Suessae optimae* Wr. (v) *Cassinae optimae* I. B. R. *Casinae optimae* Br. *Cassino* A-Iunt. G

que forum affirmans, silices acutos intellexit. Gallicus interpres. *des equipages pour les bêtes de sommes, des lames de fer pour les garnir.*

Treblae) Pendere putat Pontedera a verbis *optima erunt.* Gallus vertit *traineaux*.

Campanica) In Campania vaccis et asinis arabant; igitur aratra sunt levia. Vide ad Varr. I, 20, 4.

S. 2. *Indutilis*) Scaliger malebat *Cutilis*, Popma coniecit et dedit *in Rutulis*; Pontedera *inde utilis*, recisis verbis *optimus erit* veluti ex glossa natis; *inde* interpretatur e Campania; nam Calibus et Minturnis optima ferramenta fuisse, declarat Cato. Idem deinde aliam proposuit rationem, ut verba *optimus erit* coniungamus cum sequentibus: *optimus erit trapetus Pompeis.* Hanc scilicet scripturam *Pompeis* probat.

Hamae) Gallus vertit *des panniers poissés*, addens incendiis exstinguendis aquam praecipue apportasse.

Hae hamae utiles sunt) Haec verba cum Meursio Popma damnata omisit, non improbante Gesnero, qui inclusit. Pontedera ex vestigiis librorum principum corrigit: *Nolae fiscinae Campanicae oleariae utiles sunt* ex c. 152, ubi sunt *fiscinae oleariae campanicae.*

5. *Fiscinas Romanicas*) Ponted. corrigebat *Fiscinae Romanicae.* Ceterum nescio quam lectionem huius loci secutus posuerit Bernard Mémoires sur

Eae[x] optimae erunt[y] Romae. funem torculum si quis faciet Casini[z] L.[a] Tunnius.[b] Venafri C. Mennius L. F. eo indere oportet coria bona VIII. nostratia recentia[c] quae depsta[d] sient,[e] quam minimum salis habeant, ea depsere[f] et unguere[g] unguine prius oportet, tum siccare: Funem exordiri oportet longum pedes[h] LXXII.

Casini Po. 2. (x) *eae* praeter I. B. Br. R. omittit P. et Cod. Gronov. (y) *erunt Romae funem* I. B. R. W. (z) *cassini* W. I. I. G. A. (a) *Minturnis: Venafro longe meliora fient. Eo inde te oportet habere coria bovina nostratia etc.* W. L. *numnis: venafri minturnis. CL. eo etc.* a. V. (b) *Trinnius* P. (c) *recenti aqua* a. V. etiam W. *recenti aquae* P. (d) *dempta* W. *deperste* I. B. R. Br. (e) *fient meliora quamvis minimum* W. (f) *densare, ungere, tum siccare prius oportet: exungi demum. Funem* W. (g) *ungere* etiam a V. (h) *centumseptuaginta pedum. Thoros tres habeant oportet. Lora tria in*

l'Olivier pag. 331; *on les emmailloloit (les cabas) pour ainsi dire avec une ceinture de cuir, de la même manière que nous le voyons encore pratiquer dans quelques pressoirs à vins.*

Nostratia recentia quae depsta) Multa sunt in hoc loco, qui de arte coriariorum est antiquissimus, quae me dubium habent. Primum *nostratia* quo pertineat, nescio. Quum enim recentia praeparari iussit, satis intelligebatur, esse debere nostratia; peregrina enim et sicca et vetusta sunt. Neque equidem spreverim *bovina*, quod vulgato *bona* substituit liber Wratisl. Quid enim *bona* opus erat dicere, quae arte demum nunc praeparanda docentur; nisi si vermibus erosa et morbosi pecoris cavere voluit Cato. Forte in *nostratia* latet vocabulum, quo modus depilandi corii recentis docebatur. Plinii aetas foliis mori in urina madefactis pilum coriis detrahebat, teste ipso libro 22, cap. 7; antiquissimis vero temporibus ignem puto fuisse adhibitum Hinc Hesychius. *πυρσολεῖφοι ἢ πυρσόλειφθοι ὑπὸ πυρὸς μεμαδισμένοι καὶ πεφλογισμένοι*. Idem: *πυρσόλοφοι· ἱμάντες οἱ παρ᾽ ὀπτηθεισῶν βυρσῶν τεμνόμενοι*. Photii Lexicon: *πυρσολόγους τοὺς ἐκ παροπτηθεισῶν βυρσῶν ἱμάντας τεμνομένους* ex Antimacho posuit, i. e. lora, ex coriis, igne depilatis et siccatis, facta. Deinde lectionem antiquam *recenti aqua*, quam facile fuit mutare Victorio, tam mihi difficile est condemnare, qui sciam, aquae naturam ad coria perficienda referre multum.

Depsta sient) Patet, intelligi artem coriariorum eorum, quos Galli *megissiers*, nos *Weissgerber* vocamus. Hi enim coria aqua fluviatili (cui Cato recentem substituere videtur) macerata aluminis usu perficiunt, quum alterum coriariorum genus corticem, folia et alia id genus adhibeat austera remedia. Tale corium est bovinum, quod Galli alumine liquefacto maceratum manibus pedibusque depsunt, deinde in caldario sevo super carbonibus liquescente imbuunt, quod nos corium Hungaricum et aluminatum vocare solemus. Alumen Cato *salis* nomine simpliciter indi-

toros III. habeat, lora[i] in toros singulos IX.,[k] lata[l] digitos II. Quum tortus erit[m] longus[n] pedes XLIX.[o] In commissura abibunt[p] pedes III, reliquum erit pedes XLVI. Vbi extentus[q] erit, accedent[r] P. V. longus erit P. LI. Funem torculum extentum longum esse oportet 5 pedes LV,[s] maximis vasis: minoribus pedes LI. Funem loreum in plostrum[t] iustum pedes LX.[v] semifunium pedes XLV. lorea retinacula in plostrum ped. XXXVI, ad aratrum ped. XXVI. lora praeductoria[x] ped. XXVII. S.[y] subiugia in plostrum[z] lora ped. XIX. funiculum P. XV,[a] in aratrum subiugia[b] lora P. XII,[c] funiculum ped. IIX.[d] Trapetos latos maximos ped. IIII. S. orbis altos 6

thoros etc. W. (i) *loris* I. I-G. A. (h) IX. deest W. (l) *latas* I. B. R. W Br. *latis* I. I-G. A. (m) *fuerit* I. I-G. A. *erit funis* W. (n) *erit interser.* W. I. I-G. A. (o) XLVIII. I. B. R. Br. *centum quadraginta octo* W. (p) *abibit* I. B. R. Br. (q) *extentum* I. B. R. Br. (r) *accedit* I. B. R. Br. (s) *V*. tantum B. R. Br. (t) *implostrum* Br. (v) p. XL Br. (x) *product.* I. B. Br. R. *preduct.* P. (y) XXXVII. S. Ieus. et Br. (z) Vulgo *lustrum.* (a) II. X. I. B. Br. R. IIX. I. I. Ba. A. IX. H. Gr. G. (b) *in lustrum* inser. ante Victor. (c) XIX. I. I-G. A. (d) XX. I. B. R. XV. I. I-G. A. (e)

cavit, eius vero usum ad coria perficienda obiter memoravit Plinius 35, c. 15. Vnguinis genus quale Cato voluerit intelligi, dubium est.

4. *Toros III*) Quod in silo licium, idem in fune torus est; unde gallicum *touron*, in eadem re usitatum, quod vocabulum adhibuit etiam gallicus interpres.

Singulos IX) Ex Codice Wratisl. praeferebat *lora tria*. Gesner in Thes. L. L. sub voce *torus*.

5. *Funem torculum*) Vide supra cap. 63.

Lorea retinacula) Quum in superiore loco sit *lorea retinacula longa P. XXVI*, editum inde ab Aldina usque, nam I. B. Br. R. *lora* ibi habent scriptum, et Gesneriana utraque, etsi errore operarum, malui eandem lectionem h. l. restituere. Numeri varietatem mutare ausus non sum.

Subiugia in plostrum) Ita monente Scheffero et Meursio emendavi ex c. 63, ubi vide. Vulgo erat *lustrum*; numerum pedum cum eodem mutare inde dubitavi.

6. *Trapetos latos*) A *faber* et *faciet* pendere accusativum, censet Pontedera.

Orbis) Virgilius Georg. III, 173, *iunctos temo trahat aereus orbes*; ubi sunt rotae non radiatae sed solidae. Tympana ipse alibi vocavit. Cuiusmodi plaustra bodieque adhibet Sardinia, axe orbibus indito mobili. Vide *Rifiorimento della Sardegna* auctore Gemelli T. I, pag. 169. Eiusmodi plostra Catonis fuisse, etiam censet Scheffer R. Vehic. 2, 19.

ped. III. s. orbis medios[e] (ex lapicidinis[f] quum eximet) crassos[g] pedem et palmum. inter miliarium et labrum ped. I.[h] digitos II. labra crassa digitos v.[i] Secundarium trapetum latum ped. IIII. et palmum. inter miliarium et labrum pedem unum,[k] digitum unum, labra crassa digitos v.[l] orbes altos[m] ped. III. et digitos
7 v. crassos ped. I, et digitos III. Foramen[n] in orbes semiped. quoquoversum facito. Tertium trapetum latum ped. IIII. inter miliarium et labrum ped. I. labrum[o] dig. v. orbis altus[p] ped. III. digitos III. crassos ped. I. digitos II. Trapetum ubi arvectum[q] erit, ubi statues, ibi et commodato,[r] concinnatoque.

CXXXVI. (CXXXVII.) Politionem[a] quo pacto dari

modios Br. (f) *lapidicinis* ante Victor. cuius Codd. dabant *lapricedinis.* (g) *crassum pedem I et p.* I. B. Br. R. post *palmum* interpunxi, et post *miliarium* incisum sustuli. (h) Vulgo *pedes II.* (i) Vulgo *digitum.* I. B. Br. R. *secundarium. Trapetum.* Post *palmum* iterum interpuoxi. (k) Vulgo *pes unus, digitus unus.* A. I. I-G. *pedem I digitum I* Brusch. *pes. p. I. digit. I.* habet. (l) II. I. I-G. A. (m) *latos IIII et I.* I. B. R. Br. ante numerum leos. p. pooit. (n) *in orbem* ins. I. B. Br. R. (o) *labrum* om. ante Vict. (p) *alius* I. B. Br. R. *alios* P. (q) *advectum* a. V. (r) *commodato* I. B. Br. R. *accommodato* corrig. Schoettg.

Cap. CXXXVI. (a) *Politionem -- oporteat* lemma sunt: caput ipsum incipit, *In agro etc.* P. I. B. R. Vict. *Pollintionem in* Ald. I. I-G. *Politionem* Po. 2. *Pol-*

Inter miliarium) Vulgarem distinctiooem *palmum inter miliarium, et labrum* recte emendavit Meister et Gallus.

Ped. I) Ita recte vulgatum numerum *ped. II*, correxit Meister; omisit iu versione Gallus, errore, ut puto, operarum.

Digitos V) Vulgatum *digitum* ita correxit Meister, post eum Gallus.

7. *Pedes III, digitos III*) Meister ex ratione reliquorum orbium malebat *digitos II*, et sic in versione posuit numerum Gallus.

Cap. CXXXVI. *Politionem*) Turnebus XXX, 6, interpretatur contractus speciem, quum ager colendus locatur pactione certe partis frugum, et refert huc lib. 52 π. §. 2, pro socio (17, 2): *Si in coëunda societate artem operamve pollicitus est alter, veluti cum pecus in commune pascendum aut agrum politori damus in commune quaerendis fructibus.* Politionem agri ex locis veterum scriptorum apud Nonium I. 339 illustravit Gesner. Partiarium vocat cap. 137, cui politionem dat Cato. Sed cap. 5, s. 4, politor est inter mercenarios. Multis huius capitis difficultatibus, quas ad numerum revocavit et cum hodiernis pretiis politorum comparavit Dickson

oporteat. In agro Casinate[b] et Venafro[c] in loco bono parte[d] octava corbi[e] dividat, satis[f] bono septima, tertio loco sexta;[g] si granum modio[h] dividet,[i] parti[k] quinta.[l] in[m] Venafro ager optimus IX[n] parti[o] corbi dividat.[p] Si[q] communiter pisunt,[r] qua ex parte

litionem in lemmate Br. (b) *Cassinate* W. I. I- G. A. (c) *Venafri* I. B. R. Br. *Venafri sic dare oportet. In* I. I- G. A. (d) *partem octavam* W. (e) *corbis* a. V. (f) *In loco satis bono septimam* W. *bona* Edd. pleraeque. (g) *sextam* W. (h) *medio* sphalma Vict. et Comel. Cod. Gronov. *modio* infra scripto *modo*. (i) *dividat* I. B. B. Br. (k) *partem V.* I. B. R. Br. (l) *quintae* W. *dividet quanta in* A. Iunt. G. (m) *in* omitt. I. B. R. Br. (n) *nona* P. *dabit nonam* Wrat. (o) *partem corbi* W *partem corbis* I. B. R. Br. *parte corbis* I. I- G. A. (p) *dividant* Bou. (q) *Sed* W. (r) *pinsunt* a. V. *partem sextam* W. (s) *pol-*

I, pag. 50, permotus Cel. Rottboell pag. 55, novam excogitavit interpretationem, eamque verbis, quae deinceps leguntur, *si communiter pisunt*, confirmare conatus est. Is igitur hic non partiarii agrum colentis et polientis rem agi censet, sed pistoris, eique putat pretium operae in singulas frumentorum species statui. Mihi vero a ratione hac pretii operae pinsendorum frumentorum plane aliena videtur mentio agri boni, satis boni aut mali. Itaque nec cap. V, politorem cum viro docto statim pistorem interpretabor. Mihi sic videtur. Politor est mercenarius et partiarius. Partiario nunc praecipit Cato hoc et sequenti capite. Partiarium mecum interpretatur Gronov. Observ. IV, pag. 268, qui Plinii locum, ad sequens caput apponendum, laudavit, et partiarios colonos Caii lib. XXV, π. VI Dig. Locati: *apparet autem de eo nos colono dicere qui ad pecuniam numeratam conduxit; alioquin partiarius colonus quasi societatis iure et damnum et lucrum cum domino fundi partitur*. Sic Antoninus Imper. L. VIII Cod. de pactis: *pascenda pecora partiario, id est, ut foetus eorum portionibus quibus placuit inter dominum et pastorem dividantur.* Talis pecoris partiarii pascendi formula est infra cap. 150. Ceterum apud Athenienses politorem partiarium memoravit Pollux Onom. VII, s. 152, ἐπίμορτος γῆ παρὰ Σόλωνι ἡ ἐπὶ μέρει γεωργουμένη, καὶ μορτὴ τὸ μέρος τῶν γεωργουμένων. τὸ δ' ἐπὶ τετάρτῳ μέρει νέμεσθαι, τετραχίζειν. Hesychius: ἐπίμορτος σπόριμος γῆ ἡ ἐπιμεριστὴ λέγεται οὕτω καὶ ὁ μέρει ἐργαζόμενος μορτὴ γὰρ τὸ μέρος. ἐκαλοῦντο καὶ ἑκτημόροι οἱ τὸ ἕκτον τελοῦντες. ad quem locum vide egregiam Hemsterhusii notam pag. 1369.

Corbi) Spicas scilicet cum granis, ante trituram et reliquam curam, recte monente Gesnero. Spicas enim segetis secabant et in corbibus deferebant ad aream.

Granum modis) Extritum et purgatum opera politoris.

Qua ex parte) Si collatis frugibus suis post divisionem in idem pistrinum pisunt, qua ex parte politori pars est, verbi causa ex quiota, eam partem ad pinsendi impensas confert politor. Ita h. l. interpretatur Gesner. Duram esse dictionem, nemo facile

politori[s] pars[t] est, eam partem in pistrinum politor.[v] Ordeum[x] quinta modio, fabam[y] quinta modio dividat.

CXXXVII. (CXXXVIII.) Vineam curandam partiario[a] bene curet; fundum,[b] arbustum, agrum frumentarium.[c] Partiario foenum et pabulum, quod bu-

lintori a. V. escept. P. W. quae nobiscum. *quae ex parte* Ald. (t) *illa* ins. W. (v) *pollintor* a. V. P. W. nobiscum. (x) *hordeum* P. *ordei quintam ex* W. (y) *fabae quintam ex* W.

Cap. CXXXVII. (a) *particiario si des, bene* W. *partiario, bene curet fundum* Ald. (b) *fondum* W. (c) *frumentarium et foenumentarium, et boves particia-*

negabit. Novam Rottboëllii interpretationem antea posui. Ceterum Victorius bis *parti* ex libris suis h. l. posuit, et in Varrone III, 3, 8 et 9, bis item *parti* edidit, ceteris in locis recentiorem formam *parte* reliquit. Quod eius exemplum imitari mihi quidem necesse fuit, nisi simul omnem horum librorum scripturam immutare et ad formam antiquam refingere vellem. Tum vero ubique in Catone et Varrone *partim* etiam scribere debebam, et similia, quae Victorius passim intacta reliquit, etsi Politiani liber quaedam corrigit, cuius lectiones statim repraesentavi. In legis frumentariae vetustae fragmento illustrato a Conradi Parergon p. 368, saepiuscule legitur *qua in partei, in ea partei*. Ibidem p. 370, est *pro portioni*; alibi *it, ist, rim* pro *et, est, rem.*

Cap. CXXXVII. *Vineam*) Es argumento: *Vineam redemtori partiario quomodo des.* Initium capitis ita concinnabat Schoëttgen: *Vineam curandam redemtori partiario des, uti bene curet.* Pontedera autem sic: *Vineam curandam partiario ut des: bene curet fundum.* Gesner *partiario iure* interpretatur hic et supra cap. 16, totum caput cum superiore iungendum, et verba ad politorem referenda esse monet. Laudat etiam locum Apuleii Metamorph. IX, pag. 229, *cum uxore mea partiario tractabo, nec erciscundae familiae, sed communi dividundo formula dimicabo.* Plinius IX, Epist. 37, *me necessitas locandorum praediorum detineat — nam priore lustro, quamquam post magnas remissiones reliqua creverunt. — Occurrendum ergo augescentibus vitiis et medendum est: medendi una ratio, si non numo, sed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos operis exactores, custodes fructibus ponam.* Vnde simul constat, quod Catanaeus ex locis pluribus Pandectarum confirmavit, locationes et publicas et privatas Plinii aevo in lustrum fieri solitas esse; et qui partiario locabat fundum, simul appositis de sua familia hominibus opus rusticum diligenter esegisse; quamquam et ii, qui pensione seu mercede fundum locabant, praeter pensionem opus etiam esigebant, teste Colum. I, 7, 4. Locationem autumno factam arguere licet ex Plinii Epist. IX, 37, et X, 24, ex posteriore quidem loco coniicere licet factam ante Septembrem.

Foenum) habeat vel capiat interpretatur Gesner, et bobus suis; cautus etiam Cato addit, *qui illic sient*, in villa et fundo, quem poliendum

bus satis siet, qui illic sient. Caetera omnia pro indiviso.

CXXXVIII. (CXXXIX.) Boves feriis coniungere licet. Hoc licet facere, arvehant[a] ligna, fabalia, frumentum, quod non daturus erit.[b] Mulis, equis, asinis feriae nullae, nisi si[c] in familia sunt.

CXXXIX. (CXL.) Lucum conlucare Romano more

rius: Cui pabulum quod bobus satisfiet: dato; et caetera quae illic fient opus. Caetera omnia etc. W. *sies illic qui* Br.

Cap. CXXXVIII. (a) *Trahant* a. V. praeter Iuntt. *Arvebant* P. *arveant* Cod. Gronov. (b) *eris* a. V. (c) *si* abest I. B. R. Herv. Br.

suscepit, quibusque ad eam rem opus habet.

Frumentum, quod non daturus erat) Pontedera *frumentum, quod non saturus eris* corrigit ex Columellae II, c. 22, *sed iuncta advehere non permittitur nec apportata serere, neque terram aperire, neque arborem conlucare, sed ne sementim quidem administrare nisi prius catulo feceris:* Coniecturam praecepit Abr. Gronovius.

Cap. CXXXVIII. *Daturus erit*) Schoettgen interpretatur *venditurus*. Pontedera ex lectione Codicis S. Reparatae in quo est *daturus erait*, corrigebat *datur usurai*: quoniam foenerari nefas sit diebus festis. Si vulgatam teneas, antiquum *eris* praeferendum putem; quod Pontedera in Curis sec. refert ad conductorem, cuius gravior conditio quam partiarii. Conductori igitur licuisse putat vineam conductam feriis colere ac cogere fructus, ut ait Columella, partiario non item. De partiario locutus erat Cato; igitur huic non licebat vehere feriis, quod daturus erat seu divisurus cum domino, aliud licebat. Haec Pontedera; *non saturus eris* malebat Abr. Gronov.

In familia) Ferias publicas et familiares infra habet cap. 140: proprias familiarum ferias habet Macrobius I, 16, et Festus in *Porcus propudianus* et in *Saturno*, laudante Vrsino. De denicalibus feriis Festus: *denicales feriae colebantur quum hominis mortui causa familia purgabatur.* Ex loca Ciceronis de Legibus II; 22, arguit etiam Gesner denicales ferias familiae cuique suas et proprias fuisse. Igitur locus Columellae II, 22, 5: *Apud Pontifices legimus feriis tantum denicalibus iungere non licere mulos, caeteris licere,* Catonis auctoritati non adversatur, recte monente Gesnero contra Meursium. Sed quid facias loco Dionysii Halic. qui Consualibus ludis (mense Martio celebratis) ab opere cessare ait mulos et equos redimitos capita floribus? Quid quod Consuales ludos mulis celebratos fuisse in circo, tradit Festus in voce *Mulis*.

Cap. CXXXIX. *Lucum*) Plinius 17, s. 47: *Cato arbores religiosas lucosque succidi permisit, sacrificio prius facto, cuius rei rationem precationemque eodem volumine tradidit.* De piaculo, commisso ab eo, qui lucum sacrum exciderat, loquuntur poëtarum libri omnes. Inscriptio Fratrum Arvalium

sic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito: Si deus, si dea[a] es, quoium illud sacrum est, uti tibi ius siet[b] porco piaculo facere, illiusce sacri coërcendi ergo. Harumce[c] rerum ergo sive ego sive quis iussu meo fecerit, uti id[d] recte factum siet. Eius rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi, domo familiaeque meae, liberisque meis. Harumce[e] rerum ergo macte hoc porco piaculo immolando esto.[f]

Cap. CXXXIX. (a) *deae cuius illud* I. B. R. Br. *deae squorum* Pol. 1. *deae si quorum (si dea est quoium)* Pol. 2. *dea, cuius illud* I. 1. G. A. (b) *est* I. B. R. Br. et Cod. Gronovii. (c) *Harumque* a. V. (d) *fecerit* repet. I. B. R. Br. (e) *Haruce* P. *Harumsce* I. B. R. Br. (f) esto omitt. I. B. R. Br.

apud Philippum a Turre Monum. Antii p. 386, *in luco Deae Diae piaculum factum per calatorem et publicos eius sacerdoti, quod arbor a vetustate decidit, expiandum, porcam et agnam opimam.* Deinde eadem: *ob ferrum inlatum in aedem scriptur. causa porc. et agn. opimam* — postea: *ob ferrum de aede elatum.* Ibid. p. 290, *immolavit porcilias piaculares II luci coinquiendi et operis faciendi, ibique baccham* (i. e. vaccam) *honorariam albam ad foculum immolavit*, p. 291, *ob ferri inlatum scripturae et scalpturae — piaculum factum ob ferri elationi script.* et caetera, quae mutila sunt.

Sc. Deus) Arnobius libro III gentilibus obiicit: *Nam consuestis in precibus sive tu Deus es sive tu Dea dicere.* In formula evocationis est apud Macrob. I, 9, in aliis apud Gellium II, 28, et Festum in voce *Tesca*; etiam in Inscriptione Fratrum Arvalium apud Philippum a Turre Monum. Antii p. 389, *immolant suovetaurilibus maioribus item ad aedem deae diae boves feminas II, Iano patri arietes II, Iovi berbeces II altilaneos, Marti arietes altilaneos II, Iunoni deae diae oves II, sive deo sive deae oves II, virginibus divis oves II. Famulis divis verbeces duos, Laribus verbeces duos, Matri larum oves duas sive deos sive deae, in cuius tutela hic lucus locusve est, oves II, Fonti verbeces II, Florae oves II, Vestae oves II, Vestae matri oves II, item adolendae commolandae deferundae oves II*, ubi paulo post est: *adolendae conmolendae deferundae oves II.* Deos Famulos suspicatur Philippus esse familiares; *Deam diam* Iunonem dici censet etiam in illis locis, ubi Iunonis nomen non additum legitur; veluti ibidem in his verbis: *fratres arvales praetextati sacrificium deae diae ture et vino fecerunt, ibique decumbentes toralibus segmentatis ministrantibus pueris;* unde addes *toralia segmentata* vesti et cunis segmentatis, quae posuit Gesneri Thes. L. L.

Coërcendi ergo) Salmasius ad Solinum p. 442, malebat legi *coinquendi* quod verbum Festus interpretatur *deputare*. Vtitur verbo Festus in voce

CXL. (CXLI.) Si fodere velis, altero piaculo, eodem modo facito; hoc amplius dicito, operis faciundi causa: tum[a] opus quotidie[b] per partes facito;[c] si[d] intermiseris, aut feriae publicae aut familiares intercesserint, altero piaculo facito.

CXLI. (CXLII.) Agrum lustrare sic oportet. Impera[a] suovitaurilia circumagi. Cum divis volentibus, quodque bene eveniat, mando[b] tibi Mani,[c] uti illace[d]

Cap. CXL. (a) *dum* P. et Caesenas. Vulgo *Cum.* (b) *cotidie* P. (c) *facies* A. I. I. G. (d) *sed si* a. V. praeter Iuntt.

Cap. CXLI. (a) *imperans solitaurilia* a. V. *suovetaurilia* M. Po. 2. quam scripturam in Codd. suis reperit Vrsinus; eademque est in tabula marmorea Fratrum Arvalium. (b) *iuvando* W. (c) *inani* I. B. R. W. Br. (d) *illae* Iens.

Scribonianum; et in Inscriptione Fratrum Arvalium est *arborum coinquendarum*. Vide Gronovium ad Livium XXV, 7. Scilicet Festus habet: *Coinquire, deputare*. Idem *conquirere, coërcere*; ubi Codex habet id, quod Scaliger voluit restitui *coinquere*. Laudat Salmasius locum Trebatii apud Servium ad Aeneid. XI, 316, *luci qui sunt in agris, qui novitio capti sunt, hos lucos eadem cerimonia moreque coinqui haberique oportet, quo ceteros lucos, qui in antiquo agro sunt*; ubi editio Masvicii et Fabricii dedit pro *novitio* — *coinqui* vitiose *concilio* — *conquiri*. Denique locum inscriptionis Arvalis editae in Philippi a Turre Monumentis Veteris Antii pag. 290 posuit Gesner in Thes. L. L. quem et huc referam: *In luco Deae Diae Q. Licinius Nepos Mag. ad aram immolavit porcilias piaculares II, luci coinchuendi et operis faciendi.*

Cap. CXL. *Operis faciundi causa*) Vt supra, quum collucare lucum vult: *illiusce sacri coërcendi ergo.*

Tum opus) Vulgatum *cum* Pontedera ex libro Polit. et Caesenate mutabat in *dum*, i. e. dummodo. Eadem sententia postulante *tum* posui et distinctionem vulgatam mutavi, quae sic habebat: *cum opus, quot. p. p. facito. Si interm.*

Cap. CXLI. *Agrum*) In Calendario rustico ab Vrsino edito mense Maio segetes, Aprili oves lustrantur.

Suovitaurilia) Antiquarum Editionum lectionem *solitaurilia* habet Festus, et libri multi Varronis R. R. II, 1, 10. Quintiliani Instit. I, 5, et Livii I, 44, eamque praeter alios impugnavit Vrsinus et Schoettgen ad h. l. tuetur contra Vossius in Etymolog. De significatione satis constat ex locis nominatis; intelligitur nempe taurus aries et verres, qui immolantur in eo sacrificio. Suovetaurilia maiora posui supra ex Inscriptione Arvalium Fratrum; haec lactentia suovetaurilia videntur fuisse dicta minora.

Cum divis vol.) Formulam solemnem esse, monuit Popma; similis Graecorum σὺν τῷ θεῷ.

Tibi Mani) Servum Turnebus, villicum Popma intelligit; Gesner ex cap. 144, 145 et 152, *Manli* voluit legi, haruspicem nobilem aut sacer-

suovitaurilia[e] fundum,[f] agrum, terramque[g] meam quota ex parte sive circumagi, sive circumferenda[h]
2 censeas, uti cures lustrare. Ianum, Iovemque vino[i] praefamino,[k] (sic dicito:) Mars pater, te precor, quae-

illa a. V. *illare* Pol. 2. *per illa* W. (e) *solitaurilia* a. V. *quae es votus taurilia* W. *suovetaurilia* M. Po. 2. (f) *fondum* W. (g) *terram quae et quota sit* W. (h) *cirferenda* B. R. (i) *Iuno* P. *vino* I. B. R. Br. (k) al. *praedicito*, Brh. (l)

dotem interpretatus, cui Cato lustrationem mandet. In *Manlii* nomine conseotientem habet Pontederam. Ad arbores fulguritas quum fit sacrificium et strues cum fercto obmovetur diis, mercede conducere solebant hominem *struferctarium* dictum, testante Festo Eiusmodi mihi homo esse videtur is, cui suovetaurilia imperat Cato.

Ianum Iovemque) In inscriptione, quae lustrationem a fratribus arvalibus factam describit, edita ab Vrsino et Grutero p. CXXI legitur similiter: *Iano Patri Arietes II, Iovi verbeces II, Marti Patri Vlt. AR. N. II.* Et Marti suovetaurilibus piaculum fit apud Livium VIII, 10, monente Gesnero. An igitur Martis nomen h. l. eacidit? Cererem enim nominavit cap. 134, ubi ei porcam praecidaneam immolat.

Vino praefamino) In libro Pol. est *Iano praef.* in Edd. primis *vivo*. Deinde in aliis libris esse *pracdicito* annotavit Brouckusius. Supra cap. 134, est *thure, vino, Iano, Iovi, Iunoni praefato*; ubi Meursius Iunoni de loco controversiam movet, quam hoc loco liber Politiaoi inducit. Ibidem locum Festi affert: *famino, dicito.* Vt igitur superiore in loco *praefato* est pro *praefator*, ita h. l. *praefamino* esse videtur pro *praefaminor*, singulari quidem numero. Formam ipsam aliunde ignotam habuit Gesner; sed eadem est in lege XII. Tabularum *antestamino*, ubi vide Gothofredum ad Tab. I, et Vossium Art. Gramm. V, 14. In fragmento legis sumtuariae a Maittario edito, quod egregie illustravit Conradi Parerg. p. 362, similiter est: *quei eius necotia curabit, is — ad Consulem profitemino.* Ibidem paulo post legitur etiam *profitemeno*. Atque ita stabilita hac forma antiqua concidet coniectura Cel. Rottboellii p. 57, qui ex *prae flamine* ortam censebat vulgatam lectionem, et Manem fuisse Martis flaminem Eidem viro docto debeo notitiam loci Plautini Epidic. V, 2, 30, ubi *arbitramino*, et Pseudoli III, 2, 20, ubi *praegredimino* esse dicitur in Codd. Camerarii. Ceterum flaminem et proflaminem fratrum Arvalium collegii nominat Inscriptio apud Philippum a Turre pag. 290, *et per Q. Licinium Nepotem et Catilium Severum proflaminem agnam opimam immolaverunt, perfecto sacrificio omnes ture et vino fecerunt; deinde coronis inlatis signisque unctis Petronium Priscum ex Saturnalibus primis in Saturnalia secunda magistrum fecerunt et Fl. Sulpicianum flaminem.* Forte *thure* h. l. excidit, thus enim et vinum in victimam effundebant, antequam immolarent. Vide supra ad cap. 134. Ceterum verba *sic dicito*, ot spuria ioclusi.

Te precor) Formulam similem habet Festus io voce *strufertarios*, hanc

soque uti sies volens propitius mihi, domo, familiaeque nostrae,[m] quoius[n] rei ergo agrum, terram, fundumque meum suovitauralia[o] circumagi iussi. ut tu[p] morbos visos, invisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque[q] prohibessis, defendas, averruncesque.[r] utique[s] tu fruges, frumenta, vineta,[t] virgultaque grandire, beneque evenire sinas.[v] pastores, pecuaque[x] salva servassis, duisque[y] bonam salutem valetudinemque[z] mihi, domo,[a] familiaeque nostrae. Harumce[b] rerum ergo fundi, terrae agrique 3
mei lustrandi, lustrique faciendi ergo sicuti dixi macte hisce suovitaurilibus[c] lactentibus immolandis[d] esto. Mars pater eiusdem rci ergo, macte hisce suo-

dicito abest M. Po. 2. (m) *meae* I. B. R. Br. (n) *quovis* B. R. Br. (o) *salitaurilia* B. R. *solitaurilia* a. V. *suovetaurilia* M. Po. 2. (p) *in* Iuntt. *uti tamen orbos* I. B. R. Br. (q) *intemperantiasque* H. A. Gr. G. (r) *averuncesque* I. B. R. (s) *vineta* Iuntt. (t) *utique* Iuntt. (v) *sinis* I. B. R. Br. *siris* P. et libri Victorii. M. Po. 2. (x) *pascuaque* I. B. R. Br. (y) *divisque* B. R. Br. (z) *valitudinemque* I. B. R. Br. (a) *domus* B. R. Br. *domui* a. V. (b) *Harumsce* I. B. R. Br. *Haruncae* Herv. (c) *solitaurilibus* a. V. *suovetaurilibus* M. Po. 2. Sic per totum

nempe: *precor te Iupiter uti mihi volens propitius sies.* Idem: *Mars pedis sive sine litera R. Maspedis in precatione suovetaurilium quid significet ne Messala quidem augur — reperire se potuisse ait*; ubi vide Scaligerum.

Vt tu morbos) Edd. primae *ut tamen orbos*. Forte fuit *ut labem, morbos*. Vide notam sequentem.

Viduertatem) Antique pro *viduitatem* dictum putant, eandemque vocem Plauto in Rudente III, 3, 2, restitui voluit Douza. Sed nescio quam bene viduitatem deprecatur hic Cato. Festus: *Pesestas. inter alia quae inter precationes dicunt quum fundus lustratur, significare videtur pestilentiam, ut intelligi ex caeteris possit; quum dicitur: avertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem.* Idem: *viduertas calamitas dicta, quod viduet bonis.* Haec notio unice convenit huic loco.

Grandire) Vide Nonium in hoc vocabulo.

Sinas) Veram esse puto formam *siris*, quam Pol. liber offert. Mecum sentit Pontedera, et Popma ita edidit.

Pecuaque) Festus ex Catone *pecuum* genitivo casu annotavit; et comparavit cum *testu*, quam ipsam formam in Catone reliquam habemus. Supra c. 132 est *assaria pecuina*.

Lustri faciendi) Ex graeco λύτρον factum *lustrum* docet Scaliger ad Priapeia Carm. 67. Graecum vocabulum λύματα sordes significat etiam. cuius notionis pars aliqua conclusa videtur vocabulo latino. Hinc lu-

vitaurilibus[e] lactentibus esto.[f] Item[g] cultro facito[h]
4 struem, et fertum[i] uti adsiet. Inde obmoveto. Vbi porcum immolabis, agnum, vitulumque, sic oportet, Eiusque rei ergo macte[k] hisce[l] suovitaurilibus immolandis esto. Nominare vetat matrem,[m] neque agnum, vitulumque. Si minus in omnes litabit,[n] sic verba concipito: Mars pater, si quid tibi in[o] illisce suovi-

hoc caput. (d) *immolandus* Iens. Br. (e) *solilactentibus taurilibus* I. B. R. Br. *solitaurilibus* I. I. G. *suovetaurilibus* M. P. (f) *Item esto* ins. I. B. R. Br. (g) *idem* W. (h) *facito. Inde struem lignorum obmovendo facito. Demum ubi omne adfiet, factum quod fiendum, porcum immolabis: agrum circumages. Vitulum sic oportet vovere, eius rei causa. Ego Macte Iupiter vovi taurilibus lactentibus immolandis esto. Vetat sacrum quandoque nominare Martem, Agnum sic: Ego Iupiter vovi esto. Cum flammine in omnis litabit etc.* W. (i) *ferrum* I. B. R. Br. *fertum* M. Po. 2. (k) *mactes* I. B. R. Br. (l) *hisce* abest P. (m) Ex I. B. R. Br. restitui *matrem*, ubi vulgo est *Martem* (n) *litabis* ante Victor. (o) *in*

strum exportare, et in fluvios dare dixit Auctor Queruli p. 32 et 37. Hinc lustra in quibus sues volutantur Varroni II, 4, 8.

3. *Mars pater — esto*) Haec quo consilio repetantur, ignoro; abesse malim, nisi forte pontificum libri ritum et formulam talem praescripserant.

Matrem) Vulgatam *vetat Martem*, Turnebus XV, 11, corrigebat legendo *veta*, ceterum *Martem* tuebatur, quasi mali ominis causa non magis Mars quam vitulus agnusque nominari debeat; porcum contra nominari, quoniam in eo vocabulo insit vis porriciendi, quod verbum est sacrificiorum proprium. Cum Turnebo facere videtur Popma, qui tamen aliam etiam rationem commentus est aeque ineptam ad vulgatam lectionem tuendam. Recte contra Gesner monuit, Martem in ipso carmine saepius nominari, itaque lectionem vulgatam veram esse non posse. Idem corrigit *vetant partem* hac sententia. Ex suovetaurilibus non licet partem aliquam, vitulum vel porcum vel agnum singulatim nominare, nisi si forte aliquo horum litatum non fuerit. Deinde etiam *porcum* legi posse commoda censebat. Pontedera lectionem Edd. primarum *matrem* probabat, interpretatus partem muliebrem, quae porca dicitur. Igitur ominis eius causa in sacrificiis porcum feminam nominari, non porcam. Sed quum porcus mas in suovetaurilibus adhibeatur, et caeterae hostiae viriles et lactentes sint, inepte Cato *matrem* nominaverit vel *porcam*. Denique *vetas* corrigit Pontedera, quod omnino probandum vel cum Gesnero *vetant* legere debemus. Nisi in *matrem* vocabulum antiquum latet, quo porcus significetur, malim *porcum* restituere in locum Martis, quem interim migrare hinc iussi.

Litabit) Malim *litavit*; infra est: *si uno duobusve dubitavit.*

taurilibus[p] lactentibus, neque satisfactum est,[q] te[r] hisce[s] suovitaurilibus piaculo. Si uno, duobusve dubitaverit,[t] sic verba concipito: Mars pater, quod tibi illoce[v] porco, neque satisfactum[x] est, te hoce porco piaculo.

CXLII. (CXLIII.) Vilici officia quae sunt, quae dominus praecepit,[a] ea omnia quae in fundo fieri oportet, quaeque emi pararique oportet, quomodoque[b] cibaria,[c] vestimenta[d] familiae dari oportet, eadem uti curet,[e] faciatque moneo, dominoque[f] dicto audiens sit. Hoc amplius, quomodo vilicam uti oportet, et quomodo eae[g] imperari oportet, uti[h] adventu domini, quae opus sunt, parentur, curenturque diligenter.

CXLIII. (CXLIV.) Vilicae quae sunt officia, curato

abest I. B. R. Br. (p) *q. novi taurilibus* W. *solitaurilibus* a. V. *suovetaurilibus* M. Po. 2. (q) *est, neque complacitum, esto propitius mihi volens, liberisque meis, domo familiaeque meae: illiusce porce vel agni piaculo, quod illuc liberis offero.* W. (r) *te* omitt. a. V. (s) *his* a. V. (t) *dubitavit* P. *dubitaveris* I. I G. A. *et* ins. I. B. R. Br. (v) Ita cum Pontedera correxi vulgatum *illuc* et deinceps *hoc*. Hervag. *illic*. Popma 2. cum Meursio dedit *illoc*. (x) *satisfatum* B. R. Br.

Cap. CXLII. (a) *praccipit* a. V. ipsa quoque Vict. exceptis qui *praecepsit* scripsere M. Po. 2. *praeceps* P. *domino praeceps* in libris suis reperit Victorius, cum mendi nota apposita in vetustiore. (b) *quomodo quae* I. B. R. quomodo *quae cibaria dari fam. oportet* Br. *quomodo quaeque* I. I- G. A. (c) *et quae* inters. I. I- G. A. (d) *vestimenta* deest I. B. R. (e) *cures faciasque* I. B. R. Br. (f) *domino* P. *Domino quae dicet audiens sis* I. B. R. Br. (g) *eae* deest a. V. (h) *in* ins. a. V.

Dubitaverit) Lectionem Pol. *dubitavit* praeferebat Pontedera; quocum sentio, praesertim si supra pro *litabit* legas *litavit*.

Illoce) Sic cum Pontedera scripsi pro *illuc* et deinceps *hoce* pro *hoc*. Ceterum Gesner recte monuit, porcum exempli causa proponi, idemque fieri in agno et vitulo debere similiter.

Cap. CXLII. *Praecepit*) Ex lectione librorum *domino praeceps* Popma effecit *dominus praecepsit*, Pontedera *domino praecepsit*, interpretatus quae villicus in rem domini fore praeviderit.

Oportet, quomodoque) Vtraque Gesneriana post *oportet* punctum male posuit.

Curet faciatque) In primis Edd. legitur *cures faciasque*, et deinceps *audiens sis*; quam scripturam equidem praefero, ita, ut villicum ipsum Cato alloquatur, quod facit aperte capite sequenti.

faciat. Si eam tibi dederit dominus uxorem,[a] ea esto contentus. Ea te metuat. Facito ne nimium luxuriosa siet. Vicinas[b] aliasque mulieres quam minimum utatur. neve domum,[c] neve ad sese recipiat. ad coenam ne quo eat, neve ambulatrix siet. Rem divinam ni[d] faciat, neve mandet, qui pro[e] ea faciat, iniussu domini, aut dominae. Scito dominum pro tota familia
2 rem divinam facere. Munda siet. Villam conversam mundamque[f] habeat. Focum purum circumversum quotidie, priusquam cubitum eat, habeat. Kalendis, Idibus,[g] Nonis, festus dies quum erit, coronam in

Cap. CXLIII. (a) *in uxorem* a. V. (b) *Vicinis aliisque mulieribus* I. I- G, A. (c) *ad domum* I. B. R. Br. *ad eas domum eat, neve* I. I- G. A. (d) *ne* a. V. (e) *propter eam faciet* I. B. R. Br. (f) *mundeque* P. (g) *Idibus* omitt. I. B. R.

Cap. CXLIII. *Neve domum*) Edd. primae *neve ad domum*. Vitium apertum sustulerunt I. I. G. legentes: *neve adeas domum eat.*

Circumversum) Hinc in Propertio III, 13, 40: *Dique Deaeque omnes, quibus est tutela per agros, praebebant versis verba secunda focis* scripsit Scaliger pro *vestris*.

Nonis, festus) Hi dies non solum rusticis, sed populo universo solennes et festi fuisse videntur. Macrobius Saturn. I, 15, *unde et omnes Idus Iovis ferias observandas finxit antiquitas. — ut autem omnes Idus Iovi, ita omnes Kalendas Iunoni tributas.* Agnam albam grandiorem Iovi Idibus mactatam esse tradit Ovidius Fast. I, 56, *ovis Idulis* dicebatur, et *sacra Idulia*, teste Festo. Hinc Horatius Odar. IV, 11, Idus Apriles natali Maecenatis solenniores celebrans: *ara — avet immolato spargier agno. — Idus tibi sunt agendae, qui dies mensem findit Aprilem.* Scilicet Idus mensem dividunt et in pleniluniuin incidunt semper. Porcam vel agnam Iunoni Calendis immolatam fuisse, monet Macrobius l. c. De nonis Varro L. L. V, p. 49: *Eodem die enim in urbem ab agris ad regem conveniebat populus. Harum rerum vestigia apparent in sacris Nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menstruas, quae futurae sint eo mense Rex edicit populo.* Ceterum Asconius ad Verrinam III, 49 annotat, ominis causa Romanas nominasse *Nonas Idus Calendas*, scilicet Calendas postremo loco, etsi ipse Cicero primo nominavit; cui exemplo hoc Catonis adde, et confer Turnebum XV, 14. Ceterum ad ferias Kalendarum Nonarum et Iduum pertinere puto definitiones legum sumtuariarum, quas commemorant scriptores veteres. Licinia Kalendis Nonis Nundinis Romanis in dies singulos triginta duntaxat asses edundi caussa consumere permittebat, teste Macrobio II, 13, ubi nundinae pro Idibus nominari videntur. Cf. Conradi Parerga p. 313. Lex sumtuaria Sullae Dictatoris auctore Gellio II, 24 cavebat, ut Kalendis Idibus

focum indat.[h] Per eosdemque[i] dies Lari familiari pro
copia supplicet. Cibum tibi[k] et familiae curet uti
coctum habeat. Gallinas multas, et ova uti habeat. 3
Pira arida, sorba,[l] ficos, uvas passas, sorba[m] in sapa,
et[n] pira, et uvas in doliis, et mala struthea.[o] Vvas in
vinaceis,[p] et in[q] urceis,[r] in terra obrutas. Et nuces
Praenestinas recentes in urceo in terra obrutas habeat.
Mala Scantiana[s] in doliis, et alia, quae condi solent,
et silvatica. Haec omnia quotannis[t] diligenter[v] uti

Br. (h) *indiat* I. B. R. Br. (i) *eos decuque* P. *eos itaque* I. B. R. Br. (k) *sibi* I. I- G. A. (l) *sorva* P. (m) *serva* I. B. R. Br. *sorva* P. (n) *et* omitt. I. B. R. Br. (o) *etiam strutia* I. B. R. Br. (p) *urceis* I. I- G. A. *vinaciis* P. (q) *in* omitt. I. B. R. Br. (r) *vinaceis, vel in* I. I- G. A. (s) *scantiniana* P. (t) *quot annis divis.* I. B. R. Br. *quod annis* P. (v) *diligenter* omitt. I. B. R. (x) *suptile* P.

Nonisque, diebus ludorum, et feriis quibusdam solemnibus sestertios tricenos in coenam insumere ius potestasque esset. Denique lex Iulia pro festis diebus ducentos finierat, Kalendis, Idibus, Nonis et aliis quibusdam festivis trecentos, referente eodem Gellio l. c. Pontedera in Antiqq. p. 292, Catonis h. l. ex more vetusto et inde servata regula Kalendas Nonas et Idus nominandi interpretatur, atque ibidem de antiqua mensis romani dividendi ratione egregie docet.

In focum indat) Quum lares ornantur; coronam fuisse eam maiorem, monet Festus in *Donaticae coronae*. Lar ipse in Prologo Aulularíae versu 23, *ea mihi cotidie aut ture aut vino aut aliqui semper supplicat: dat mihi coronas*. Svetonii locum ex Aug. 31, ubi ludos compitalitios restitutos ab Augusto narrat: *Compitales Lares ornari bis anno instituit vernis floribus et aestivis:* posuit Meursius ita, ut *Compitalitiis* legeret. Ceterum Edd. primae *indiat* habent; ubi *induit* antiquum latere videtur. Idem Plautus Aulul. II, 8, 14, *nunc tusculum emi et hasce coronas floreas, haec imponentur in foco nostro Lari*. In fragmento Inscriptionis Fratrum Arvalium facta sub imperatore M. Aur. Antonino Elagabalo edito a Foggini ad Verrii Flacci Fastos p. 127, est: *Sacerdotes clusi succincti libellis acceptis carmen descendentes tripodiaverunt* in canticum ex quinque versibus compositum, singulis ter iteratis, quod explicit repetita quinquies voce *triumpe* (pro triumphe). Primus versiculus hic est: *En os lases iuvate* quem ita explicat Foggini *En nos Lares iuvate*. Apud Varronem L. L. V, p. 44, a Lasibus derivantur Lares; sed de loci lectione potest dubitari, nec hic locus disputationem alienam patitur.

Sorba in sapa) Vide ad cap. VII, 4 notam.

Vvas in vinaceis) Vide ad c. 171, 2.

Nuces Praenestinas) Vide supra ad cap. 8, sect. 2. Plinius XV, sect. 24, ex h. l. *conditas ollis in terra servari virides tradit*.

condita habeat. Farinam bonam, et far subtile[a] sciat facere.

CXLIV. (CXLV.) Oleam legendam hoc modo locare oportet. Oleam cogito recte omnem arbitratu domini, aut quem custodem fecerit, aut cui olea venierit.[a] Oleam ne stringito, neve verberato iniussu domini aut custodis. Si adversus ea quis fecerit, quod ipse eo[b] die delegerit, pro eo nemo solvet, neque debebi-
2 tur. Oleam qui legerint, omnes iuranto[c] ad dominum, aut ad[d] custodem, sese oleam non surripuisse, neque quemquam suo[e] dolo malo, ea oleitate[f] ex fundo L. Manlii. Qui eorum non ita iuraverit,[g] quod is legerit omne,[h] pro eo argentum nemo dabit, neque debebitur. oleam cogi recte, satisdato arbitratu L. Manlii.[i] Scalae ita uti datae erunt, ita reddito, nisi quae ve-
3 tustate fractae erunt. Si non erunt redditae, aeque arbitratu deducetur.[l] Si quid redemtoris opera domino damni[m] datum erit, resolvito. Id viri boni arbitratu deducetur. Legulos quot opus erunt,[n] praebeto, et strictores.[o] Si non praebuerit, quanti conductum

CAP. CXLIV. (a) *vaenierit* Herv. (b) *hodie* I. B. R. Br. et Cod. Gronovii. (c) *iunto* P. (d) *ad* abest I. B. R. Br. (e) *sub* I. B. R. Br. (f) *oleatate* P. (g) *iuraverint* a. V. praeter Iens. (h) *omne* omitt. a. V. (i) *Manli* P. Sic per totum hoc caput. (l) *reducentur* P. *reducetur* Cod. Gronov. (m) *damni* abest

Far subtile) Quid sit, docebitur ad Columellam VIII, 5, sect. 23.

CAP. CXLIV. *Stringito*) Legem antiquissimam olivantibus datam hanc appellat Plinius XV, cap. 3.

Si non erunt redditae, aeque arbitratu deducetur) Sic emendavit Pontedera, probante Schneidero, ex lectione Polit. et S. Repar. *reddit aeque arbitratu.* Schneider ediderat, *si non erunt, reddet aequas, aut arbitratu dec.* cui lectioni hanc adnotationem subiecit: Propter praecedens *aequas* excidisse puto *boni viri arbitratu*, vel *aequi viri*; ut est in simili re cap. sequente. Cap. 146 est de eadem re: *si non reddet, aequum solvito.* Quare h. l. *aequas* vitiosum puto. Ex *aequom* ortum est *et quod*, deinde *eaeque*. TYP.

Resolvito) Turnebus X, 18, ubique *rem solvito* legi voluit, ut est apud Plautum, qui tamen Epidic. III, 2, 16, resolvere etiam usurpavit. Infra c. 148 pro resolvito Polit. Codex habet *rem solvito*.

Strictores) Ita Victorius dedit; in

erit, aut locatum erit, deducetur,[p] tanto minus debebitur. De fundo ligna et oleam ne[q] deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit,[r] in singulas deportationes[s] ss.[t] N.[v] II. deducentur, neque id debebitur. Omnem oleam puram[x] metietur modio oleario. assi- 4
duos homines quinquaginta praebeto, duas partes strictorum praebeto. Ne quis concedat, quo olea legunda et faciunda carius locetur. extraquam si quem socium impraesentiarum[y] dixerit. Si quis adversum ea fecerit, si dominus aut custos volent, iurent omnes socii. Si non ita iuraverint,[z] pro ea olea le- 5
gunda, et faciunda nemo dabit, neque debebitur ei, qui non ita iuraverit. Accessiones in ṡ.[a] ∞ cc. acce-

I. B. R. Br. (n) *erit* I. B. R. Br. (o) *factores* a. V. (p) *et* ins. I. I- G. A. (q) *non* I. B. R. *non deportat* Br. (r) *deportaverit* a. V. (s) *deportatione* P. (t) *H.* I. B. R. Br. *HS.* I. I- G. A. (v) *N* omitt. I. B. R. Br. (x) *parvam* lens. *parum* B. R. Br. (y) *in Praesentiarum* divis. Pol. (z) *iuraverit* I. B. R. Br. (a) *M°*

Codicibus reperit *fictores*. Pontedera *fictores*, i. e. sectores reponit, qui ligna caedunt et ad cogendam oleam in torcularium ferunt. Ideoque postea poni putat: *de fundo ligna et oleam ne deportato*. Vulgatam *strictores* plane damnat, quod stringere vetat oleam Cato. Sed non omnes olivas stringere vetat, sed iniussu domini stringere vetat; atque ipse in lege venditionis pendentis oleae cap. 146, oleae caducae, et strictivae domino excipit modios aliquot.

S. S. N. II) Multam severiorem N. XL, ex capite sequenti huc transferri volebat Gesner; sed recte monet Rottboell. p. 60, maius esse domini damnum ex olei furto quam baccarum oleae.

Modio oleario) Hunc fere duplo maiorem frumentario fuisse, multis rationibus satis subtiliter colligere conatus est Bernard Mémoire sur l'Olivier p. 336, confisus loco Plinii XV, cap. 3, *itaque vulgo non amplius senas libras singulis modiis exprimi dicunt.* Alias rationes addidi supra ad c. 10, sect. 2.

Extra quam si) Antiquam formulam legum expressit, ut exemplo allato monuit Vrsinus. Ceterum cavere videtur, ne alii olea legenda (non facienda; de factura enim caput sequens tradit) sublocetur. non carius, esset enim stultus, qui hoc faceret, sed minori pretio, nisi si quem statim socium ediderit oleae legendae. In *carius* igitur vitium est. Forte fuit *aliis*. Gesner hic nihil intelligere se professus est ingenue.

Ea fecerit) Deinceps exciderunt quaedam et nova oratio incipit *Si dominus* etc.

Qui non ita) Omittit *ita* Codex Gronovii.

Accessiones) Vt Plinius gemmarum

dit[b] oleae salsae M̊ v. olei puri P.[c] IX. in tota oleitate[d] ss.[e] v. aceti[f] quadrantalia v.[g] Quod[h] oleae salsae non acceperint,[i] dum oleam[k] legent, in modios singulos ss.[l] s.[m] s. dabuntur.[n]

CXLV. (CXLVI.) Oleam faciundam hac lege oportet locare. Facito recte arbitratu domini, aut custodis, qui id negotium[a] curabit. Si sexiugis[b] vasis opus erit, facito. Homines eos dato, qui placebunt aut custodi, aut qui[c] eam oleam emerit. Trapeti[d] facito. Si operarii conducti erunt, aut facienda locata erit, pro
2 eo resolvito, aut deducetur. Oleum ne tangito utendi causa, neque furandi causa, nisi quod custos dederit, aut dominus. Si sumpserit, in singulas sumpsiones[e] ss.[f] N. XL deducentur,[g] neque debebitur. Factores, qui

MCC P. *M. D. CC.* I. B. R. Br. *modios CC.* I. I-G. A. *modios senos* W. (b) *accedant* I. B. R. Br. *oleae accedent salis* I. I-G. A. *accedit olei Salma una: modia quinque* W. (c) *vini puri in etc.* W. (d) *oletate* P. P. *oletata salmas quinque* W. (e) *HS.* I. I-G. A. deest I. B. R. Br. (f) *quartas quinque* W. (g) *u P. II.* a. V. (h) *quod oleo salso* I. B. R. Br. *quo oleae salem* I. I-G. (i) *acceperunt* I. B. R. Br. (k) *olea legerint* W. (l) *salmas sex dabunt* W. *H.* I. B. R. Br. *HS.* I. I-G. A. (m) *S. S.* deest I. B. R. Ba. Br. (n) *labuntur* Ald. In Aldina 1514 reperio *HS. SS. dabuntur.*

Cap. CXLV. (a) *negotii* a. V. (b) *ex vigis* Pol. 1. et 2. *ex virgis* a. V. praeter Iuntt. qui *ex virgeis.* (c) *qui* I. B. R. Br. *ei qui* I. I-G. A. Victor. et Gesner. *quis.* (d) *Trapetos* W. (e) *sumptiones* a. V. *etiam* M. *sumsiones* Po. 2. *assumpt.* Cod. Gronov. (f) *S. S. XL.* I. B. R. *XL.* omitt. P. *HS.* I. I-G. A. *S. XL.* Bru-

accessionem aurum, et servum gibberem candelabri Corinthii accessionem in auctione dixit; sic canes gregibus accedunt apud Varronem II, 9, 6, et in iure accessiones vocantur, quaecunque emtioni accedunt, et praeter pretium ab emtore erogantur, docente Gesnero in Thes. L. L. Ita h. loco sunt accessiones, quae praeter mercedem praebentur operariis. Ita *accedit* capite sequenti dicitur. Monuit haec ad h. l. etiam Turnebus X, 18.

Quod oleae salsae) Ex vestigiis Edd. veterum legi mallem: *quo oleae salem non acceperint, dum oleam legent;* aut potius *quam oleae*, i. e. si oleam salsam accipere non potuerint forte, quoniam oleae nondum salsae fuerunt, tum pro olea salsa accedent in modios singulos, et reliqua, quae extricare nemo facile poterit.

Cap. CXLV. *Trapeti*) I. e. *trapete* exprimito oleam. Sed malim *trapetis.* Capite enim sequente *trapetos* nominat.

Si sumserit) Pontedera emendat *sumseris.*

oleum fecerint, omnes iuranto aut ad dominum, aut ad custodem, sese de fundo L. Manlii, neque alium quemquam suo dolo malo, oleum, neque oleam surripuisse. Qui eorum non ita iuraverit, quae eius pars 3
erit, omne[h] deducetur, neque debebitur. Socium nequem habeto, nisi quem dominus iusserit, aut custos. Si quid redemtoris opera domino damni[i] datum erit, viri boni arbitratu deducetur. Si viride[k] oleum opus[l] siet,[m] facito.[n] accedet oleum, et sal[o] suae usioni,[p] quod satis siet, vasarium[q] vict. II.

CXLVI. (CXLVII.) Oleam pendentem hac lege venire[a] oportet. Olea pendens in fundo Venafro venibit.[b] Qui oleam[c] emerit, amplius,[d] quam quanti emerit, omnis pecuniae[e] centesima accedet. Praeconium

sch. (g) *deducent* I. B. R. Br. *deducent ut* P. (h) *omne* abest a. V. (i) *damnum* Herv. (k) *in aedem olei* W. *virdem oleum* P. (l) *opus* abest a. V. (m) *fict* a. V. praeter P. W. B. R. Ba. (n) *facito. Accipiet* W. *facito accedet* P. *accedat* a. V. Victor. et Gesner *facito accedere.* (o) *sal* abest W. *sale* P. (p) *ussioni* W. (q) *necessarium uret* W. *vasurum etc.* P. *et vasa viminea* a. V.

Cap. CXLVI. (a) *Vaenire* Herv. hic et alibi fere. (b) *venebit* B. R. *eunibit* Br. *si quis venibit* praec. puncto W. *vaenibit* Herv. (c) *oleum* W. (d) *nil.* ins.

Quae eius pars erit) Ex simili loco cap. 144, sect. 2, lego: *quod is fecerit, omne*, etc.

Neque habeto) Malim *ne quem habeto.* Atque in Brusch. Aldin. Gryph. prior atque aliae ante Victor. Igitur restitui veram lectionem.

Vasarium) Quia plus erat laboris in oleo viridi faciendo, praemii loco vasarium adiicit, victoriatos duos. Apud Ciceronem Pisonian. 35, vasarium est pecunia in vasa et supellectilem tributa magistratibus. Victoriatum numum lege demum Clodia percussum fuisse Romae, antea ex Illyrico advectum mercis loco fuisse, refert Plinius 33, sect. 13. Iam supra Cato 15, 1 victoriatum nominaverat.

Cap. CXLVI. *Lege*) Formulam contractus dicimus.

Centesima accedet) Centesimam coactores velut accessionem summae debitae sibi erogare solebant. Cicero pro Rabirio P. 11, *non intelligo hoc; quale sit, utrum accessionem decumae, ut nostri facere coactores solent, centesimae, an decessionem de summa fecerit.* Hinc in lege seu formula venditionis oleae pendentis recipit dominus, ut emtor solvat praeter pretium coactori centesimam, praeconi praeconium, praeterea domino oleae caducae modios L. strictivae X, ex caduca olei romanici, cuius vulgo usus Romae erat, pondo 8 D. ex strictiva olei viridis pondo CC. Praeterea

praesens ss[f] L. et oleum,[g] Romanici pondo 8 D.[h] viridis[i] P. CC. oleae caducae M[k] L. strictivae[l] M[m] x. modio oleario mensum[n] dato. unguinis[o] pondo x. Ponderibus modiisque domini dato[p] * iri primae cotulas duas.

W. (e) *quantitas* inser. W. (f) *sextaria quinquagenta* W. *HS.* Ald. (g) *oleum romanicum pendens deducitur viride ponderibus ducentis etc.* W. (h) *CCCL.* I. B. R. Br. *MD.* a. V. Brouhk. inseri vult *tucidici.* (i) *turidis* Vict. Sphalmate aperto. *viridis p. i.* i. Brusch. (k) *modios* W. *modii* I. I-G. (l) *strictive* P. I. B. R. *structius* W. (m) *modios* W. *modii* I. I-G. (n) *menso* W. (o) *pondera* W. (p) *datoris pondera panicocula duces* W. *datoris primae cotylas duces* I. B. R. Br. *dato iri pri. primae* P. 4. Ita et Codex S. Reparatae apud Pontederam, qui libri Polit. scripturam hanc ponit *irs prs prsmae cotulas.* Cod. Grouov. *pri primae. Sed pripunae etc.* Pol. 2. *datoris primae cotylas duas* I. I-

modio oleario X pondo unguinis, ne olea in mensura adhaerescat. Ita post Turnebum X, 48, h. l. interpretatur Popma. Contra Gesner praeconium interpretatur summam pretii vel indicati a domino vel promissi a redemtore, praeconis voce evulgatam. Inepte! Pretium enim hoc inest verbis: *amplius quam quanti emerit.* Morem coactorum romanorum aliis exemplis explicavit Ernesti ad locum Ciceronis laudatum.

Vnguinis) Ad modios, ne olea adhaerescat, refert Popma, Pontedera *unguinis pondo* X dari putat, ne domini instrumenta, quibus in conficiendo oleo conductor utitur, attritu nimio conterantur. Ideo vulgatum *modiisque* mutavit in *molisque*; modios enim unguine non indigere, ut molas et trapetas. Deinde ex Polit. libro 4, ponit lectionem: *IVS. PRS primae*, ex Pol. 2 *datori pripnnae*, ex Cod. S. Repar. *iri pri primae*, ex Caesen. *rei pri primae*; ex Veneto, *datoris pri primae.* Efficit autem ex *IVS* scripturam *I. VS.* interpretatus *in usionem* id est pro usura instrumentorum, deinceps *PRS* dividit *PR. S.* interpretatus *pressurae singulae primae cotulas duas* nempe olei. Censet autem, cotulas duas olei primae pressurae exigi a domino in singulos factus pro vasorum usu, ut cap. 67, torcularii custos in factus olei sextarium factoribus praebet.

Iri primae) Victorius ipse quod ex libris suis posuit vitiosum censuit. De iride danda ad unguentum olei cum Turnebo cogitare non licet. Alii *dato iri* interpretantur *datum iri*, quidam *iri primae* explicant per *primae depletioni*, ab *hir*, vola manus. Popma notam esse putat verborum *in rem illam*, sic perscriptam I. R. B. Quam rationem propter sequentia recte reiecit Pontedera. Hic vero praeclare vidit, requiri mentionem accessionis alicuius pro ponderibus et modiis domini dandae. Itaque excidisse quaedam censet, et haec scripturae vestigiis supra memoratae ita fere h. l. legit: *i. r. i. pressurae privae primae cotulas duas*; quae sic interpretatur in reliqua instrumenta, seu pro trapetis et cetero instrumento dato cotulas duas in singulas pressuras primas. Rottboell. p. 64, ex capite 107, malebat *iris aridae.*

Dies argento ex K.[q] Nov.[r] mensium[s] x. oleae legen- 2
dae faciundae quaeque[t] locata est, et si emtor locarit Idibus solvito. Recte haec dari, fierique, satisque dari domino, aut cui[v] iusserit, promittito, satisque dato arbitratu domini. Donicum[x] solutum erit, aut ita satis datum erit, quae in fundo illata erunt, pigneri sunto. Ne quid eorum de fundo deportato. Si quid deportaverit, domini esto. Vasa torcula, funes, scalas, trapetos, si[y] quid et aliud datum erit, salva recte reddito, nisi quae vetustate fracta erunt. Si non red- 3

G. A. (q) *K* abest P. (r) *Nov.* deest a. V. (s) *mensum* Pol. (t) *que* abest P. (v) *cuius erit* I. B. R. Br. *cuiius erit* P. (x) *Domino cum* a. V. (y) *si quit*

Nov. mensium X) In emtionibus, quum solutio non statim numeratio tit, dies solutioni statui solebat annua. Cicero Epist. ad Divers. VII, 23, quum statuas emi sibi quasdam vellet, ab Aviano oblatas conditiones ita refert: *nomina se facturum, qua ego vellem die — estne aut tui pudoris aut nostri primum rogare de die, deinde plus annua postulare.* Annua igitur dies solutionis in eiusmodi emtionibus solennis erat. Manutius ad h. l. de die bima et trima egit. Annus antiquus erat decem mensium, dies igitur annua erat decem mensium. In emtionibus hanc antiquam diem servari solitam fuisse, etiamsi novus esset duodecim mensium, ex h. l. discimus; sed tum nominatim fere semper decem menses ponebantur, ut h. l. dies annua decem mensium solutioni praestituitur, et quidem Calendis Novembribus; Idus tamen Novembres deinceps more solito concedit emtori. Aliquando tamen decem menses non nominantur, etsi dies annua decem mensium intelligitur; tum vero Novembres Calendae Idusve nominantur. Ita Cicero ad Atticum X, 5, *se emisse — diem pecuniae Idibus Novembribus esse.* Ita Cato cap. 150, in lege vendendi fructus ovium: *mense decimo a coactore deleget* sc. pecuniam. Horum partem obscuriuscule ad h. l. annotavit Popma.

Oleae legendae — locarit) Haec alieno loco intrusa et vitiosa esse puto; certe non intelligo. Forte simile est, quod cap. 145 legitur: *si operarii conducti erunt, aut facienda locata erit, pro eo resolvito, aut deducetur.*

Idibus solvito) Qui Calendis non poterant, Idibus demum solvebant, nisi in iudicium ambulare malebant. Laudavit de hoc more romano Schoettgen Reinesii Epist. ad Rupert. p. 86. Norisii Cenotaph. Pison. Dissert. I, pag. 37, et Interpp. Ciceronis Catilin. 1. Sed haec talia vel pueris ex Horatio nota esse debent.

Pigneri) Hoc est *pignero* dixisse veteres, ex Prisciano monet Popma.

Si non reddet) Pontedera malebat *reddat.*

det, aequum[z] solvito. Si emtor legulis et factoribus qui illic opus fecerint, non solverit, cui dari[a] oportebit, si dominus volet, solvat. Emtor domino debeto,[b] et id satis dato, proque ea re ita, uti[c] s. s. E. item pigneri[d] sunto.

CXLVII. (CXLVIII.) Hac lege vinum pendens venire oportet. Vinaceos illutos,[a] et faecem[b] relinquito. Locus vinis ad K. Octob. primas dabitur. si non ante ea exportaveris, dominus vino, quod[c] volet, faciet. Caetera lex quae oleae pendenti.

et aliut P. *et si quid aliud* I. I-G. A. Paulo ante *torcularia* Cod. Gronov. (z) *aequom* P. (a) *datum* Hervag. (b) *debito* I. B. R. Br. (c) *uti supra scriptum est* I. I-G. (d) *pignori* P. Bo. Ba. Herv.

CAP. CXLVII. (a) *illuto* Pol. 2. (b) *fecem* I. I-G. A. (c) *quod* Br. Ald. et aliae ante Victor. *quid* Gesner. utraque. Eadem est varietas cap. sequentis sect. 2. ubi Victorius pariter mutavit veterem lectionem.

Emtor domino debeto) Haec usque ad extremum nemo explicavit, nec equidem possum intelligere.

CAP. CXLVII. *Vinum pendens*) Recte Victorius comparavit vindemiam pendentem ex Pandectarum L. 19 de Act. emti et venditi.

Illutos) Ex vinaceis lavatis fit lora, ex faecibus vinum faecatum. Cato cap. 153.

Kal. Octobres primas) Scaliger de Emend. temporum II, p. 186, ex h. l. sic argumentatur: *En vindemiam pendentem Kal. Octobris tempore Catonis, quae antiquitus Veneralibus pendebat et Vulcanalibus calcabatur. Item lex vino in doliis apud eundem Catonem. Vinum accipito ante Kal. Ian. primas. Ex his cognoscimus, Octobrem romanum in Septembrem Iulianum et Ianuarium in Decembrem convenisse.* Minime omnium hoc sequitur; nec vinum pendens hoc loco memoratur usque ad K. Octobres, sed eo usque locus, vinis ex uva pendente et vendita expressis conceditur in cella domini. Contra Pontedera in Antiqq. p. 342, h. l. ita interpretatur, ut ante futurum autumnum, qui VIII Cal. Novembres continget, vacua cella et dolia domino relinquantur. Docet scilicet operose vir egregius, annum romanum iam Catonis aetate a bruma et Calendis Martiis incepisse. Ceterum *primas* adiici Gesner putabat, ne quis emtor ultimos mensis praecedentis dies et ipsos Kalendas esse calumnietur. Sed idem in Thes. L. L. sub voce *Calendae* rectius h. l. *primas* interpretatur proximas, proximi anni. Comparat locum Vlpiani L. 41 ff. de Verb. Oblig. *Eum, qui Kalendis Ianuariis stipulatur, si adiiciat primis vel proximis, nullam habere dubitationem palam est. Sed et si dicat secundis vel tertiis vel quibus aliis, aeque dirimit quaestionem. Si autem non addat, quibus Ianuariis, — dicendum est, primas Kalendas Ianuarias spectari.* Sunt ibi alia Iuriscon-

CXLVIII. (CXLIX.) Vinum in doliis hoc modo venire oportet. Vini in culleos[a] singulos quadragenae et singulae urnae dabuntur; quod neque aceat, neque muceat, id dabitur. In triduo proximo, viri boni arbitratu, degustato. Si non ita fecerit, vinum[b] pro degustato erit. Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet, totidem dies emtori procedent. Vinum accipito ante K. Ian. primas. Si non 2
ante acceperit, dominus[c] vinum admetietur. Quod

Cap. CXLVIII. (a) *culeos* I.B.R. (b) *vinum* deest I.B.R.Br. (c) *domino*

sultorum loca posita; sed rem conficit locus Martialis I, Epigr. 100: *Et tam lautus eras, Calene, ut omnes optarent tibi centies amici. Audit vota deus — atque intra, puto septimas Calendas mortes hoc tibi quatuor dederunt;* ubi septem menses dicere voluit poëta. Lex viaria antiqua apud Conradi Parergon. p. 374, *ne quis in ieis vieis post K. Ianuar. primas plostrum interdiu post solem ortum — ducito, agito.* Igitur primae Calendae Octobres sunt eiusdem anni. Ita in Inscript. Fratr. Arvalium in Monum. Veteris Antii p. 290: *Petronium Priscum ex Saturnalibus primis in Saturnalia secunda magistrum fecerunt et Fl. Sulpicianum flaminem.* Eandem huius loci interpretationem cum Gesnero posuerat Ponted. in Curis secundis.

Cap. CXLVIII. *Singulae urnae*) Vrna mensurae adiicitur, quo facilius ratio constet emtori denuo metienti.

Muceat) Vappidum vinum dicitur mucescere. Proprium enim vino inter liquores mucescere aut in acetum verti, auctore Plinio XIV, sect. 26, ubi male Vincentius cum libris scriptis habet mulcescere.

Degustato) Vlpianus L. I. π. de peric. et comm. rei vend. 18, 6, *eatenus periculum sustinere debet venditor, quoad degustetur vinum, videlicet quasi tunc plenissime veneat, quum fuerit degustatum.* Locum annotaverat Gesner.

Procedent) Vt vinum pro degustato haberi nequeat. Ita etiam hanc speciem definit Vlpianus I, 4, l. c. monente Gesnero.

Kal. Ianuar.) I. e. ante hiemem, quod non expedit domino vel in brumam differre vel in ver. Hiemis initium tum incidebat in XV Cal. Febr. Sic Pontedera Antiqq. p. 342.

Admetietur) Vlpianus l. c. *Sed et custodiam ad diem mensurae venditor praestare debet; priusquam enim admetiatur vinum, prope quasi nondum venit. Post mensuram factam venditoris desinit esse periculum.* Abr. Gronov. malebat *admensus non erit.*

Quod admensum erit, pro eo dominus resolvito) Pontedera probat lectionem Codd. Polit. Caesen. S. Repar. *quod admensus erit pro eo dominus, rem solvito;* interpretatus, quod dominus cunctante emptore admensus erit ex lege: *si non ante cal. Ian. acceperit, dominus vinum admetietur: Pro eo* est *pro emptore.* Ceterum in alio Codice haec tantum: *Quod admensus erit pro eo dominus iusiuran-*

admensum[d] erit, pro eo dominus resolvito.[e] Si emtor postularit,[f] dominus iusiurandum dabit, verum fecisse. Locus vinis ad K. Octobres primas dabitur. Si ante non deportaverit, dominus vino quod[g] volet faciet. Caetera lex quae oleae pendenti.

CXLIX. (CL.) Qua lege pabulum hibernum venire oporteat. Qua[a] vendas fini, dicito. Pabulum frui occipito[b] ex Kalend. Septembribus.[c] prato sicco decedat, ubi pirus[d] florere coeperit: prato irriguo, ubi

M. Po. 2. (d) *admensus* P. *ad mensum* divis. H. V. (e) *rem solvito* P. (f) *postulaverit domino iusiurandum* a. V. (g) *quod* a. V. quocum *quid* dedit Gesner.

Cap. CXLIX. (a) *Qui vendis* W. Vulgo *vendas*, *finis dicito*. (b) *fieri* P. *fini accipito*. *Ex* a. V. *foeni carpito* W. (c) *Septembris* I. B. R. Br. (d) *prius* sphalma

dum dabit. Haec Pontedera: Lectionem *rem solvito* etiam ipse probo. Ita Plautus Curc. 5, 2, 20: *Ego quidem pro istac rem solvi ab trapezita meo*. Iterum 5, 3, 44, *num inde rem solvo omnibus quibus debeo*. Vtrobique viri docti malebant *re solvere* legi.

Dominus resolvito) Pithoeus Adv. subsec. II, 4, et Pontedera malunt *domino*. Gesner: *admensum non erit*, *dominus resolvito*. Sed illa emendatio verior est.

Locus vinis). Haec male ex capite 147, repetita esse, censet Pontedera; possunt tamen etiam locum habere in venditione vini in doliis, de qua Vlpianus l. c. 1, 4, §. 4, *certe antequam ad vindemiam dolia fuerint necessaria, debet avehi vinum. — Licet autem venditori vel effundere vinum, si diem ad metiendum praestituit, nec intra diem admensum est*. Morem Cypri diversum vini in doliis vendendi memorat Mariti Itinerarii prioria p. 149 vers. germanicae.

Cap. CXLIX. *Qua vendas fini*) Recte Turnebus emendavit vulgatum *finis*, male tamen interpretatus, quousque, ad quod usque tempus. Recte Popma fines prati finiri debere monet. Gesner cum Popma vulgatam *finis* defendit, *fines* interpretatus prati. Pontedera Turnebum sequitur, et comparat ex cap. 154, *qua fini oleum capiet*.

Frui occipito) Polit. liber *fieri*, quod defendere ausus est Pontedera. Male liber Wrat. de foeno mentionem iniicit. Pecus enim hic in prato pascitur per hiemem. Ceterum a solstitio in ver pabulum vendi, monet Pontedera Antiqq. p. 342. Ante solstitium enim prata secantur, deinde submittuntur in pabulum.

Pirus) Piro florente prata sicca defendi a pastione iubet Varro 1, 37, 5. Ab idibus Februariis inter brumam et adventum Favonii Columella XI, 2, sect. 7, irrigua a Calendis Martiis usque in X Kal. Apriles, frigidis locis etiam a Quinquatribus Idem ibid. sect. 27. Igitur ma-

super inferque vicinus permittet[e] tum decedito, vel diem certam utrique facito. Caetero pabulo Kalend. Martiis cedito. Bubus domitis binis,[f] canterio uni, 2
quum emtor pascet, domino pascere recipitur. Oleris,[h] asparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini usioni recipitur. Si quid emtor, aut pastores, aut

Vict. (e) *promittet* Pol. (f) *binis cantherio* P. (g) *vini* Pol. 1. *vinicum* con-

turius prata sicca defenduntur a pecore et submittuntur, quam irrigua. Contra pirum florentem veris argumentum interpretatur Pontedera, Kalendas Martias non ad ver refert (iis enim si contingeret ver Catonis, supervacaneam fuisse ait exceptionem), sed ad brumam, a qua Catonis aetate annum romanum incepisse statuit. Itaque contra disciplinam Columellae dicendus est Cato pabulum ceterum, id est, pratum irriguum maturius defendere a pecore. Nam Calendae Martiae Iulii anni fere viginti diebus post veris initium suut; contra eaedem anni eius, quem Catonis aevo assignavit Pontedera, incidunt in ipsam brumam, et veris initium, quod ibi incidit in VIII Cal. Maii, fere mensibus duobus integris antecedunt. Quam difficultatem miror fugisse virum egregium, qui praecepti Catoniani de Calendis Martiis seu citius submittendis pratis irriguis hanc statuit esse rationem. A Calendis Martiis, id est, a bruma, multa in vallibus, silvis collibusque virere incipiunt; propterea sic pabulum in iis locis venit, ut post brumam emtor decedat. Pirum florentem signare ver, patet ex altero Catonis loco cap. 50, ubi prata sicca primo vere, ubi favonius flare coeperit, stercorari et defendi iubet. Pirum etiam per ver inseri ait c. 41. Constat autem, pirum florentem non inseri, sed ante florem germina et surculos inseri. Igitur nihil aliud relinquitur, nisi ut statuamus Martias Calendas alio pertinere, quam putabat Pontedera, aut prata irrigua maturius a Catone contra morem Columellae defendi.

Inferque) Pontedera voluisse videtur legi *inferne*. Popma comparavit *Citer* et *Exter*.

Permittet) Pontedera malebat *permutet*, i. e. quum vicinus pecudes alio egerit. Vulgatam tamen si serves, explicari vult eo sensu, quo *promittet* habet liber Polit. i. e. longius procedere cum pecore patietur. Sed has meras argutias esse puto.

Certam facito) Vt certiorem facere quem de aliqua re dicitur, ita Cato diem alicui certam facere.

Kalend. Martiis) Columella II, 11, 9: *Quod si etiam semen voles ex ea percipere, a Calend. Martiis pecora depellenda*. Ita ille de farragine.

Recipitur) Dominus in lege, seu formula pabuli hiberni vendendi excipit sibi, ut in eodem pascuo cum emtore binos boves domitos et cantherium unum pascat. Seneca Epist. 87: *M. Cato censorius cantherio vehebatur et hippoperis quidem impositis ut secum utilia portaret. — O quantum erat seculi decus imperatorem triumphalem, censorium et Catonem uno*

pecus emtoris domino damni dederit, boni[i] viri arbitratu resolvat. Si quid dominus, aut familia, aut pecus emtori damni dederit, viri boni arbitratu resolvetur. donicum pecuniam satisfecerit, aut delegarit,[k] pecus, et familia, quae illic erit, pigneri sunto. Si quid de iis[l] rebus controversiae erit, Romae iudicium fiat.

CL. (CLI.) Fructum ovium hac lege venire oportet. In singulas casei P.[a] I. S. dimidium aridum, lacte feriis quod mulserit dimidium, et praeterea[b] lactis urnam I.[c] Hisce legibus agnus diem et noctem qui vixerit, in fructum, et Kal. Iun.[d] emtor fructu decedat.

iuncl. Pol. 2. (h) *holeris* Pol. (i) *boninare solvat* Pol. 2. *arbitratu* om. Br. (k) *delegerit* I. B. R. Br. (l) *his* a. V.

caballo esse contentum et ne toto quidem. Partem enim sarcinae ab utroque latere dependentes occupabant. Cantherios equis, multoque mulis viliores fuisse iam Plauti hoc est Catonis aevo, constat. Cantherio igitur vehi viro honesto non satis honestum putabatur, quod ex loco Ciceronis ad Diver. IX, Epist. 22, arguere licet. At Catonis aevo Tyndaridas cantheriis albis vectos habet Cicero N. D. III, 5.

Domini usioni) Gronov. ad Senecae Consol. ad Marc. c. 11, legi voluit *domino usio*; probante Gesnero. Scilicet *usio* lignis, asparagis etc. dicitur, ut verbum *uti lignis*. Asparagi sunt silvestres, ut olera etiam silvestria, quae quomodo ex pascuo recipi potuerint domino, equidem ignoro.

Pecuniam satisfecerit) Mallem: *satisfecerit, aut pecuniam delegarit.* Capite tamen sequenti est: *mense decimo a coactore deleget.*

CAP. CL. *Lacte feriis*) Feriis ad rem divinam exigi putat Turnebus VII, 5. De formula pecoris partiarii pascendi vide supra ad c. 136 notam.

Hisce legibus) Haec verba aliena et spuria censeo esse.

In fructum) Sc. accedit; nisi verbum hoc excidit.

Et Kal. Iun.) Gesnerus malebat *Ex Calendis Iuniis.* Deinceps olim in Edd. quibusdam male distincta haec ita legebantur: *interkalatum erit K. Maiis*: quam distinctionem etiam ex ratione romana interkalandi correxit Eryc. Puteanus ad Livium 43, 11, T. V, p. 714 ed. Drakenb. Nam post Terminalia ante Regifugium ante Kalendas Martias intercalabatur. Pontedera in Antiqq. pag. 320, comparato loco Catonis, quem eundem cum nostro esse censet, apud Celsum de Verborum significatione: *Cato putat mensem intercalarem additicium esse, omnesque eius dies pro momento temporis observat, extremoque diei mensis Febrarii adtribuit Q. Mutius*; docet mensi Februario tum intercalationem attributam mensem intercalarem

Si interkalatum[e] erit,[f] K. Maiis.[g] Agnos xxx, ne amplius promittat. Oves quae non pepererint, binae pro singulis in fructu cedent. Die lanam et agnos vendat. Menses x ab[h] coactore releget.[i] Porcos serarios[k] in 2

Cap. CL. (a) *pondo quindecim* I. I-G. A. (b) *practer ea* divis. W. (c) *t.* deest I. B. R. Br. (d) *Iuniis* Iuntt. *Ianuarias* Ba-G. A. (e) *intercalatum* a. V. (f) *tamen* ins. I. B. R. Br. (g) *mais* P. (h) *ab* omitt. I. B. R. Br. *coacture* Reg. 1499 monente Rottboell. (i) *releget porcos* omnes praeter M. Po. 2. (k) *Se-*

ipsum dierum XXIV, annumque ipsum addito Regifugio fuisse dierum 354.

In fructum) Cedat recte intelligit Rottboell; qui agnus antea decesserit, domino moritur.

Agnos XXX) Recte monet Gesner, numerum ovium matricum defioiri antea debuisse. Scilicet non meminerat vir doctus, quod monuit Cel. Rottboell p. 62, Catonem ipsum supra X, 1, in iugerum 240 olivetum oves centum cum opilione uno attribuisse; opilionem unum nominat etiam cap. 56: et Varro II, 20, opilioni uni oves centum tribuit. Hunc igitur centenarium ovium numerum fundum esse huius capitis, recte monuit Rottboell.

Promittat) Sc. dominus, recte monente Rottboellio.

Cedent) Procedent dixit Varro II, 2, 5.

Die lanam) I. e. tempore certo et idoneo. Sed cur emtori hoc praecipitur in lege venditionis? Solutionis diem praestitutam videtur intelligere Gronov. ad Senecam p. 425, quae tamen ratio locum hic non habet, nisi quaedam exciderint. An dies annua solutionis intelligitur? An *die vendat* dicitur ut *promittere in diem?* cui opponitur *statim* ap. Ciceronem Petit. c. 12? *Dic* malebat Cel. Rottboell.

Menses X — releget) *Mense X* legi voluit Popma, qui relegere interpretatur ex loco Horatiano: *Omnem relegit Idibus pecuniam*, i. e. coëgit. Sed rectius I. Fr. Gron. Observ. I, 20, legit: *mense decimo ab coactore deleget*, sc. pecuniam, i. e. per coactorem deleget. Supra c. 149, *donicum pecuniam satisfecerit aut delegarit.* Ita solvere de trapezita dicitur. De annua die solutionis, et quidem decem mensium vide ad c. 146, s. 2. Gronovii correctionem improbat Rottboell p. 65, sed rectius idem veterem lectionem *releget porcos*, mutat in *releget* (seu potius *deleget*) *pecuniam*; et porcos in alienum locum irrupisse monet. Ex *pc.* nota ineptus librarius fecisse videtur porcos.

Porcos serarios) Qui sero pascantur, interpretatur cum Turnebo Pontedera; eosque cum ovibus et vaccis in montes abigi putat a pastoribus, ut sero et herba alant, donec eos vendant. Contra monuit Gesnerus, serum lactis ovilli nimis esse solere paucum, quam ut in oves denas porcus attribui possit sero alendus; etsi herba praeterea alendum vult Pontedera. Sed ineptissima mihi hoc loco videtur esse mentio porcorum, cum ovibus in pascua simul prodigeodorum. Fodiendo enim porci cito pascuum ovibus omne inutile facient. Igitur ex vetere lectione *sectarios* mu-

oves denas singulos pascat. Conductor II. menses pastorem praebeat. donec domino satisfecerit, aut solverit, pigneri[l] esto.

CLI. (CLII.) Semen[a] cupressi quando legi, seri, propagarique oporteat, et quo[b] pacto cupresseta seri oporteat, Manius[c] Percennius[d] Nolanus ad hunc mo-

ctarios A. V. post *serarios* interpr. omnes praeter M. Po. 2. (l) *pignori* Bo. Ba. Br.

Cap. CLI. (a) *Semen - - - - oporteat*, *et* desunt a. V. Lemma: *Cupressum quomodo seras; semen cupressi, quando legi, seri, propagarique oporteat; et quo pacto cupresseta seri oporteat. Menius etc.* Pol. (b) Verba: *quo pacto cupresseta seri oporteat* rubricae locum subeunt I. B. R. Br. (c) *Memius* a. V. *al. Menius* Pol. *Minius* Cod. Gronov. (d) *Parthenius* I. B. R. Br, *Percenius* I. I- G. A. (e)

lim efficere *oves sectarias*, qui longe commodius cum matricibus pascentur Festus: *sectarius vervex qui gregem agnorum praecedens ducit*; quam glossam ex Plauti Captivis ductam patet, cui tamen ipsi serarium vervecem restitui voluit Pontedera. Ipsa loquendi forma Catoniana vulgatam lectionem coarguit. Quid enim opus erat porcos sero pascendos denis ovibus singulos, non universo gregi attribuere? Itaque probo nunc uoice egregiam medelam, quam loco desperato reperit medicus Hauniensis, Rottboell, qui *arietes* substituit, quos singulos denis ovibus attribuit etiam Varro II, 3, 15, et II, 10, 13. Sed nimis violenta est vocabuli *sectarios* mutatio in *arietes*. Quid si igitur vel *arietes* addas servato *sectarios?* nisi enim fallit Festus, Plautus Captivor. IV, 2, 40, sectarium vervecem dixit, qui gregem agnorum praecedens ducit. Eadem igitur ratione potuerit Cato arietes sectarios dicere, qui oves sectantur denas singuli.

Menses pastorem) Duos reliquos menses, qui de anno decem mensium restant, interpretatur Gesner, nescio quam recte! Ingeniose Rottboell coniiciebat per duos menses conductorem praebere pastorem, qui arietes ex more romano (vide Varronem II, 2, 13) tempore bimestri ante admissuram secretos largius pascat.

Cap. CLI. *Cupressi*) Quaedam huius capitis divulsa hinc leguntur supra c. 48. Plinius 16, s. 60, *cupressus advena et difficillime nascentium fuit, ut de qua verbosius saepiusque quam de omnibus aliis prodiderit Cato. — Duo earum genera. Meta in fastigium convoluta, quae et femina appellatur; mas spargit extra se ramos deputaturque. — Huic patria insula Creta, quum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit.* Feminam quam dixit est cupressus sempervirens Linnaei, mas vero horizontalis Linn. Quod Theophrastus refert ex opinione quorundam, marem cupressum transire interdum in foeminam, intelligendum videtur de varietate cupressi sempervirentis, quae ramos tam surrectos non habet, quam vulgaris. Quae ad plantationem cupressi pertinent vide ad cap. 28.

Percennius) Posterior aetas Pescennium dixit.

dum monstravit. Semen cupressi Tarentinae per ver[e] legi oportet, maturum,[f] ubi hordeum flavescit. id[g]

Ita pro *materiem* A. Iunt. G. (f) *Semen* I. I. G. A. (g) *id* I. I. G. A.

Per ver legi) Plinius 17, sect. 14, *e cupresso femina (mas enim ut diximus, non gignit) pilulae collectae, quibus docui mensibus* (mense Ianuario et Februario sect. 14) *siccantur sole, ruptaeque emittunt semen formicis mire expetitum. — Seritur mense Aprili; area aequata cylindris aut volgiolis, densum, terraque cribris supercernitur pollicis crassitudine. Contra immane pondus attollere se non valet, torqueturque sub terra. Ob hoc pavitur vestigiis. Leniter rigatur a solis occasu in trinis diebus, ut aequaliter bibat, donec erumpant. Differuntur post annum dodrantali filo, custodita temperie, ut viridi coelo serantur, ac sine aura; mirumque dictu, periculum eo tantum die est, si roraverit quantulumcunque imbrem, aut si afflaverit. De reliquo tutae sunt perpetua securitate aquasque odere*; ubi ante Harduinum legebatur: *retorqueturque sub terra. Ob hoc parcitur.* Deinde Pintianus ex Tolet. Codice et Chifflet. malebat *superincernitur.* Ex lectione *contra mas p. attollere* corrigebat: *mas c. p. attollere se n. valet.* Denique *stilo* de radice unica et recte, ut Columella de nuce dixit III, 22, *filum* enim de tenui velut asparagi radice seu fibra rectius dici, velut a Columella: *tenui corruda simillima filo.* Harduinus *filum dodrantale* interpretatur vel caulem vel intervallam. Idem Plinius 17, s. 39, *cupressus et aquam aspernatur et fimum et circumfossuram amputationemque, et omnia remedia odit: quin etiam necatur riguis.* Eadem Theophrastus II, P. II, 8 de novella tradit, si nimis rigetur, perire. Idem H. P. II, 2, caeduae Cretensis cupressi meminit, quae ex caesura quocumque modo regerminat, rarius ex radice. Geoponica XI, 5, semen docent colligi post Calendas Septembres, seri a nona Calendarum Novembrium usque ad hiemem in areolis (πρασιὰς) una seri hordeum parum, saepe eodem anno ad hominis altitudinem excrescere plantam, utique ad hordei una sati, gaudere locis humidis et opacis; marem sterilem esse. De tempore serendi etsi dissentire videtur Plinius, meminisse tamen oportet, quod ipse 16, c. 27, annotavit; *trifera est cupressus; namque baccae eius colliguntur mense Ianuario et Maio et Septembri: ternasque earum gerit magnitudines.* De dodrantali stilo vel filo dubitatio mihi aliqua superest Plinii. Caulem interpretari possis cum Harduino ex Columella IV, 33, 3, *simulatque semina stilaverint, etiam bima transferri possunt;* sed etiam ille locus dubius est, et ad radicem simplicem nucum generi et pinis propriam pertinere potest. De radice simplice cupressi non possumus interpretari, quia cupressus per summa cespitum *repentes habet*, auctore Theophrasto H. P. I, 9, et Plinio 18, sect. 56, velut etiam olea, malus et punica. Rationem terrae super semine cylindris densandae paviendaeque nescio an veram posuerit Plinius, quum ait ita retorqueri sub terra vel torqueri plantam. Num voluit intelligi radices ita deorsum cogi convertere se, nec sursum emergere? An potius ita cavetur herbarum succrescentium noxa? Iudicent peritiores!

Maturum) Hanc Edd. I. I. G. lectionem praetuli vulgatae *materiem*, mo-

fieri oportet, et ubi semen satum siet, stramentis operiri oportet,[a] ubi germen[a] nascere coeperit, tum[b] demi.

CLII. (CLIII.) De scopis virgeis Q.[a] A. M. Manlii[b] monstraverunt. In diebus xxx, quibus vinum legeris, aliquoties[c] facito scopas virgeas ulmeas aridas,[d] in asserculo alligato, eabus[e] latera doliis intrinsecus usque bene perfricato, ne faex[f] in lateribus adhaerescat.

CLIII. (CLIV.) Vinum faecatum[a] sic facito. Fiscinas olearias Campanicas duas illae[b] rei habeto. eas faecis[c] impleto, sub prelumque[d] subdito, exprimitoque.

I. B. R. Br. deinceps *nasci* Br. et Ald. (a) *gramen* I. B. R. Br. (b) *stramenta* inser. I. I- G. A.

CAP. CLII. *De scopis virgeis* lemma est I. B. R. et Vict. nobiscum Po. 2. *Quae Memius et M. Manlius de vino emptoribus admetiendo monstraverint* lemma Brusch. (a) *Quod autem Memius* I. B. R. Br. *De scopis virgeis, quae M. Memius* I. I- G. A. *De scopis virgeis Q. A. M.* Popm. 2. (b) *et M. Manlius* a. V. (c) *aliquotiens* I. B. R. Po. 2. Br. (d) *eas* ins. I. I- G. A. (e) *eabusque* Ba- G. A. (f) *fex* I. I- G. A.

CAP. CLIII. (a) *fecatum* I. I- G. A. deinde *fascinas* Cod. Gron. (b) *illius* I. B. R. Br. *ille* Iuntt. *illi* Ba- G. A. (c) *fecis* a. V. (d) *praelumque* I. B. R. Ba. Br. Herv.

Nascere) Meursius ex vetere Codice laudat *nasci*, profertque coniecturam *germinascere*. Haec item repetiit Bodaeus ad Theophr. l. c.

CAP. CLII. *Virgeis*) Notas sequentes cum Probo interpretatur Gesner: *Quemadmodum Manlii monstraverunt.* De scopis his vide supra ad cap. 26, unde patebit, *latera* forte in *labra* mutanda esse. Sed Bruschianae lemma initium capitis ad vinum emptoribus admetiendum refert; et in Codice Gronovii verba *Q. A. M. Manlii monstraverunt* antecedenti capiti iunguntur.

Aliquoties) Pontedera librorum *aliquotiens* praefert. Geoponica III, 5, Maio dolia in quae vina transfundantur, iubent sparto confricare et purgare: οὔτε γὰρ τρὺξ πολλὴ ἔσται, οὔτε γινομένη ξηρανθήσεται, ὃ μάλιστα τοὺς οἴνους βλάπτει. Haec vini siccata faex, doliis adhaerens intrinsecus, tartarus dicitur Crescentio etiam, et Myrepso I, 76. Vide Cangii Glossarium h. v. Sed de illa non loquitur Cato.

CAP. CLIII. *Faecatum*) Plinius 14, s. 12, *tertium est faecibus vini expressum, quod faecatum Cato appellat.*

Campanicas) Vide cap. 135, 2; sportas faecarias habet cap. XI, 4.

Illae rei) Vt antiquum multis exemplis apud Charisium positis defendit Meursius.

Fecis) Soliusne? Columella XII,

CLIV. (CLV.) Vinum emtoribus sine molestia quomodo[a] admetiaris. Labrum culleare[b] illae[c] rei facito, id habeat ad summum ansas IIII. uti transferri[d] possitur.[e] id imum pertundito. Ea fistulam subdito, uti obturarier[f] recte[g] possit. et ad summum, qua fini culleum capiet, pertundito.[h] id in suggestu, inter dolia positum habeto, uti[i] in culleum, de dolio[k]

CAP. CLIV. (a) *hoc modo admetiri debet* I. I-G. A. (b) *culeare* I. B. R. Iuntt. Br. (c) *illi* a. V. praeter Iuntt. (d) *transferi* I. B. R. Br. (e) *possit. Ad.* a. V. (f) *opturarier* P. *obtlurarier* I. I. Ba. A. (g) *rite* a. V. (h) *praesignato, id in dolium paulatim demittito, uti in eo de sistula vinum salire etc.* A. I. I-G. (i) *hoc* inser. I. B. R. Br. (k) Vulgo *de eo* legitur. *derovinum* iunct. P. At *de eo vinum* ea Pol. et Cod. S. Reparatae ponit Pontedera. *de ea vinum* I. B. R. Br.

40, loram parat vinaceia fecem ea lacu et spumam sapae vel defruti addens.

CAP. CLIV. *Possitur*) Loca Nonii in *possetur*, poteratur et potestur laudavit Victorius, ut doceret, veterés ita locutos fuisse. In Edd. antiquis erat antea *possit. Ad imum.* At statim sequitur: *possit*, et *ad summum*; ubi pariter corrigendum erat *possitur ad summum*. Nam non credibile est, Catonem in eodem loco diversam posuisse formam.

Ad summum) Duabus partibus oppositis, ut appareret, an aequata ad libellam superficies esset, situsque horizonti parallelus. Haec foramina itaque notabant exacte modum cullei. Haec Gesner. Scilicet vinum effluet, quum erit culleum, et altercatio tolletur, quae saepe oritur, dum alter ad signum convenire vinum affirmat, alter negat. Hactenus Gesnero assentitur Pontedera. Scilicet labrum culleare in suggestu inter dolia ponitur, ubi non est periculum, ne vinum effluens pereat. Palladio enim auctore I, 18, cellae vinariae basilica, seu porticus vel ambitus calcatorium loco altiore habebat constructum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi erant, gradibus tribus fere aut quatuor adscenderetur. Ex his lacubus canales structi vel tubi fictiles circa extremos parietes (et ipsam adeo basilicam, ut puto) currebant, et subiectis lateri suo doliis per vicinos meatus manantia vina defundebant in lacus, ne periret. In suggestu vel calcatorio eiusque podiis cupae seu vasa maiora collocantur a Palladio, credo etiam a Catone. Podia ipsa testacea pavimento solidata, si quid vini effluit, in subiectos canales effundunt, bique ad lacus deferunt; aut vinum effluit in pavimentum declive atque hinc in lacum decurrit, ut apud Varronem I, 13, sect. 6.

Suggestu) Quem in cella vinaria memorat Palladius I, 18, calcatorium et basilicam vocans, item podia brevia, ad calcatorii similitudinem testaceo pavimento solidata. Similem suggestum in alveari, ubi alvi collocantur apud Columellam IX, 7, Palladius I. 38, podia vocat.

De eo vinum) Gesner ita interpre-

vinum salire possit. id impleto.[l] postea obturato.[m]

CLV. (CLVI.) Per hiemem aquam de agro depelli[a] oportet. In monte fossas inciles[b] puras[c] habere oportet. Prima autumnitate[d] quum pluvius[e] est, tum maxime ab aqua periculum est. Quum pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis[f] exire oportet,[g] incilia aperire, aquam deducere[h] in vias, et segetem curare

de quo Vict. (l) *usque dum signum tangat.* ins. A. I. I. G. (m) *obthurato* I. I. Ba. A. *Id in suggestu inter dolia positum servato* add. A. I. I- G.

Cap. CLV. (a) *depellere* a. V. praeter Iuntt. (b) *pellere* ins. P. (c) *plures* I. I- G. A. *duras* Br. *paras* Cod. Gronovii. (d) *auctumnitatem* Iens. *autumnitatem* P. (e) *pluvius* I. B. R. Br. Brb. *pluvia* Ba- G. A. Vulgo *pulvis*. (f) Ita Edd. ante Victor. qui dedit *ferreis sarculisque*. (g) *et* add. A. I. I- G. (h) Ita pro

tatur. In suggestu ponitur labrum, uti in culleum subiectum emtoris de eo labro fistulae ope vinum salire possit. Id culleum seu vas culeare impleto, postea obturato labrum instar infudibili pertusum ope eiusdem fistulae, ut denuo vinum infundi possit. At ita non docetur, quomodo culleare labrum ad usque foramina summa sit implendum de dolio; quod tamen fuit Catonis consilium. Igitur ponitur labrum culleare inter dolia, ita quidem, ut de dolio salire possit vinum in culleum (non emtoris, uti Gesnero placet; nam antea docendum erat, quomodo mensura cullearis sit implenda), sed labrum *culleare; impleto* obturatur non fistula, sed foramina summa labri, qua pertusum est; denique cum ansis quatuor transfertur et per fistulam apertam in dolia emtoria vinum transfunditur. Igitur cum Pontedera *de dolio* scribendum erat; quod feci. Labrum nisi plenum transferendum esset, non opus habebat quatuor ansis. Ceterum de dolio vinum per syphonem evocari in labrum, statuit Pontedera, ne faex cum vino commota transeat, si dolium inclinatur. At non satis intelligo, quod ponit vir egregius. Alterum incommodum declinat, imo labro perforato, quo vinum de dolio ascendere in labrum vult: At ita labrum ipsi dolio imponendum fuisset. Equidem putabam, labrum imum pertundi, ut per fistulam inditam deinde vinum in dolium emtoris effluere possit. Inverti vero vasa et dolia solita, quum vinum esset effundendum, testatur *versus cadus* Horatii Odar. III, 29, et apud Plautum Mil. III, 2, 36, *capite sistebas cadum*. Ibidem est *cadi casare*, i. e. inclinari, cadentibus similes.

Cap. CLV. *Inciles puras*) Praeferebat Dickson *plures;* sed commode etiam *puras* tueri possumus. Rectius idem contra Gesnerum docet vulgatam, a Victorio inductam lectionem *quum pulvis est*, ineptam esse rei, et alteram *quum pluvia est* sc. autumnitas, praeferendam esse. Obtemperavi igitur viro docto et sententiae. Fossae *inciles* dicuntur ab incidendo. Cum Dicksono sentit etiam Rottboell pag. 67.

2 oportet, uti fluat. In villa quum pluet, circumire[i] oportet, sicubi perpluat, et[k] signare carbone, quum desierit pluere, uti tegula mutetur. Per segetem in frumentis, aut in segete, aut in fossis, sicubi aqua constat,[l] aut aliquid aquae obstat, id emittere, patefieri removerique oportet.

CLVI. (CLVII.) (De brassica quod concoquit.) Brassica est, quae omnibus oleribus antistat.[a] eam esto vel coctam, vel crudam. crudam si edes,[b] in acetum intinguito.[c] mirifice concoquit. alvum bonam facit, lotiumque ad omnes res salubre est. Si voles in convivio multum bibere, coenareque libenter, ante coenam esto crudam quantum voles ex aceto. et item, ubi

diduecre scripsi ex I. B. R. Br. (i) *circuire* a. V. (k) *ubi pluerit, tegulam* inser. I. I-G. A. (l) *consistat* a. V.

Cap. CLVI. (a) *antestat* Herv. (b) *edas* a. V. (c) *inungito* I. B. R. A. *intin-*

Vti fluat) Scilicet aqua. Sed rectius haec duo verba ponentur post *deducere in vias.* Deinceps perget Cato: *et segetem curare oportet; in segete aut in fossis sicubi aqua constat — removerique oportet;* quae scilicet verba ad finem alienum in locum reiecta hodie leguntur. Laetus nunc demum video mecum sentire Rottboellium p. 68.

Sicubi perpluat et) Ordo erit melior verborum hic: *et sicubi perpluat, signare carbone.* Apud Plautum est Mostell. I, 2, 30, *perpluunt ligna;* quem locum annotavit Schoettgen. Festus: *pateram perplovere quum dicerent, significabant pertusam esse.* In Querulo Anonymi, quae sub Plauti nomine falso edita exstat, p. 32 ed. Commelin. est: *tecta si percolent*, eadem sententia.

Per segetem in frumentis) Gesnerus *per segetem* interpretatur tempus pluviam, et frumenta condita intelligi censet. Vtrumque ineptissime. Aperte verba haec vitiosa, aut ab aliena manu intrusa sunt. Rottboell p. 68, coniicit *tegetem*, aut vulgatam interpretandam esse censet ita: *ne per* agrum in aream proximam, ubi tritura exeuteretur seges, defluerent aquae. Neutram viri docti opinionem laudare possum.

Cap. CLVI. *(De brassica quod concoquit.)*) Haec verba recte cum Pontedera damnat Gesner. Pontedera huic et sequenti capiti praeponi malebat ex Edd. vetustis quibusdam verba: *Medicamenta brassicae.* In Curis secundis malebat haec praeponi: *Brassica quot medicamenta in se habeat.*

Multum bibere) Hinc Aegyptii et Sybaritae initio convivii brassicam coctam comedebant, et in compositiones amethystos semen brassicae addebant Graeci. Vide Athenaeum I, p. 31.

coenaveris, comesto aliqua[d] V folia, reddent te quasi
nihil ederis,[e] (biberisque,[f]) bibesque quantum voles.
Alvum si voles deiicere superiorem, sumito[g] brassicae 2
quae levissima erit, P.[h] III. inde facito manipulos
aequales tres, colligatoque. postea ollam statuito cum
aqua. ubi occipiet fervere[i] paulisper demittito[k] unum
manipulum, fervere desistet. Postea ubi[l] occipiet
fervere, paullisper demittito[m] usque[n] admodum

gito A. I. I-G. *inunguito* Brusch. (d) *aliqua. Vbi folia* I. B. R. Br. *alia quinque* I. I-G. A. (e) *ederes* P. (f) *biberisque* abest P. (g) *cymam* inser. I. I. Ba. A. Gr. G. *symam* Herv. (h) *pe.* Iuntt. (i) *fervere, paulisper d.* omnes omnino.
(k) Ita pro *dimittito* I. B. R. Br. (l) *ubi* abest I. B. R. Br. *ubi iterum* I. I-G. A. Po. 2. (m) Ita pro *dimittito* I. B. R. Br. (n) *usque* deest Pol. (o) *quinquies*

Aliqua V) Ita hic et apud Varronem I, 2, 28, scriptum in libris reperit Victorius, non *aliqua*. Vrsinus locum Catonis apud Nonium affert hunc: *faciendum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas, eamque uti occupent, imperes.* Ex Apuleii Miles. 2, *introductis quibusdam septem testibus* addidit Meursius. Tamen Cel. Rottboell pag. 69, mavult legere *aliqua brassicae folia.*

Biberisque) Monente Pontedera etiam inclusi, quia abest a libro Pol.

Superiorem) Vide mihi insignem temeritatem ex ignorantia profectam Editorum, qui *superiorem sumito cymam brassicae* dederunt, quam lectionem etiam genuinam spondere ausus est Meursius. Recte Gesner monuit, alvum superiorem esse ventriculum, quem vomitu levari vult Cato. Inferior alvus seu simpliciter alvus, graece ἡ κάτω κοιλία, dicitur colon intestinum. Aristot. H. A. I, 16, quem locum reddens Plinius 11, sect. 29, τὴν κάτω κοιλίαν alvum et colon interpretatur. Iterum Aristot. de Part. 3, 14. Confirmat Rufus de Partium corporis humani appellationibus p. 38 ed. Lond. qui colon, ventriculum inferiorem graece, Homero νειαίρην κοιλίαν dici monet. Alvum pro ventriculo dixit etiam Cicero Nat. Deor. II, 54, et Aelianus H. A. V, 46, τὴν γαστέρα ἑκατέραν κενῶσαι: hoc sensu dixit Cicero N. D. II, 50, *vomitione canes purgatu autem alvos ibes Aegyptiae curant*, ubi forte *alvum* scribendum est.

Inde facito manipulos, etc.) Corrigit Pontedera: *Inde facito manipulos aequalis III. Circumleigato: Postidea olam statuito cum aqua. Vbe opceperit fervere, paulisper demittito unum manipulum. Fervere desistet. Postidea ubi opcapiet fervere, paulisper demittito admodum dum V numeres.* Primum coniungit *paulisper* cum verbo *demittere*; quum iterum aquae fervore ad summum reiicitur brassica, iterum paulisper deprimenda; idem tertia, quarta et quinta vice faciendum, *dum V numeres*. Pontedera *vices* intelligit. Reliqua ex vetusta scribendi ratione revocavit.

dum quinquies [o] quinque numeres. tum [p] eximito. 3 Item [q] facito alterum manipulum, item [r] tertium, postea coniicito [s] et [t] contundito. item eximito, in linteum exugeto [v] sucum, quasi heminam, in pocillum fictile. eo indito salis micam quasi ervum, et cumini [x] fricti tantum quod oleat. postea ponito po-
4 cillum in sereno noctu. Qui poturus erit, lavet calida, [y] bibat aquam mulsam, cubet incoenatus. Postea mane bibat sucum, deambuletque horas IIII. agat, [z] negotii si quid habebit. [a] Vbi libido veniet nauseae, [b] eumque [c] apprehendet, [d] decumbat, purgetque sese. tantum bilis, pituitaeque eiiciet, [e] uti ipse miretur, unde tantum siet. Postea ubi deorsum [f] versus ibit,

abest P. I. B. R. Br. (p) *tam* om. P. et Cod. Gronov. (q) *et ita* praeced., I. I-G. A. (r) *et item* I. I. Ba. A. Gr. G. *et iterum* Herv. (s) *eximito et contundito et per linteum etc.* I. I. G. A. (t) *et* abest I. B. R. Br. (v) *exuggito* I. B. R. Br. *exugito* Po. 2. (x) *cymini triti quantum oleat* a. V. (y) *caluda* P. (z) *et agat* I. I- G. A. *succum* Br. (a) *habet* a. V. (b) *nausieae* P. (c) *et* I. B. R. Br. *eumque* om. P. (d) *apprehendat* Pol. 2. (e) *eiciet* P. (f) *deoritum* Pol.

Eximito) Voces aliquot manifesto sunt perverso ordine collocatae. Malim *postea eximito, coniicito (in scutram) et contundito, per linteum exurgeto succum.* Atque ita fere Edd. I. I-G. *exurgeto* probabat cum Turnebo Advers. X, 19, etiam Gesner. Ceterum huc pertinet locus Plinii 20, sect. 34, *biles detrahere non percoctam putant, item alvum solvere, eandemque bis coctam sistere.* Ita pariter Dioscorides II, 145, et Galenus de Alim. Facult. II, plane eundem modum alvi ducendae utriusque docet, nisi quod cum oleo aut garum aut salem succo addit. Vocatis graece bis coctam brassicam δίεφθον.

Fricti) Hoc ex libris suis pro *triti* reposuit Victorius.

Nauseae) Puto fuisse *nauteae* vel *nautiae*, i. e. vomitus. Deinceps malim *et apprehendet* cum Edd. primis. Liber etiam Polit. omisit *eumque.* Pontedera ex Cod. Polit. Veneto, S. Repar. *nausiae* praefert, et verba *eumque apprehendet* ut ex glossa orta damnat. Postea vulgatum *consistet* mutat in *constatuet*, quoniam Edd. pr. Codd. Polit. S. Repar. et Gron. *constituet* habent. Farina dicitur alvum citam et solutam constituere; quod renuens Aldus Ciceronis locum Epist. 26, libri VII, imitatus est, ubi ait: *tanta me διάρροια arripuit, ut hodie primum videar posse consistere.*

Deorsum versus) Ex lectione Edd. primarum *deoritum*, et Polit. 1, *deoritum* Pontedera efficiebat *dehoritum*, dehaustum interpretatus. Ita supra c. 66, 2, *dehorito* est pro dehaurito. Sed debebat Pontedera simul omnem loci sententiam explicare. Nunc vero

heminam, aut paulo plus bibat. Si amplius ibit,[g] su-
mito farinae minutae conchas duas, infriet in aquam,
paulum bibat, consistet.[h] Verum quibus tormina mo- 5
lesta erunt, brassicam in[i] aquam macerare oportet.
ubi macerata erit, coniicito in aquam calidam, co-
quito usque[k] donec ea[l] commadebit bene. aquam de-
fundito. postea salem addito,[m] et cumini[n] paululum,
et pollinem polentae.[o] eodem addito et oleum, postea 6
fervefacito. infundito in catinum, uti frigescat. eo[p]
interito quod volet cibi; postea edit.[q] sed si poterit

f. *dormitum* aut *deorsum* Pol. 2. *decoritum* I. B. R. Br. (g) *bibit* Pol. 2. (h) *constituet* B. R. Br. et Cod. Gronov. (i) Verba: *in aquam macerare oportet ubi macerata erit, coniicito* bis adsunt Iuntt. (k) *usque dum* a. V. (l) *ea* abest P. (m) *addito* abest I. I- G. A. (n) *cymini* Herv. (o) *polentae, et oleum eodem addito, deinde iterum fervefacito* I. I- G. A. (p) *cyminum* inser. I. I- G.

cum Gesnero statuo, de alvo inferiore loqui Catonem; sed non apparet, qualem potionem superbibere iubeat. Alvo enim iam citata heminam brassicae decoctae succum praebere vix videtur voluisse. Quid si igitur *ire voles* legas? Postea incertum est, quali farina alvum citatam sistere iubeat.

Vsque donec) Ita ex vestigiis lectionis Codd. *doc ec* emendavit Victor. vulgatum *usque duqe*. In Pol. abest vox *ea*, quam deleri et legi *usque donicum* vult Pontedera. Madere est percoqui, molliri coctione, ut ad Columellam videbimus. Cap. sequenti sect. 9, ubi idem remedium repetitur, est *ubi cocta erit bene*.

Postea fervefacito) I. I. G. habent *deinde iterum fervefacito*. Locum apponam Plinii, qui haec excerpsit: *tormina si decocta iterum decoquatur, addito oleo sale cumino polenta. Si ita sumatur, sine pane, magis profuturam; inter reliqua bilem detrahi per vinum nigrum pota*; quem locum male hinc excerptum esse, monuit etiam Dalecamp. Codex Chifl. habet *detrahit*. Aut igitur Plinius erravit, aut Catonis locus est mancus, quod mihi tamen non videtur. Ceterum verba *quod volet cibi*, Plinius de pane interpretatur. Scilicet infra legitur in eodem remedio sic: *dato edit, si poterit, sine pane; si non dato, panem parum ibidem madefaciat.* Equidem verba *eo interito* pertinere suspicor ad verba *pollinem farinae*.

Eo interito quod volet cibi; postea edit) Ita recte Pontedera locum constituit; *postea edit* scilicet brassicam cum cibo intrito; deinceps *dato vini acri (duri) aquatum* corrigit, incluso *duri* veluti glossa. In loco altero Cod. Polit. Venet. S. Repar. *dato vinum acrum* habeut; *aquatum* vinum, quod infra *dilutum* dicitur, approbavit etiam auctoritate Cod. S. Reparatae. — Schneid. edidit, *eo interito, quod volet, cibi postea edit.* T.

solam brassicam esse, edit.[q] Et si sine febre erit, dato vini atri duri. aquatum[r] bibat quam minimum. Si febris[s] erit, aquam. Id facito[t] quotidie mane. Nolito multum dare, ne pertaedescat,[v] uti possit porro libenter esse. Ad eundem modum viro et mulieri, et puero dato. Nunc de illis[x] quibus aegre lotium it,
7 quibusque substillum est. Sumito brassicam, coniicito in aquam ferventem, coquito paulisper, uti subcruda siet. postea aquam defundito[y] non omnem. eo addito oleum bene,[z] et salem, et cumini[a] paululum infervefacito paulisper, postea inde[b] iusculum frigidum sorbere, et ipsam brassicam esse oportet.[c] uti quam primum excoquat,[d] quotidie id facito.

CLVII. (CLVIII.) Principium[a] te cognoscere opor-

A. (q) *edat* a. V. (r) Vulgo erat *duri. Aquae tum.* Sed Pol. *Aqua.* Cod. Gronovii *puri aqua tum.* (s) *febres* Pol. (t) *continuo* interser. a. V. (v) *pertedescat* I. B. R. (x) *his* I. B. R Br. *iis* I. I-G. A. (y) *deffundito* P. *diffundito* I. B. R. (z) *bene* abest a. V. (a) *cymini* a. V. (b) *inde* omitt. I. B. R. Br. (c) *oportet* abest I. B. R. Br (d) *excoquatur* I. B. R. Br.

Cap. CLVII. (a) *De Brassica Pythagorea, quid in ea boni sit, salubritatisque*

Edit) Pro *edat* ex Codd. bis hic scripsit Victorius.

Atri) Infra est: *et si febrim non habebit, dato vinum atrum bibat*; ubi Pol. liber *acrum* habet, quod ipsum h. l. *durum* dicitur. Ita suavi vino durum opponit Palladius Octobr. XIV, 5. Sequens vocabulum *aquae* aperte vitiatum est. Pol. Codex *Aqua* habet; Codex I. Fr. Gronovii *puri aqua tum*; unde corrigo: *duri aquatum bibat quam minimum*, i. e. *permixtum*. Quam ipsam lectionem et distinctionem in textu ponere non dubitavi. Vulgata enim *duri. Aquae tum bibat* ferri non potest.

Si febris erit) *Febres* ex Cod. Polit et Repar. praefert Pontedera; postea *Nunc de oleis, quibus — est, sumito brassicam* corrigit, interpretatus *de oleis* propter illos.

Substillum) Stranguriam recte interpretatur Meursius ex Glossis vetustis adferens στραγγουρία, *culbitio*, *substillatio*, et στραγγουρῶ *culbo*, *substillo*. Porro locum Festi: *substillum tempus ante pluviam iam paene uvidum et post pluviam non persiccum, quod iam stillaret, aut nondum desisset*; ubi Scaliger posuit locum Tertulliani: *aut imbres ruunt, et si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum et denuo sudum.* De culbitione nihil annotatum legi. An est a *colare?*

Inde oportet) Haec inserta damnat Pontedera, et vetus *excoquatur* restitui vult.

Primum excoquat) Edd. primae *excoquatur*.

Cap. CLVII. *Principium*) Brevio-

tet, quae[b] genera brassicae[c] sint, et cuiusmodi naturam habeant. Omnia[d] ad salutem temperat, commutatque[e] sese semper cum calore,[f] (et rigore) arido, simul[g] humido,[h] et dulci, et amaro, et acri.[i] Sed quae vocatur*[k] septem[l] bona in[m] commixturam, na-

principium I. I-G. A. *De brassica ---- sit salubrisque. Principium* Po. 2. *Quid in brasica Pythagorea boni sit, salubritatisque: principio* W. *Principio* etiam I. B. R. Br. (b) *quot a.* V. *quot et quae* W. (c) *brasicae* W. sic per totum hoc caput. (d) Ita pro *omnia. Ad s.* I. B. R. Br. W. *omnia* deest I. I-G. A. (e) *commoenatque* Pol. *commeatque* I. B. R. Br. *commiscetque* W. *comesta* I. I-G. A. *commoetatque.* M. Po. 2. (f) *et rigore* inser. I. I-G. A. (g) *et* ins. W. I. I-G. A. (h) *humidu* P. (i) *aeris* P. *aero* W. *et levi* insuper add. W. (k) σελινοειδὴς inser. A. Iunt. G. relictum erat spatium P. I. B. R. Br. spatii nihil relictum W. Po. 2. Trill. Obs. p. 466. coniicit: *quae vagantur septem bona incommixta.* (l) *semper bona* W. *haec septem habet bona* I. I-G. A. *septembona* iunct. M. Po. 2. (m) *incommixturam* iunct. P. in *commixta* W. *incommixta* iunct. P. Br. *in*

rem et aptiorem titulum habent Edd. antiquae; *Quot brassicae genera et quae natura. Principio te* etc. quam unice probabat Pontedera. De vulgari hoc lemmate consentit etiam Gesner, spurium videri; alienum enim fuisse Catonem (hoc quidem in libro) ab omni graecae eruditionis ostentatione. In Curis secundis Pontedera initium hoc vulgare capitis usque ad verba *nunc uti cognoscas* spurium censet. Catonem enim, ut iustum erat, primum de generibus brassicae, postea de viribus tradere. Atque omnino quae de generibus brassicae traduntur, debebant antecedere caput 156.

Omnia ad salutem) Hanc distinctionem verborum ex Edd. primis revocavi. Reliquae *omnia. Ad salutem.*

Commutatque) In libris suis Victorius reperit *commoetatque*, unde efficit *commutatque.* Edd. I. I-G. *temperat comesta sese semper cum calore et rigore arido*; quam lectionem probabat Meursius, omisso tamen *sese.*

Et rigore) Haec inserui ex Edd. I. I-G. monente etiam Gesnero. Atque haec videntur esse septem bona, deinceps commemorata.

Septem bona) Victorius testatur, se vocabula graeca nulla in suis libris reperisse, igitur ea quae libri tum editi habebant, sustulisse; nec Plinium graeca addidisse, ubi Catonis verba laudavit. Ceterum nihil praeterea ad h. l. annotavit Victorius. Sed Vrsinus ex duobus Codd. annotavit hanc lectionem: *quae vocatur septem brina in commixtura; nam omnia haec h. br. Nunc uti c.* etc. Gesner vulgatam sic mutabat: *sic quae vocantur septem bona in commixturam, natura* etc. sic interpretatus: Quum septem sint facultates medicamentorum simplicium, quae singulae fere singulis insunt, commiscendis proinde, si res ita ferat, eas universas simul praestat brassica. Scilicet septem bona, seu facultates esse censet, calorem, rigorem, aridum, humidum, dulce, amarum et acre. Satis ingeniose; nisi haec omnia essent spuria, ut recte censuit Pontedera. Triller

tura[n] omnia haec habet brassica. Nunc uti cognoscas naturam[o] earum, prima est,[p] levis quae nominatur.[q] ea[r] est grandis,[s] latis foliis, caule magno: validam[t]
2 habet naturam, et vim magnam habet. Altera est crispa, apiacon[v] vocatur. haec est aspera et natura[x] bona ad curationem. validior[y] est, quam quae supra scripta est.[z] Item est tertia, quae lenis[a] vocatur, minutis caulibus, tenera,[b] et acerrima[c] omnium est

comestura I. I-G. A. (n) *natura omnia haec habet brassica* desunt I. I-G. A. *natura habet haec omnia. Brasicae nunc* W. (o) *genera* I. I-G. A. (p) *est levis, quae* a. V. (q) λεία add. a. V. praeter Pol. et Ienss. Br. quae spatium reliquerunt. (r) *ea est* deest I. I-G. A. (s) *graudibus et* I. I-G. A. (t) *haec* ins. I. I-G. A. (v) *apia* I. B. R. Br. *apia convocatur* Pol. *quae a similitudine apii σελινοειδὴς vocatur* I. I-G. A. eadem ferme verba in marg. I. B. R. nisi σελινις pro σελινοειδής. (x) *et aspectu et natura* I. I-G. A. *aspera et natura bona etc.* I. B. R. Br. Vulgo erat *haec est natura et aspectu bona.* (y) *validiorque* a. V. (z) *est* omitt. I. B. R. Br. (a) κράμβη I. I-G. A. scripta erat eadem vox ad marginem I. B. R. (b) *tenuioribus foliis, et etc.* I. I G. A. (c) hic punct. ins. I. B.

Obs. Crit. IV, 27, corrigebat: *Sed quae vagantur s. b. in commixta, natura haec omnia habet brassica.*

Apiacon) Lectionem hanc suspectam habuit Victorius, et *apiana* maluit. Sed ponamus locum Plinii 20, sect. 33: *Cato non parcius celebrarit; cuius sententiam vel eo diligentius persequi par est, ut noscatur, qua medicina usus sit annis DC romanus populus. In tres species divisere eam Graeci antiquissimi. Crispam, quam selinoidea vocaverunt, a similitudine apii foliorum, — alteram leam latis foliis e caule exeuntibus, unde caulodem vocavere, nullius in medicina momenti. Tertia est proprie appellata crambe tenuioribus foliis et simplicibus densissimisque, amarior sed efficacissima. Cato crispam maxime probat, dein laevem grandibus foliis caule magno.* Idem 19, sect. 41 ex Catone: *Genera eius facit tria, unum extentis foliis, caule magno, alteram crispo folio, quam apianam vocat, tertiam minutis caulibus, lenem teneram, minimeque probat;* ubi Codex Chiffl. Thuan. Colb. et Liber Victorii habent *apiacam.* In priore loco Vincentius cum vetustis Plinii editionibus *seliuada* habet; ex Plinio apparet, laevi, quam primo loco ponit Cato, opponi crispam, priori praelatam a Catone. Quare lectionem primarum Edd. restitui, quum vulgo esset *haec est natura et aspectu bona.* Quasi aspectus bonitas latine diceretur, aut ad rem faceret.

Lenis vocatur) Haec proprie appellatur crambe, auctore Plinio, qui *lenem* vel *laevem* ipse etiam h. l. legisse videtur. Sed videtur tamen addendum simul proprium vocabulum aliquod. Graecum non adhibuisse Cato videtur. *Erraticam* vocat infra s. 12. Hoc igitur vocabulum aut *silvestris* h. l. excidit. Κράμβην ἀγρίαν cum foeno ingestam perniciosam equis tradunt Hippiatrica p. 226. Canes brassica sil-

istarum, tenui succo vehementissima. Et primum scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior.[d] Ad[e] omnia vulnera, tumores eam contritam 3

R. Br. I. I-G. (d) *medicamento* I. B. R. Br. et Cod. Gronov. *medicamentum* M. Po. 2. (e) *Ad omnes tumores ad omnia vulnera cam* a. V. (f) *putridis can-*

vestri ex carne data necari, ex Epicharmo tradit Plinius 20, s. 36. Hanc eandem Plinius ibidem sic pingit: *hanc alii petraeam vocant* — *folia habet una parva rotunda, laevia, plantis oleris* (i. e. hortensis brassicae) *similior, candidior sativa et hirsutior*; ubi veterem lectionem *folia bina* tuetur etiam Vincentius.

Medicamentosior) Primae Edd. cum libris Victorii *medicamento*, quam lectionem praeferebat etiam Fruterius Verisim. 2, 21, in Gruteri Lamp. T. 2, p. 871, monente Gesnero et Pontedera. Hic quidem interpretatur: *brassica lenis*, quamquam vehemens et acris, si cum apianae seu crispae viribus comparetur, nullam esse, nempe invalidam, nulliusque momenti. Plane contra mentem Catonis et Plinii, qui s. 36: *silvestris sive erraticae immenso plus effectus laudat Cato.*

Tumores) Plinius s. 33: *prodesse tradit* (Cato) *capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationique, lieni, stomacho, praecordiis, crudam ex aceto et melle, coriandro, ruta, menta, laseris, radicula, sumtam acetabulis duobus matutino, tantam esse vim, ut qui terat haec, validiorem fieri se sentiat. Ergo vel cum his tritam sorbendam, vel ex hoc intinctu sumendam. Podagrae autem morbisque articulariis illini cum rutae coriandri et salis mica, hordei farina. Aqua quoque eius decoctae nervos articulosque mire iuvari, si foveantur vulnera et recentia et vetera, etiam carcinomata, quae nullis aliis medicamentis sanare possint. Foveri prius aqua calida iubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam fistulas et luxata et humores evocari, quaeque discuti opus sit;* ubi veterem lectionem *fistulas eluxatas* Harduinus e Codd. correxit legendo *fistulas et luxata.* Plinius Valerianus 4, 29 apud Vincentium *luxaturas* habet; deinde Harduinus pessime *tumores* in *humores* mutavit ex libris scriptis; nam *tumores* defendunt satis verba Catonis: *tumida concoquit, eadem erumpit*; praeterea Plinius Val. *tumores* etiam laudat ex seniore Plinio. Editio princeps Plinii deinceps recte habet: *quosque discuti opus sit*; recte monente Pintiano; et Plinius Valerianus *tumores evocare et spargere* dixit. Ab initio loci Pintiani veteres Editiones cum Pl. Valeriano et Vincentio *liene* omisso habent: *scintillationibusque vel stomacho.* Geoponica XII, 47: *κράμβην ἑψήσας καὶ λειώσας καὶ ἀναμίξας ταύτην τῷ ὕδατι ἐν ᾧ ἑψήθει καὶ ψύξας χρίσῃ τραύματα νέα καὶ χρόνια καὶ οἰδήματα πραΰνει·* Locum Plinii sic reddidit Macer I, c. 4: *vulnera non tantum curare recentia caulem ipsemet affirmat, sed quamvis inveterata, et cancros etiam: loca sed prius amne lavari praecipit aut vino tepido, sic denique crudum unaquaque die bis tritum apponere caulem. Hordea quam dederint cauli miscere farinam idem praecepit, rutam quoque cum coriandro et sale permodico, sic omnia mixta terendo apponi dirae docuit cataplasma podagrae. Hoc etiam morbo medicabitur articulorum, hoc quoque*

imponito. Haec omnia ulcera purgabit, sanaque faciet sine dolore. Eadem tumida concoquit, eadem erumpit. eadem vulnera putida,[f] canceresque purgabit, sanosque faciet, quod medicamentum aliud[g] facere non potest. Verum prius quam id imponas, aqua calida multa lavato. Postea bis in die contritam imponito. Ea omnem putorem adimet.[h] cancer ater,[i] is olet, et saniem spurcam mittit. albus[k] purulentus est. sed[l] fi-
4 stulosus[m] subtus suppurat sub carne. In ea vulnera huiuscemodi teras[n] brassicam, sanum[o] faciet.[p] optima est ad huiuscemodi[q] vulnus.[r] Et luxatum si quod est, bis die aqua[s] calida[t] foveto, brassicam tritam opponito,[v] cito sanum faciet. Si[x] bis die apponitur, dolores auferet.[y] et si quid contusum est, erumpet. si[z] brassicam tritam apposueris,[a] et sanum faciet: et si quid in mammis ulceris natum, et carcinoma, bras-
5 sicam tritam opponito,[b] sanum faciet. Et si ulcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto, ita opponito.[c] Huiuscemodi[d] ulcera

crosque a. V. (g) *aliud* abest P. et Cod. Gronov. (h) *si* ins. I. I- G. A. (i) *est* ins. I. I- G. A. (k) *si albus*, I. I- G. A. (l) *sed si* I. I- G. A. (m) *et* ins. I. B. R. Br. (n) *tere* a. V. *tactras brassica* Pol. 4. *tetras etc.* Pol. 2. (o) *sanam* Iuntt. (p) *nam* ins. I. I- G. A. (q) *huiusmodi* a. V. (r) *vulnera* I. I- G. A. (s) *aqua* abest a. V. etiam M. Po. 2. (t) *calda* M. Po. 2. et Cod. Vrsini. (v) *apponito* I. I- G. A. (x) *Bis die id opponito* I. B. R. Br. (y) *aufert* I. B. B. Br (z) *si* abest I. B. R. Br. (a) *opponito: sanum* I. B. R. Br. *apposueris*, *et* M. Po. 2. (b) *apponite* Iuntt. *apponito* Ba. G. A. (c) *apponito* I. I- G. A. (d) *Huius-*

syringas ait et luxata iuvare, atque superpositum varios sedare tumores.

Putida) Ex libris suis Victorius vulgatum *putrida cancrosque* correxit. *Canceres* etiam Lucretius et antiquarius simia Arnobius praeter scriptores a Prisciano laudatos, usurparunt, monente Victorio et Meursio.

Teras brassicam) Victorius in libris suis scriptum reperit *taetras brassicae*. Voluit dicere, in ea vulnera tritae brassicae pulverem inde. *Tetras brassica* Polit. 2. Venet. et S. Repar. Codex; quod ex *petras* pro *penetras* id est *penetrans* scripto ortum suspicatur Pontedera.

Si bis die) Lectionem Edd. primarum *bis die id opponito*, praefert Pontedera; deinde recte emendat *conclusum*.

omnia haec sana[d] faciet: quod aliud medicamentum facere non potest[e], neque purgare. Et puero, et puellae si ulcus erit huiuscemodi, farinam hordeaceam addito. Et si voles eam[f] consectam, lautam, (siccam,) sale, aceto sparsam esse,[g] salubrius nihil erit.[h] Quo libentius edas, aceto mulso spargito, men- 6
tam[i] siccam, et rutam, coriandrum sectam, sale sparsam paulo. libentius edes. Id bene faciet, et mali nihil sinet in corpore consistere, et alvum bonam faciet. Si quid antea mali intus erit, omnia sana faciet. De[a] capite, et de oculis omnia deducet, et sanum 7
faciet. Hanc mane esse oportet ieiunum. Et si bilis atra est, et si lienes turgent, et si cor dolet, et si

modi a. V. (e) *sanum facet* P. *sana facet* Br. Deinceps *nec purgare* Ald. (f) *esse*, ins. I. I-G. A. (g) *esto* I. I-G. A. (h) *est* P. (i) *lautam* P. et Cod. Gro-

Etsi voles eam) Huius loci sententiam, ni fallor, Plinius ita reddidit s. 33: *prodesse tradit capitis doloribus oculorum caligini scintillationique, lieni, stomacho, praecordiis crudam ex aceto et melle coriandro ruta menta laseris radicula sumtum acetabulis duobus matutino, tantamque esse vim, ut, qui ferat haec, validiorem se sentiat fieri. Ergo vel cum his tritam sorbendam vel ex hoc intinctu sumendam*. Apertum hinc est, vocem *siccam* post *lautam* esse vitiosam et spuriam. Crudam enim brassicam comedere iubet, sale et aceto sparsam, aut quo gustus eius fiat gratior, addita mentha ruta et coriandro consectis item, lotis, aceto, sed mulso, et sale conspersis Igitur *siccam* inclusi. Pontedera vitium quidem vidit, sed medelam ineptam attulit, legendo *consectam*, *lautam*, *sictam* i. e. sectam.

mentam siccam) In Polit. pro *mentam* est *lautam*, sed suspicor vocem *lautam*, eiecto vocabulo *siccam*, (quod Pontedera in *sictam*, i. e. sectam mutari volebat,) collocandam esse post *sectam* (ex quo *siccam* ortum puto) hoc ordine verborum: *mentam, rutam et coriandrum sectam, lautam sale sparsam paulo libentius edes*. Certe post *paulo* erat interpungendum, quod feci. Praeterea verbum *adde*, aut *insipa*, i. e. iniice; aut *intere* est addendum; *intere* ideo conieci, quoniam Plinius brassicam cum his herbis tritam habet ex Catone. Quod de magna huius mistelae vi ad terentem pervenienle, de laseris radicula, et mensura acetabulorum duorum addit Plinius, nihil horum hodie in Catone reperitur; nisi quod sect. 7. Cato silphium inradi iubet. De omisso verbo *addito* monuit etiam Gesner.

De capite) Hinc in Plinio *capitis doloribus, oculorum caligini destillationique* corrigit Pontedera; idem *matutino* ex Plinio Valeriano et Catone mutat in *mane ieiuno*.

Lienes) Plurali numero dixit etiam

iecur,[l] aut pulmones, aut praecordia, uno verbo omnia sana faciet,[m] intro[n] quae dolitabunt. Eodem silphium[o] inradito, bonum est. nam[p] venae omnes, ubi sufflatae sunt ex cibo, non possunt perspirare in toto corpore, inde[q] aliqui[r] morbus nascitur. ubi ex multo cibo alvus non it, pro portione[s] brassica si uteris, (id[t] ut te moneo) nihil istorum usu veniet morbis.[v] Verum morbum articularium[x] nulla res tan-

nov. (k) *Et de* P. (l) *iecora* I. B. R. Br. *suecura* Cod. Caesen. (m) *facit. Et* I. B. R. Br. Ald. sed in corrig. *faciet* Aldina. (n) *quae intro* I. I-G. A. (o) *silfium* I. B. R. Br. (p) *Cum* I. I-G. A. (q) *unde aliquis* I. B. R. Br. (r) *morbi nascuntur* I. I-G. A. (s) *pro portione* divis. recte a. V. (t) *uti te* I. I-G. A. (v) *et morbus* I. B. R. Br. *ex morbis* I. I-G. A. (x) *articularem* I. I-G. A. (y)

Celsus II, 8, eidem vulgo nominandi casu *lienis* adscribitur, nescio quam recte.

Iecur) Edd. primarum *iecora* probat Pontedera.

Perspirare) Sanguinem (vel ex Erasistrateorum opinione spiritum) inclusum transmittere. Spiritum quomodo arteriis, sanguinem venis inesse dixerit ipse Erasistratus, egregie docuit Ph. Iac. Hartmann Exerc. anat. de Origin. Anatom. Regiom. 1683. p. 50.

Pro portione) Divisi quae male Victorius coniunxerat eumque secutus Gesner. Plura ad Varronem de hac re dicentur. Hanc perspirationem etiam in Hippocrate nominari puto. Festus: *aemidum, tumidum*; ubi Scaliger ex Glossis posuit: *aemidus πεφυσημένος*.

Vsu veniet morbis) Gesner editionum I. I-G. lectionem *ex morbis* probabat: sed equidem facile vulgatam feram. Multo graviora vitia vir doctus non tetigit.

Articularium) Male Aldina *articularem* invexit. Etiam in Plinio Codices vetustissimi *articularios* morbos, non *articulares*, ut vulgo editur, habent, testante I. Fr. Gronovio p. 781.

Articularium) Edd. I. I-G. *articularem*, et in Plinii loco: *podagrae autem articulariisque morbis illini cum rutae coriandri et salis mica, hordei farina; aqua quoque eius decoctae nervos articulosque mire iuvari.* Pintianus ex editione principe praeferebat *articularibus*. Ibi Vincentius Duac. legit: *oculorumque caligini et scintillationibus, et stomachi praecordiis.* Plinius Valerianus 4, 29, a Vincentio laudatus sine nomine auctoris, sic ait: *Ponam itaque primo in loco medicamentum revera Catonis appellatum, quod ille putavit ex brassica componendum dolori capitis et oculorum caligini et stomachi praecordiis profuturum. Crudam illam cum coriandro et menta et ruta et radiculis laseris ex aceto et melle iubet conteri et mane duorum acetabulorum mensura ieiunis propinari. Caeterum brassica modo curat non solum recentia, verum etiam vetera. Podagrae et articularibus cum ruta et coriandro et hordei farina et salis mica utiliter admoveri putant; fistulas iterum et laxaturas — discute-*

tum[y] purgat, quantum brassica cruda, si eam[z] edes cum ruta et coriandro concisam. Sic[a] et laserpitium 8
inrasum[b] cum brassica ex (aceto) oxymelle,[c] et sale sparsa. Hac si uteris, omnes articulos[d] poteris expe-

tam purgat, quam P. (z) *edes concisam: et rutam et coriandrum concisam sic* I. B. R. Br. *coriendrum* P. (a) *sic tam et sirpicium in rasum et brassica* P. (b) *in salsa ex brassica et aceto* I. B. R. Br. (c) *oxymeli* P. *oximelle* I. B. R. Br. vulgo *oxymelli*. (d) *articularios* I. B. R. Br. *articulares morbos* A. Iunt. G. Ceterum *Haec si uteris* est in Brusch. Reg. 1499 *he*, *c* Bonon. 1504. Ascensiana

re, tumores evocare et spargere. Somnia vigiliasque etc. Articularios et hominea et morbos ex Plauto et Plinio in exemplis posuerunt Pontedera ad h. l. et Gesneri Thes. L. L. Dioscorides 2, 46 succum crudae brassicae cum farina foeni graeci et aceto podagricis et arthriticis prodesse ait. Geoponica 12, 17. *ποδάγραν, ἀρθρίτην ἰᾶται τῷ ζέματι καταντλουμένη καὶ ἀναμιγεῖσα ἀλεύροις κριθίνοις καὶ κοριάνῳ καὶ πηγάνῳ καὶ ἁλσὶν ὀλίγοις καὶ ἐπιτιθεμένη*. Atque hinc satis manifestum esse puto vitium verborum Catonis, quod arguit etiam varietas primarum Editionum. Inepte etiam legitur *ex aceto oximelle*. Debebat esse *aceto mulso*. Interim *aceto* inclusi.

Si eam edes — et sale sparsa) *Si edes eam caesam et rutam et coriandrum cum menta fictam et sirpiciom inrasam, et brasica II. acet. oxumeli et sale sparsa*, corrigit Pontedera. Pro vulgato *sic et laserpitium* in Polit. et Repar. est *sic tam*, in Veneto *siccam*, quod pro *sectam* antique dictum interpretatur Pontedera; igitur proximum *concisum* abundare; eius in locum reponit *mentam*. Verba *ex aceto* etiam abundant, cum oximeli acetum habeat additum; eorum vocabulorum in locum Pontedera ex Plinio 20, c. 9 reponit *II acetabula*. Denique *sirpicium* Polit. Codicis unice probat genere foemineo, unde *laserpitium* dictum fuerit pro *lacte serpitii*.

Sic et laserpitium) Edd. primae cum Polit. *edes concisum et rutam et coriandrum concisam sictam et laserpitium in salsa* (*P. in rasu*) *ex brassica et aceto* (*et brassica* Pol.) Vides, fere idem remedium esse, quod s. 6 positum explicavi, nisi quod menta omittitur; adeoque diversum ab eo quod Plinius retulit. Locum igitur ita constituam; *edes concisam, et rutam et coriandrum concisam tantam, et laserpitium inrasum cum brassica ex aceto mulso et sale sparsa.*

Hac si uteris) Pont. ex loco Plinii, *tantamque esse vim, ut, qui terat haec, validiorem fieri se sentiat*; et scriptura Codicis S. Repar. *Haec si uteris* corrigit: *Haec si tu teris.* sententiam deinde verborum: *omnis articulos poteris experiri* i. e. expedire, esse eandem, quam Plinius reddiderit verbis: *validiorem fieri se sentiat.*

Articulos p. experiri) Edd. primae *articularios p expellere*; unde Pontedara probat *articularios*, reprobat *expellere*, vulgatum interpretatus, *liberare, expedire*. Sed locus Plauti frustra affertur a viro docto ad astruendam istam verbi notionem. Gesner articulos experiri explicat de vulgari more digitorum articulos trahendi dum crepitum edant; quod facere arthriticus non ausit. Inepte! Igitur antiquam lectionem probo.

riri.[e] Nullus sumptus est: et si sumptus esset, tamen valetudinis[f] causa experirer.[g] Hanc[h] oportet mane ieiunum esse.[i] Insomnis, vel si quis est seniosus, hac eadem curatione sanum facies. Verum assam brassicam, et unctam caldam,[k] salis paulum[l] dato homini ieiuno. quam plurimum[m] ederit, tam citissime[n] sanus
9 fiet ex eo morbo. Tormina quibus molesta erunt, sic facito: brassicam macerato bene, postea in aulam[o]

1529. *hic* Ald. utraque, Iuntina 1515. Basil. 1521. Tigurina 1528. Paris 1533 teste Rottboellio. Sed in prima Aldina, Gryph. 1535 et Tigurina mea constanter *hac* reperio scriptum. (c) *expellere* a. V. (f) *valitudinis* I. B. R. Br. (g) *experirus* Pol. 1. *experiri* Pol. 2. *experiturus* M. Po. 2. (h) *eam* a. V. (i) *esse omnis vel si quis est senisos* Pol. *omnis vel si quis est seniosus* ex libris suis Victor. *seniosus* etiam Cod. Gronovii *Senios* Pol. 2. (k) *calidam* I. B. R. (l) *paululum* a. V. (m) *Quamplurimam* omnes excepto Pol. (n) *citissimum* I. B.

Experirer) Polit. lectionem *experirus, hanc* ex suis libris Victorius etiam prodidit. Eam Pontedera mutat in *experitus*, verbaque ita ordinat: *sumtus, esset tamen v. c. experitus*. Sumit vir doctus hoc, quod exemplo nullo comprobavit, in *experiri* latere simul impensae alicuius notionem. Nam de forma *experitus* pro *expertus*, nulla potest esse dubitatio. In Curis secundis vir doctus suspicatur, ante *tamen* excidisse *essem* et legi debere *experiturus*. Vulgatam tuetur Rottboell interpretatus de prompto et expedito omnium articulorum motu.

Omnis qui insomniosus est) Victorius in libris suis reperit: *omnis vel si quis est seniosus*. Atque ita fere libri Polit. unde *somniosus* malebat Pontedera; sed in Curis Secundis praetulit *seniosus*, i. e. ut senis vigiliis assiduis obnoxius. Plinius l. c. ex Catone: *insomnia etiam vigiliasque tollere decoctam, si ieiuni edant quam plurimam ex oleo et sale*: ex quo loco Plinius Valerianus 4. 29: « insomnia atque vigilias compescit, si ieiunis detur in cibo decocta cum sale et oleo» quae verba cum toto illo loco excerpsit etiam Vincentius X, 35, ubi legitur: *somnia vigiliasque*. Geoponica l. c.: ὠμὴ δὲ προβρωθεῖσα ἀγρυπνίαν παύει καὶ περιπίπτειν φαντασίαις οὐκ ἐᾷ. Vides discrimen quam sit magnum remedii. *Assam* Plinius interpretatur *decoctam*, et *unctam* de oleo explicat. Verba ipsa Catonis vix sana aliquis hodie praestabit. Simplex satis est medicina Meursii *experire*, sed puto, verbum ipsum ex antecedentibus male huc tractum; et legendum esse *expensus*. Abr. Gronov. coniecit *expediret*. — Pontedera in Curis postumis ex lectione Codd. pr. *omnis vel si qui est seniosus*, egregie restituit: *Insomnis vel si quis est seniosus*, quoniam ex h. l. Plinius insomnia vigiliasque retulit; *seniosus* ad vigilias refertur (Pontederae emendationem recepi. *T.*).

In aulam) Supra c. 156. s. 5, ubi idem remedium verbis paulo diversis traditur, est *in aquam conicito calidam*.

coniicito,[p] defervefacito bene. ubi cocta erit bene, aquam defundito. eo addito oleum bene, et salis paululum,[q] et cuminum, et pollinem polentae. Postea ferve[r] bene facito. ubi ferverit,[s] in catinum indito. dato edat,[t] si poterit, sine pane; si non, dato panem purum.[v] ibidem madefaciat. Et si febrim non habebit, dato[x] vinum atrum[y] bibat. cito sanus fiet.[z] Et hoc, si quando usus[a] venerit. Qui[b] debilis erit,[c] haec res sanum facere potest.[d] brassicam edit ita, uti S.[e] S. E. Et hoc amplius. lotium conservato eius, qui brassicam esitarit.[f] id calfacito. eo hominem demittito,[g] cito sa-

R. Br. (o) *aullam* I. I. Ba. A. (p) *eoicito* P. *deiicito* I. B. R. Br. (q) *paulum* a. V. (r) *bene fervefacito* a. V. (s) *ferbuerit* A. Iunt. G. (t) *edit* Iens. P. Caes. (v) Vulgo *non*, *panis parum* I. B. Br. R. *dato panem parum* P. et Cod. Gronov. *dato pane parum*. (x) *ut* ins. I. I- G. A. (y) *acrum* P. (z) *fiet* I. B. Br. (a) *usu* I. I- G. A. (b) *ut quis* I. I- G. A. (c) *siet* a. V. (d) *Vbi* ins. Br. I. I- G. *si br. edet* A. Iunt. G. (e) *supra scriptum* (*scriptus* Iens.) *est* a. V. (f) *essitarit* P. *esitaverit* a. V. (g) *dimittito* I. B. R. (h) *facies* I

Ferve bene facito) Ita ex libris suis Victorius, qui comparat Varronis locum: *quae sole perferve ita fit*, et alterum: *excande me fecerunt cupiditate*.

Edit) Ita ex Pol. Caesenate et Iansoniana Edit. corrigi voluit vulgatum *edat* Pontedera.

Dato panem purum) Ita ex Polit. Caesenate et Ians. Edd. rescribi voluit Pont. Vulgo *si non*, *panis parum*. — *Panem*: *purum ibidem madefaciat* ex Cod. Polit. S. Reparat. Caesen. et Veneto correxit Pontedera in curis postumis, paululum diversa ratione antea usus.

Et hoc si quando usus venerit. Qui debilis) Ita h. l. distinguit Pontedera, priora ad tormina referens, hac sententia: hoc facito, si quando quis torminibus laboraverit. — Distinctionem Pontederae admisi. Schneider comma posuit post *venerit*. T.

Debilis) Plinius l. c. *quin et urinam eius, qui brassicam esitaverit, asservari, calefactamque nervis remedio esse. Verba ipsius subiiciam, ad exprimendam sententiam. Pueros pusillos si laves ea urina, nunquam debiles fieri*. Plinius Valerianus 4, 29 urinam quoque servari iubet eius, qui brassicam comederit, quam calefactam nervis utilem asserit. Pueros etiam nunquam fieri debiles, si laventur ea urina frequenter. Ita Vincentius h. l. laudavit; unde apparet, in Plinii alterius loco recte Codicem Chiffl. habere *asservari iubet*. Dalecamp ex Plinio ante *debilis* addi volebat *nervis*. Macer ex Plinio: *Illius urinam fuerit, qui caulibus usus, causis nervorum calefactam censuit (Cato) aptam. Hac ex urina pueri si saepe laventur, asserit illorum multum conferre saluti*. Ceterum deinceps *inunguito* Br. et Aldina habent.

num facies[h] hac cura. expertum hoc est. Item pueros pusillos, si laves eo lotio, nunquam debiles fient. Et quibus oculi parum clari sunt, eo lotio inungito, plus videbunt. Si caput aut cervices dolent, eo lotio
11 caldo lavito, desinent dolere.[i] Et si mulier eo lotio locos fovebit, nunquam ii[k] virosi fient. et fovere sic[l] oportet: ubi in scutra[m] fervefeceris,[n] (foetae) sub sellam supponito pertusam. eo mulier assidat, (ope-
12 rito,[o]) circum vestimenta eam dato. Brassica erratica

I. G. A. Vulgo *faciet* deinceps *inunguito* Br. (i) *dolere* a. V. item M. Po. 2. postea editiones *dolore*. (k) *unseri sient* Pol. (l) *si* I. B. R. (m) *scutea* I. B. R. Br. *scrutha* Pol. 2. *scuthra* Iuntt. *chutra* Ba. G. A. (n) *ferveceris foetae: sub*. I. B. R. Br. *ferveceris id lotium*, *sub* A. I. I-P. Vulgo deest *foetae*. Deinceps *ea mulier* Br. (o) *operito* abest a. V. (p) *arefacere contereregue* a. V.

Facies) Ita cum Edd. I. I-G. scripsi pro *faciet*, postulante sententia.

Dolere) Antiquam et veram lectionem restitui pro *dolore*.

Ii virosi) P. in Curis post. praefert: *nunquam iei miseri fient*, i. e. morbosi. Sic misera bucca apud Plautum Poenult. Ac. V, Sc. II. In Codd. Polit. Repar. et Victor. est *unseri*, Caesen. *unseri*, Veneto *vinseri*, Politiani liber 2 *miseri* habet. — *Nunquam ii virosi*) Victorius in libris suis cum signo vitii scriptum reperit: *nunquamun seri fient*. In Caesenate libro est: *nunquam unseri fient*. In Polit. *unseri fient*. Vnde Pontedera corrigebat: *nunquam iei seri fient*, hac sententia: nunquam ii loci seri erunt ad ea, quae a partu sequi solent, *emittenda*. Quam emendationem vir doctus ex eo duxisse videtur, quod Edd. I. B. R. postea scriptum habent *foetae sub sellam*, i. e. postquam peperit; etsi non necessarium putabat, eam vocem addi, equidem tamen inserui, atque interim inclusi. Potest enim alios forte in verae lectionis vestigium perducere. Brassicam ipsam secundinas, seu secundas evocare tradit cum Hippocrate Plinius l. c. quae graece dicuntur χορία, alibi etiam χωρία. Menses mulierum ciere cum Dioscoride Geoponica referunt. Loci sunt, qui graece χωρία seu χορία dicuntur, id est, vulva. Vide ad Varron. II, 4, 19. Locorum vitium ita dixit Celsus V, 25, s. 3. Quid igitur si h. l. similiter legas *vitiosi?* Similem fere medicinam adhibet Hippocrates Muliebr. II, p. 670 contra fluxum sanguinis ex locis sub articulis; ubi suffimenta parat: δίφρον δὲ χρὴ ὀπήεντα εἶναι καὶ ἀμφιΐζεσθαι τὴν γυναῖκα περιεσταλμένην εἵμασιν ὡς μὴ παραπνέῃ. Idem p. 652 contra uterum in coxam versus procumbentem adhibet urinae calidae fomentum: πυριῆν τὰς ὑστέρας, ἐγχέαι τε καὶ οὖρον παλαιὸν καὶ ἀναζέσαι, καὶ ἐς τὰ κοῖλα τοῦ πυέλου ἀμφικαθίζεσθαι, περικαλύψας εἵματι τὴν γυναῖκα, ὡς μὴ παραπνέῃ.

Operito) Inclusi, recte monente Pontedera, sufficere verba: *circum vestimenta dato*. — *Eo mulier*) Pont.

maximam vim habet. eam arfacere,[p] et conterere oportet bene minutam.[q] Si quem purgare voles, pridie ne coenet,[r] mane ieiuno dato brassicae tritae decoctaeque[s] aquae cyathos IIII. Nulla res tam bene purgabit, neque elleborum,[t] neque scamoneum,[v] et sine periculo; et scito salubrem esse corpori. Quos 13
diffidas sanos facere, facies. Qui hac purgatione purgandus[x] erit, sic eum curato: sorbitione liquida hoc per dies VII dato. ubi esse volet, carnem assam[y] dato. si esse non volet,[z] dato brassicam coctam, et panem,

arfacere et contercreque Politian. (q) *minutim* a. V. (r) *et* ins. I. I-G. A. (s) Ita pro *brassicam tritam aquae c.* A. Iunl. G. (t) *elloborum* H. (v) *scamonium* P. (x) *purgatus* I. B. R. et Cod. Gronov. (y) *asinam* P. (z) *so-*

in Curis postumis praefert *ea*, unde *eatenus*, et *operito* defendens interpretatur: *ne vapor sinistrorsum abeat*, circa mulierem, na frigore tangatur, vestibus positis.

Arfacere) Haec usque ad *minutam* pertioere puto ad ea, quae sect 15 contra polypos traduntur, hine violenter avulsa.

Si quem purgare) Ex Edd. primis et Codd. restitoi recte iubet Pontedera (cui obsequutus sum. Vulgo *si quidem purgare*. T.)

Brassicae tritae) Hanc lectionem editionum I. I-G. recipere senteotia iussit. Vulgata enim sensu plane omni caret, monente etiam Meursio.

Elleborum) Dicitur pro succo ellebori expresso, ut scamoneum. De ellebori usu vide ad c. 115.

Carnem assam) Politiani liber *asinam — non solet*; quam lectiooem ex libris suis aonotavit etiam Victorius: eamque unice probat Pootedera, monens, etiam ab Hippocrate ad alvum leniendam commendari carnem asioinam. Caro assa sane non est commoda ad eum usum, nec ai potest substitui brassica cocta et panis eum vino dulci et leni. Si Catonis aevum asinios vescebatur, miror id a Plinio non annotatum fuisse, qui 8, s. 68, Maecenatem ait instituisse pullos asinarum epulari, multumque eo tempore illos praelatos fuisse onagris; post Maecenatem interiisse auctoritatem saporis. Pullos onagrorum sapore praestantes ex Africa idem laudat s. 69. Galenus de Alim. facult. 3, 4, onagrorum iuvenum et bene habitorum carnem cervinae proximam facit; addens mansuatorum etiam asinorum, quorum aetas inclinata est, carnes a quibusdam ingeri, quamquam eam aeque atque equinam et camelinam improbat, veluti ori stomachoque ingratam. — *Carnem asinam* probat Pontedera in Curis postumis, et pro *assinam* ab *assa* derivatum esse opinatur: sequens *si esse non volet* mutat cum libro Polit. in *esse solet*. In familia enim Catonis paucos fuisse credit, qui assam comessent, neminem qui repudiaret.

et bibat vinum lene[a] dilutum, lavet raro, utatur unctione. Qui sic purgatus erit, diutina valetudine[b] utetur, neque ullus morbus veniet nisi sua culpa.
14 (Et[c]) si quis ulcus tetrum, vel recens habebit, hanc brassicam erraticam aqua spargito,[d] opponito, sanum facies. Et si fistula erit, turundam[e] intro trudito. si[f] turundam non recipiet, diluito, indito[g] in vesicam,[h] eo calamum alligato. ita[i] premito, in[k] fistulam[l] introeat. ea res sanum faciet cito. Et ad omnia ulcera vetera et nova contritam[m] cum melle opponito,[n] sanum faciet.
15 Et si polypus in naso introierit, brassicam erraticam aridam tritam in malum coniicito, et

let P. (a) *leve* I. B. R. (b) *valitudine* I. B. R. Br. (c) *Et* ad unum omnes praeter P. qui delet. (d) *inspargito* I. B. R. Br. *inspergito*: *apponito* I. I-G. A. (e) ad marginem: Pol. μότος, *Turundam Ep. Turundam intro trudito* desunt I. B. R. *turunda* alii praeter P. Gr. Gy. (f) *et* I. B. R. *fistula erit: et turundam non recip.* Br. (g) *succum exprimito, cum in vesicam indito* I. I-G. A. (h) *et* I. B. R. *et callamum* Br. *vesicae* I. I-G. A. (i) *et ita* I. I-G. A. (k) *ut in* I-G. A. (l) *succus* inser. I. I-G. A. (m) *contrita* I. B. R. Br. (n) *apponito*

Vlcus) Plinius s. 36: *hanc vulneribus recentibus cum melle mederi — strumis, fistulis in aqua contritam Chrysippus auctor est; et alii vero compescere mala corporis quae serpant, nomas vocant, item excrescentia absumere, cicatrices ad planum redigere. Oris ulcera et tonsillas manducatam, et coctam, succo gargarizato cum melle tollere.*

Spargito) Edd. primae *inspargito*. Cum aqua terendam ex Plinio apparet; igitur *spargito* praefero. Pro *tetrum* Pontedera malebat *vetus*.

Turundam) Scilicet ex brassica trita cum aqua. Maiores turundas magdalidas vocari, monet Scribonius Largus c. 201, ubi male Edd. veteres *rotundas* habent, quo vitio deceptus Turnebus Adv. 17, c. 7, h. l. malebat *rotundam* scribi. Ceterum hanc fistularum curandarum rationem comparabis cum Hippocratica prima p. 884 ed. Foesii, quam ad Vegetium II, 26 tradam.

Diluito) Massam scilicet, unde turunda facta erat, diluere et liquidam ex vesica, quasi clysteris materiam aliquam iniicere in fistulam iubet. Male I. I-G. habent: *succum exprimito, cum in vesicam indito*, ex emendatione intempestiva.

Et si polypus in naso introierit) *Etsi polupus in naso introierit* ex Cod. Polit. et S. Repar. correxit Pontedera in Curis post. bene! deinceps *malum* interpretatur lanam ex graeco μαλλόν.

Aridam tritam) Plinius s. 36: *silvestris sive erraticae immenso plus effectus laudat Cato, adeo, ut aridae quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus rapto vitia*

ad nasum admoveto. ita subducito susum animam quam plurimum poteris. in triduo polypus excidet. et ubi exciderit,[o] tamen[p] aliquot[q] dies item facito, ut radices polypi persanas facias. Auribus si parum au- 16
dies, terito cum vino brassicam, sucum[r] exprimito, in aurem intro tepidum instillato, cito te intelliges[s] plus audire. Depetigini spurcae[t] brassicam opponito,[v] sanam faciet, et ulcus non faciet.

CLVIII. (CLIX.) Alvum[a] deiicere[b] hoc modo opor-

I. I-G. A. (o) *cciderit* I. B. R. Br. (p) *tum* a. V. (q) *aliquod* P. (r) *succum* a. V. *sucum* P. V. (s) *intellige* P. leps. (t) *Depetiginis porcae* P. Caesen. et Codd. Victor. *Depetiginis porce* Cod. Gronov. *Deinde impetigini porcae.* I. B. Br. R. M. Po. 2. Gesner cum Victor. dedit. *Deinde petigini parce.* (v) *apponito* A. Iunt. G.

Cap. CLVIII. (a) *Alvum deiicere si vis, hoc modo oportet tibi deiicere* Pol. *Alvom* Po. 2. (b) *deiicere hoc modo oportet* desunt I. B. R. Br. (c) *tibi* abest

earum graveolentiamque sanari affirmet, ubi *olfactorium* esse videtur graecum ἔῤῥινον. In Plinio Dalecamp. pro *odore* ex loco nostro malebat *pulvere*. In Catone Meursius *malam* inepte, *manum* Gesner emendabat. Si correctione opus sit, malebat Cel. Rottboell *calamum* adhibere, quem naribus in simili cura indunt cum medicamine Celsus VII, 11, Scribonius cap. VII, 48. Polypodii seu filiculae aridae farinam inditam naribus consumere polypum ait Plinius 26, s. 37. Sed in Theophrasti H. P. IX, 14 est κἂν περιάψηταί τις, ὥς φασιν, ἐμφύεσθαι πολύπουν; quem locum ex Plinio corrigendum censeo. Brassicae caulium combustorum cineres desiccanti et caustica natura esse, refert Galenus Fac. Simpl. Medic. libro VII.

Auribus) Plinius s. 33: *auribus quoque ex vino succum brassicae tepidum instillari iubet, idque etiam tarditati audientium prodesse asseverat.* Geoponica XII, 16, 12: ὦτα ὠφελεῖ ὁ χυλὸς μετὰ οἴνου καταντλούμενος.

Depetigini) Plinius s. 33: *et impetigines eadem sanari sine ulcere.* Geoponica l. c.: λειχῆνα ἐξαιρεῖ τὰ φύλλα προστριβόμενα. Libri scripti Victorii et Polit. 1, *depetiginis porcae* habent scriptum; Edd. primae *deinde impetigini porcae*. In Caesenate libro Victorianam lectionem repertam unice probat Pontedera, legens: *dei petigini sporcae*, i. e. spurcae. Locum Lucilii apud Nonium: *Illuvies, scabies oculos huic denique petigo conscendere*, unde Vrsinus h. l. malebat legi *dein depetigini*; quoniam viri docti versum Lucilii ita correxerant *deque petigo*, ita emendat Pontedera: *deique petigo*; ut sit pro deindeque; ex quo vitio ortum censet vulgatum *denique*. Sed veteres etiam glossae habent *depetigo* et *depetigosus*; igitur fretus auctoritate Pol. et Victorii librorum restitui *depetigini spurcae*.

tet. si vis bene tibi[c] deiicere, sume tibi ollam, addito eo aquae sestarios VI. et eo addito ungulam de perna. Si ungulam non habebis, addito[d] de perna frustum P. S. quam minime pingue. ubi iam coctum incipit esse, eo addito brassicae coliculos[e] II, betae coliculos[e] II. cum radice sua feliculae paulum,[f] herbae mercu-

a. V. (d) *pone* a. V. (e) *colicolos* P. (f) *paullum* P. (g) *mitulorum* I. B.

Coliculos) *Colicolos* ex libro Polit. probat Pontedera, ut in Catone ex eodem restitui vult *deorsom*, *torcola*, *torcolariom*, *paulolum*, in Varrone *robor*, *longurios*, *fundolum*, *tiboli*, *tabernola*; *paulola*, *pecodum*. In Catonis capite sequenti optimi libri *apsinthi* et *aulo* pro *absinthii*, *annulo* dant. Postea *cum radice sua filiculae pullum* restituit, id est stirpem unam polypodii. Ita pulli arboris cap. 51, et 133.

Feliculae) Meursius malebat *filiculae* ex Plinii libro 26, sect. 37: *detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant; similis enim est filici. Radix in usu, pilosa — subdulcis. — Exprimitur succus aqua madefactae: ipsa minute concisa inspergitur oleri vel betae vel malvae vel salsamento, aut cum pulticula coquitur ad alvum vel in febri leniter solvendam. Detrahit bilem et pituitam, stomachum offendit.* Ita etiam Theophr. H. P. IX, 14, et Dioscorides IV, 188. Apuleius c. 83. Dodonaeum III, 5, 3, p. 465 comparavit Gesner. Ex loco Plinii apparet, male vulgo distingui *cum radice sua*, *feliculae paulum*. Addo locum Celsi II, 12: *deiectionem alvi antiqui variis medicamentis moliebantur, dabantque — aut filiculam.* Columella VI, 27, s. 11, equae, ex partu vel abortu laboranti, dat *feliculam tritam et aqua tepida permistam.* Ita enim libri optimi scriptum habent pro *filicula*. Radicem Plinius dixit *pilosam*, *coloris intus herbacei*, *acetabulis cavernosam*, *subdulcem*, quae omnia fere conveniunt Polypodii vulgaris Linn. radici, quam Linnaeus squammosam vocare maluit, nostri a dulcedine *Engelsüss* appellant. Exstat apud Plinium 29, s. 25 formula, quomodo ius ex carnibus gallinaceorum vetulorum paretur ad alvum solvendam: *Efficacius enim coqui* (ita recte Pintiani liber pro *cocti*) *cum olere marino* (i. e. brassica marina), *aut cybio aut capari, aut apio, aut herba mercuriali, aut polypodio, aut anetho: utilissime autem in congiis tribus aquae ad tres heminas cum supradictis herbis* (*decoctis* intellige) *et refrigeratum sub dio dari tempestivis antecedente vomitione*, ubi ex Dioscoride II, 53 *cybio* mutandum esse in *cnico* monuit Arduinus; Vincentius XVI, 81, *cibo* excerpsit. Ceterum *tempestivis* inepte Harduinus interpretatur *recte valentibus*. Liber a Dalecampio laudatus habet *tempestivius*. Sed gravius ulcus latere puto. Ceterum in Columellae II, c. 2, libri optimi saepe scriptum offerunt *felicem* pro *filice*; quanquam Velius Longus de Orthogr. pag. 2246: *Filicem non felicem dicere debemus*; quem locum debeo Abr. Gronovio.

Mercurialis) Plinius 25, s. 18: *alvo quidem solvendae vel in febri decoqui-*

rialis non multum. mutulorum[g] L. II. piscem capitonem,[h] et scorpionem I. cochleas VI. et lentis pugillum. Haec omnia decoquito[i] usque ad sestarios tres iuris. oleum ne addideris. indidem[k] sume tibi sestarium unum tepidum. adde vini Coi[l] cyathum unum. bibe, interquiesce. deinde iterum eodem modo, deinde tertium. purgabis[m] te bene. Et si voles insuper vinum Coum mixtum[n] bibere, licebit bibas.[o] Ex iis[p] tot rebus, quot[q] scriptum est, unum, quod eorum vis,[r] alvum deiicere potest. Verum ea re tot res sunt, uti bene deiicias, et suave est.

CLIX. (CLX.) Intertrigini remedium in[a] viam quum ibis, absinthii[b] Pontici surculum sub anulo[c] habeto.

CLX. (CLXI.) Luxum[a] si quod est,[b] hac cantione sanum fiet. harundinem[c] prende tibi viridem P. IIII[d] aut V longam. Mediam diffinde, et duo homines[e] teneant ad coxendices.[f] Incipe[g] cantare, IN ALIO. S. F.

R. Br. *mytulorum* Iunti. (h) *capitoneum* H. A. *captionem* Br. (i) *coquito* I. B. R. (k) *Intidem* P. *Itidem* I. B. R. Br. (l) *cui* P. (m) *Purgabit* a. V. (n) *mistum* I. I-G. (o) *binas* I. B. R. (p) *his* a. V. (q) *quod* Vict. sphalma. (r) *id* addit Ald.

CAP. CLIX. (a) *cum in via* a. V. п. Wrat tamen nobiscum. (b) *apsinthi* P. *absinthii ponthici* W. *absynthii* a. V. (c) *annulo* a. V. *anu* W.

CAP. CLX. (a) *Luxacio, si cui intervenerit: hac cantatione sanus etc.* W. (b) *ut excantes* inser. I. I-G. A. (c) *Arundinem* a. V. (d) *III.* I. B. R. (e) *homones* W. (f) *coxem. et cum firme tenebunt, dicat. Incipito cantare in alio, usque dum motae fiant: Nata daries, dar-daries: asiadarides. et repetas tam diu, usque dum coeant. Daries-dardaries, asiadarides. dissunappiter, et fer-*

tur quantum manus capiat in duobus sextariis aquae ad dimidias; bibitur sale et melle admixto. nec non cum ungula muis aut gallinaceo decoctum salubrius. Scribonius Comp. 135, lenibus oleribus miscet quam plurimam.

Mutulorum) Horatius II, 4: *si dura morabitur alvus, mytilus et viles pellent obstantia conchae.*

Capitonem) Ignoramus. Vide tamen quae de eo collegi loca veterum in histor. Piscium p. 11 et 117.

CAP. CLIX. *intertrigini*) Plinius 26, s. 58, *intertrigines negat fieri Cato absinthium Ponticum secum habentibus.*

Anulo) Similiter Graeci δακτύλιον dicunt πρωκτὸν, ut ex scholiis Arist. ad Equites versu 1378 monet Gesn.

MOTAS[h] VAETA,[i] DARIES DARDARIES ASTATARIES[k] DISSVNAPITER,[l] usque dum coëant.[m] Ferrum[n] insuper iactato. ubi coierint, et altera alteram tetigerit;[o] id manu prende,[p] et dextra sinistra praecide. Ad luxum, aut ad[q] fracturam alliga, sanum[r] fiet. et tamen quotidie cantato in alio, S. F. vel luxato. Vel[s] hoc modo, HVAT[t] HANAT HVAT ISTA PISTA SISTA, DOMIABO[v] DAMNAVSTRA, et luxato. Vel hoc modo, HVAT[x] HAVT HAVT ISTA[y] SIS TAR SIS ARDANNABON DVNNAVSTRA.[z]

rum quodvis superiacito. W. (g) *Incipere* I. B. R. (h) *moetas* Pol. (i) *danata* a. V. (k) *asiadarides* P. *astararies* a. V. (l) *una petes, usque* P. et sic Codd. Victorii. *dic una pariter usque* a. V. *dic una pares, usque* M. Po. 2. (m) *coeant motas vaeta Daries dardares astataries Dissunapiter usque dum coeant. Ferrum etc.* P. (n) *Ferro* a. V. (o) *tetigerint* I. B. R. Br. *retigerit* H. A. (p) *prehende et dextera* Pol. *prende dextra*, I. I-G. A. (q) *ad* abest a. V. *aut tracturam* Brusch. (r) *et sanum* a. V. (s) *Item luxato hoc vel simili modo dicito etc.* W. (t) *huat havat havat* P. *huat havat huat* Cod Gronov. *haut haut haut* a. V. *huat hauat haruanat* W. (v) *damiabo damaustra* a. V. *dannabo* Cod. Gronov. *dannaustra* P. M. Po. 2. *danauta danaustra Vel hoc modo haut huat haustas istas istarsis ardarnabon ardanaustra. Caetera ut supra* W. (x) *Haut* a. V. (y) *istagis tursis* a. V. *istasis tarsis* iunct P. (z) *dannaustra* P. *damaustra* a. V.

Cap. CLX. *Luxum)* Plinius 17, s. 47, *quanquam a Catone prodita contra luxata membra, iungenda arundinum fissurae* (carminis verba.). Supra c. 157, s. 4, *et luxatum si quod est.* Idem Plinius 28, s. 4, *Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliare, M. Varro podagris.* Nonius luxum vulsum et suo loco motum interpretatur. Festus; *luxa membra e suis locis mota et soluta.* Auctor Queruli p. 53: *In luxu autem et ossibus loco motis.* ita enim Codex Camerarii habebat pro vulgato *loxu*; nisi forte etiam ibi *luxis* legi debet; quanquam a *luxu luxari* veteres dixisse affirmat Festus pro luxuriari, vita et victu dissolutum esse.

In Alio) Turnebus X, 19, corrigebat: *cantare L. Manlio Sexti Filio.* Popma *in malo*, qui verba *S. F.* interpretatur *Sanitas Fracto*; Pontedera *in fracto quam in malo.* Sed recte addit, ineptissimi hominis esse, ad tam dubia et obscura, addo nugacia, medicam manum admovere.

Dissunapiter) Ex lectione Codd. *una petes usque dum* Turnebus X, 19, efficiebat *dic una pariter*, val potius *dic una partes usque dum* coëant. quem sequitur Popma. Gesner malebat: *una pedes usque dum coëant*, pedes interpretatus scissae arundinis extremitates. Sed haec Pontederae esse videtur interpretatio, male a Gesnero relata. In Curis enim Sec. Pontedera sic corrigit: *dice una* (i. e. cantato invicem) *usque dum petes coëant.* Scilicet *petes* antiqna forma dicitur, unde *petiolus*, ut a peda *pediculus*.

CLXI. (CLXII.) Asparagus[a] quomodo seratur. locum[b] subigere oportet bene, qui habeat humorem, aut loco crasso: ubi erit subactus, areas facito, ut pssiso dextra sinistraque sarire,[c] runcare, ne calcetur. Quum[d] deformabis,[e] intervallum facito inter

Cap. CLXI. (a) *Asparagus ubi seratur* Lemma sunt I. B. R. Br. Vict. nobiscum Po. 2. (b) *ubi asparagum seras* interpon. A. Iunt. G. antecedentibus omissis. (c) *sarrire* I. B. R. Br. *sarrire seu* I. L. G. A. (d) *areas* deest I. B. R.

Cap. CLXI. *asparagus*) Plinius 19, sect. 42: *nihil diligentius comprehendit Cato, novissimumque libri est, ut appareat, repentinam ac novitiam viro curam fuisse. Locum subigi iubet humidum et crassum: semipedali undique intervallo seri, ne calcetur. Praeterea ad lineam grana bina aut terna paxillo demitti: videlicet semina tum tantum serebantur: id fieri secundum aequinoctium vernum. Stercore satiari, crebro purgari, caveri, ne cum herbis evellatur asparagus. Primo anno stramento ab hieme protegi; vere aperiri, sariri, runcari; tertio incendi verno. Quo maturius incensus est, hoc melius provenit. Itaque arundinetis maxime convenit, quae festinant incendi. Sarriri iubet idem, non antequam asparagus natus fuerit, ne in sarriendo radices vexentur. Ex eo velli asparagum ab radice; nam si defringatur, stirpescere et intermori. Velli donec in semen eat. Id autem maturescere ad ver, incendique, ac rursus, quum apparuerit asporagus, sarriri, ac stercorari. Ac post annos novem, quum iam vetus sit, digeri subacto solo, stercoratoque. Tum spongiis seri, singulorum pedum intervallo. Quin et ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbam creet. Nec quidquam postea tentatum utilius apparuit.* Ex hoc loco fere apparere puto, quo ordine olim scripta Catonis verba legerit Plinius; eum igitur fundum emendationis nostrae faciemus. De ipso asparagi genere, quale h. l. intelligatur, v ad c. 6.

Loco crasso) Legendum est: *qui habeat humorem, crassum.* Aut *qui habeat humorem, aut crassum.*

Vt possis) Haec verba transponenda esse, et Plinii locus docet et ipsa ratio, sic fere: *areas facito; quum areas deformabis, intervallum facito inter eas semipedem latum in omnes partes, ut possis dextra sinistraque sarire, runcare, ne calcetur. Deinde serito*

Quum deformabis cavum terrae operito) Ita ex Edd. primis et Codd. recte restituit Pont. in Curis postumis et rectius quam libri vulgati, distinguit. Ceterum in hoc Capite ex Codd. antiquis haec scripturae veteris vestigia annotavit: *sarire, posturus, sterceruto, ovilum, praeuratur* quod postremum Aldus in *peruratur* mutavit. Ita etiam in Capite sequenti probat *semodios* ex Edd. pr. Polit. et S. Reparat. *sale* recto casu, *deosum* pro *deorsum* ex Polit. *spongea* pro *spongia*, ut *doleum* pro *dolium*, *ciconea* pro *ciconia*, et *Alexandrea* apud Varronem pro *Alexandria*; deinde *nequale* pro *aequalem* ex Cod. Polit. S. Repar. Caesen. et Edd. pr. denique *post dies omnino XII.* ex Edd. pr. quae Aldus mutavit in *post diem omnino duodecimum.*

deformabis) In formam rediges. Ita etiam Varro III, 5, Vitruvius I, 4, V, 8, monente Meursio.

areas[f] semipedem latum in omnes partes. deinde serito ad lineam: palo grana bina aut terna demittito, et[g] eodem palo cavum terrae[h] operito. Deinde supra
2 areas stercus spargito, bene serito. Secundum aequinoctium vernum, ubi erit natum, herbas crebro purgato, cavetoque ne asparagus una cum herba vellatur. Quo anno severis, substramentis[i] per[k] hiemem operito, ne peruratur.[l] Deinde primo vere aperito,[m] sarito,[n] runcatoque. Post annum tertium, quam severis, incendito vere primo. Deinde ne ante sarueris,[o] quam asparagus natus erit, ne in sariendo radices laedas.
3 Tertio, aut quarto anno asparagum vellito ab[p] radice. nam si defringes, stirpes fient, et intermorientur. Vsque[q] licebit vellas, donicum in semen videris ire. Semen maturum fit ad autumnum. Ita quum sumpseris semen, incendito, et quum coeperit asparagus nasci, sarito, et stercorato. Post annos VIII aut IX quum iam est vetus, digerito, et in quo loco positu-

Br. (e) *deformis* Herv. (f) *areas* I. B. R. Br. (g) *Et* abest a. V. (h) *Ita* pro *terra* P. (i) *sub stramentis* divis. I. I. Ba. A. *sum stramentis* Pol. 1. *sint stramentis* Pol. 2. (k) *per* abest Gr. G. (l) *praeuratur* I. B. R. Br. *rigore peruratur* I. I-G. A. (m) *operito* M. Po. 2. (n) *sarrito* a. V. Sic per totum caput. *sarritoque* Br. Ald. (o) *sarrieris* a. V. (p) *a* I. B. R. (q) *sed usque*

Spargito bene serito) Verba *secundum aequinoctium vernum* retrahenda et iungenda sunt superioribus: *deinde serito secundum aequinoctium vernum.* Hoc fit ex loco Plinii manifestum. Deinde legendum censeo *spargito bene; ubi erit natum* etc. omisso supervacuo verbo *serito.* Pontedera alia ratione medetur vitio, legendo *spargito bene. Serito secundum aequinoctium.* Ordine recto si scripsit Cato nostram probabis; si vero temere, quidquid in solum venit, quod saepe factum esse infitias non eo, Pontederae rationem amplecteris.

Sub stramentis) Ex lectione Polit. *cum stramentis* efficiebat Pontedera. Ceterum Abr. Gronov. malebat *Quod eo anno severis.*

Intermorientur) Malim *intermorietur* sc. asparagus. Si radices antea nominatae fuissent, ad eas referrem. Rationem distinctius explicat Columella XI, 3, 45; stirpescere hinc dixit Plinius, sed aliter hunc locum interpretatus est Columella, ad quem de cultura asparagi accuratius disputabitur.

Ad autumnum) Plinium haec laudantem ita emendat Pontedera: *id autumno maturescere; ad ver incendi*

rus[r] eris, terram bene subigito, et stercorato.[s] Deinde 4
fossulas facito, qua radices asparagi demittas. Intervallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi.[t] vellito, sic circumfodito, ut facile evellere[v] possis. Caveto ne frangatur. Stercus ovillum[x] quam plurimum fac ingeras: id est optimum ad eam rem. aliud[y] stercus herbas creat.

CLXII. (CLXIII.) Pernas sallire[a] sic oportet, in dolio, aut in[b] seria. Quum pernas emeris, ungulas earum praecidito. Salis Romaniensis moliti in singu-

I. B. R. Br. Ba. G. A. (r) *posturus* P. (s) *stercerato* P. (t) *asparagi evellito et sic* a. V. (v) *vellere* P. (x) *ovillum* I. B. R. Br. (y) *Aliut* P.

CAP. CLXII. (a) *suo salire* a. V. (b) *in* abest I. B. R. Br. (c) *singulos* B.

Pedes singulos) Columella XI, 3, 44: *sulci autem inter se pedali mensura distantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam spongiolae ita deprimuntur, ut facile superposita terra germinent.*

Vellito, sic circumfodito) Colum. l. c. vere iubet, priusquam asparagus germinet, capreolis terram commovere, quo facilius stilus seu turio emicet, et relaxata humo pleninris crassitudinis fiat. Vnde apparet, quid h. l. Cato voluerit, posito *circumfodito*, *ut facile evellere possis*. Repetit etiam monitum iam supra positum, vellendum esse asparagum, non praefringendum; quod quo facilius posset fieri, circumfodi terram iubet, seu moveri.

CAP. CLXII. Index vetus habet *Salsura pernarum et offellae Puteolanae*. Etsi in ipso capite nullae offellae insunt. Igitur deesse aliquid suspicatus est Pontedera, quamvis Varro ex Catone solas pernas memoret. Praeterea Plinius 19, s. 42, locum de asparagis novissimum dicit libri Catonis, quod tamen non eo pertinere putem, ut inde caput hoc alieno loco collocatum esse liceat coniicere. Ceterum *offellae Puteolanae* omissae quae sint, etsi affirmare non ausim, auspicor tamen, eam saliendarum carnium suillarum, in minuta frusta concisarum, rationem a Catone traditam fuisse, quam habet Columella XII, cap. 53, qui et ipse *offulas carnis* appellat. Ostienses offellas ex Apicio VII, 4 memoravit Pontedera. Ecce Varro de L. L. IV, p. 28: *Tergus suis ab eo, quod eo tegitur; perna a pede suis, a nomine eius, offula dicta, ut offa minima in sue.* Huc respexit Arnobius VII, pag. 229: *quid offae? non vulgi, sed quibus est nomen appellatioque penitae.* Sed in loco Varroniano ita habet Editio Parmensis 1480: *Succidia a suibus edendis, nam id pecus primum occidere coeperunt domini, et ut servarent, salire. Tergus suis ab eo quod eo tegitur. Perna a pede; sueris a nomine eius. Offula ab offanimia suere;* ubi Scaliger iam olim probavit lectionem *a pede: Sueres a nomine eius*, et ex Plauti Carbonaria locum apud Festum in *spetile* comparavit, ad quam

las[c] semodius.[d] In fundo dolii, aut seriae salem[e] sternito. deinde pernam ponito. cutis deorsum[f] spectet.
2 Sale obruito totam.[g] Deinde[h] alteram[i] insuper ponito. eodem modo obruito. Caveto, ne caro carnem tangat. Ita omnes obruito. Vbi iam omnes composueris,

R. deinde *romanensis* Cod. Gronov. (d) *semodios* I. B. R. Br. et Cod. Gron. (e) *sale sternio* Pol. (f) *deosum* P. (g) *totum* B. R. (h) *Denique* I. B. H.

tamen Editio Daceriana tacet. Locum Varronis vitiosissimum posuit sub voce *suera* Gesneri Thes. L. L. Pernam a pede quomodo Varro deducere potuerit, nemo interpretatus est. Gesneri Thes. L. L. a pede vel a πτέρνα derivat, pernasque dici ait tam priores quam posteriores totos inde a spina dorsi pedes porci. Addit lorum Horatii Serm. I, 2, 117, *praeter olus fumosae cum pede pernae.* Sed perna a graeco πτέρνα nullo modo deduci posse videtur. Graece enim calcaneum os pedis recte extremum dicitur, quod in perna cum ungulis praeciditur. Vngulas enim praecidi, testatur Cato etiam supra c. 158: *addito ungulam de perna, si ungulam non habebis, addito de perna frustum.* Deinde Gesner debebat antea docere, quam pedis partem Latini pernam dixerint: Plinius quidem 8, c. 51, sues suspensas pernis prioribus dicens, simpliciter pedes voluit intelligi; nec vim notionemve pernae omnem inde percipimus. Audiamus igitur Festum: *Suppernati dicuntur quibus femina succisa in modum suillarum pernarum. Enniust his pernas succidit iniqua superbia Poeni*; ubi recte comparant locum Livii de eadem re XXII, s. 51: *quosdam et iacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt.* Vnde patet, pernam proprie coxam suillam, ad poplites succisam, dici. Pedem pernae si Varro et Horatius dixerunt, non satis proprie locuti sunt. Pedem enim voluerunt intelligi totam artuum longitudinem. Sed in perna poplites succidi, docet locus Ennii, ungulas praecidi, Catonis. Nec obstat locus Apicii. VIII, 1, ubi iubet per articulum pernae apruniae palum mittere ita, ut cutem a carne separes. Dicere enim voluit iuxta articulum coxendicum palum immitti debere, alius enim articulus in perna non adest. Petasonem a perna, ut lautiorem distinguit Martialis XIII, 54 et 55: *Musteus est propera — nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.* Musteos petasones coquere et parare docet Apicius VII, 9, ubi verba: *quum elixatus fuerit, decarnas et armillam illius candenti batillo uris*: Hummelbergius interpretatur coxam anteriorem vel pellem atque cutem, quae armis inhaeret illosque obtegit. Recte; nisi quod ipsum armum seu humeri os intelligi malim. Pulpas petasonum nominat Apicius V, c. 3. Igitur pernae ex artubus suum posterioribus, petasones es prioribus sumuntur. Plinius 28, s. 49: *ossa ex acetabulis pernarum circa quae coxendices vertuntur.* Vnde Marcellus c. 13: *pernae serofinae os quod est amplissimum.* Idem Plinius 28, s. 60: *in perna suum articulos esse diximus, quorum decoctum ius facit urinae utile.* Vnde cognosces, Apicii articulum pernae esse coxae os ipsum. Varro II, 4, 10, similiter a perna distinguit petasonem; sed

sale[k] insuper obrue, ne[l] caro appareat. aequalem[m] facito. Vbi iam dies v in sale fuerint, eximito omnes cum suo sale. Quae tum summae fuerint, imas facito. eodemque modo obruito, et componito. Post diem[n] 3
omnino duodecimum pernas eximito, et salem omnem detergeto,[o] et suspendito in vento biduum. Die tertio extergeto[p] spongia[q] bene, perunguito[r] oleo. Su-

Br. (i) *pernam alteram* a. V. praeter Iuntt. (k) *salem* I. B. R. Br. *sale eas* Ba - G. A. (l) *et ne* Ba - G. A. (m) *aequale* I. B. R. (n) *dies omnino duodecim* I. B. R. Br. (o) *detergito* I. B. R. Br. (p) *extergito* I. B. R. Br. (q)

male hodie in libris eius scripti sequuntur *petasiones*. Haec vero de pernae et petasonis diversitate disputavi paulo copiosius, ne Gesneri auctoritas obesset lectori, qui petasonis differentiam omnem ad covturam et parationem referre malebat in Thes L. L. Recte tamen idem Turnebi Advers. XVI, 16, opinionem reiecit, petasonis partem esse pernam censentis. Locus enim Athenaei XIV, p. 657, quo ille nititur, ita habet: ἐπεὶ δὲ καὶ πετασῶνος μέρος ἑκάστῳ κεῖται ἣν πέρναν καλοῦσι; unde potius arguas Athenaeum, pernam latinam graece petasonem dicere; quod tamen falsum esse docui. Musteo petasoni siccum petasunculum opponere videtur Iuvenalis VII, 149. Pernas concharum generis Plinius a suilli cruris longi similitudine dictas esse ait libro 32 extremo; unde natas margaritas medii aevi scriptores *pernulas*, alii deinceps *perulas, pirulas, perlas* dixere, docente Cangio. Vocabulum *perna*, etsi graeco πτέρνα simillimum, graecae vel latinae originis esse persuadere tamen mihi nondum potui. Strabonis atque Athenaei auctoritas ad rem non pertinet; usus enim uterque est voce tum pervulgata. Sed in Pollucis Onomast. VI, s. 52, inter suillae carnis cibos varios sunt κωλῆνες τεταριχευμένοι, σκελίδες ὁλόκνημοι, αἱ πέρναι; ubi antea libri editi πτέρναι scriptum habebant, contra Codicum fidem. Versio latina habet: *pernae salitae, tibiae, armi, qui et pernae.* Ineptissime! Nam κωλῆνες τεταριχευμένοι sunt ipsae pernae; κωλὴν enim et κωλῆ coxendices significat; σκελίδες ex Pherecrate habet Pollux etiam VI, 59; sed ecce idem II, 193: καὶ σκελὶς ἡ νῦν καλουμένη πτέρνα, ἐν τῇ κωμῳδίᾳ· ubi corrigo πέρνα. ubi contraria ratione inepta est versio, quae πτέρναν calcaneum interpretatur. Idem VI, 33, σχελίδες λαγωῶν habet; et Hesychius σχελίδες κρέα ἐπιμήκη τετμημένα interpretatur; alii, eodem teste, πλευρίδας. In Athenaeo II, p. 57, σκελίσι vulgatum ex Codd. Casaubonus mutavit in σχελίσι. Has σκελίδας Varronis taniacas, Gallorum *Longes* interpretabatur Scaliger ad Varronem II, 5, 10. Sed in utroque Pollucis loco manifesto σκελίδες pernae sunt, et in priore voce αἱ πέρναι ad κωλῆνες et σκελίδες simul referri debent, atque inde alter locus corrigi. Denique *offulam cum duabus costis* habet Varro R. R. II, 4, 11.

spendito in fumo biduum. Tertio die demito.[s] Perunguito[t] oleo et aceto commixto.[v] suspendito in carnario. nec tinea, nec vermes tangent.

spongea P. (r) *perungito* a. V. (s) *demittito* I. I-G. (t) *Perungito* a. V. (v) *commixto et* I. B. R. *commisto et* I. I-G. A. *et commixto et* Br.

M. TERENTII VARRONIS

DE

RE RVSTICA

LIBRI III.

DE VITA
M. TERENTII VARRONIS
REATINI, LIBRORVMQVE AB EO SCRIPTORVM ANNIS.

M. Terentius Varro, Romanorum doctissimus, iudice Cicerone, permultis scriptis inclaruit, ex quorum numero *librum de vita sua*, a Charisio grammatico memoratum, ut fortuna nobis salvum prodidisset, magnopere optandum erat. Quaecumque enim de parentibus, vita, moribus, honoribusque in republica ab eo gestis prodita habemus, pauca sunt, et magna ex parte coniectura, ex Fragmentis librorum eius ducta, nituntur, aut plane dubia censenda sunt. Equidem hic excerptas ex veterum scriptorum locis eas tantum notitias ponam, quas ad certam annorum Vrbis fidem redigere atque ad historiam operum, a Varrone conditorum, ordinandam conferre licebit.

De parentibus eius locum Plinii VII, sect. 53, reperio, ubi Varro ipse materterae suae maritum Corfidium cum fratre, equites romanos, commemorat in exemplis subitae mortis. Hunc eundem esse censebat Ernestius, quem Cicero pro Ligario c. 11, L. Corfidium nominat, cuiusque nomen ex illa oratione tolli volebat ad Attic. XIII, 44, quoniam Corfidius tum

iam mortuus erat, quum illa dicta est. Haec vero epistola in A. V. 708 convenit. Caium Fundanium socerum, et Fundaniam uxorem ipse Varro, 80 annos natus,. commemoravit libro I de R. R. c. 2. Huius Fundanii nomine inscriptum librum, de Admirandis, ad instar libri Aristotelici περὶ θαυμασίων, a grammaticis laudari suspicor. In libro III de R. R. cap. 2, sect. 14, materterae fundum Sabinum nominat; quam Fircelliam fuisse coniicitur ex cap. 4, sect. 2, quam Fircellii Pavonis Reatini affinem fuisse credo, quem loquentem fecit Varro de R. R. III, 2, sect 2, et III 6. Reatinus et ipse fuit Varro, eoque cognomine a P. Terentio Varrone, poëta, Atacino, distinguit eum Sidonius Apollinaris et Symmachus, ut deinceps annotabitur.

Quos a republica honores petierit acceptosque gesserit, ignoramus. Tribunatum quidem eius aliosque honores memoravit Fabricius; sed Tribunatus is niti videtur coniectura, ducta ex loco Antiquitatum Varronis apud Gellium XIII, 12, quem infra positum inter reliqua auctoris scripta reperies. Aedilem Varronem reperimus in Plinii XXXV, sect. 49. *Lacedaemone quidem*, inquit, *excisum lateritiis parietibus opus tectorium propter excellentiam picturae, ligneis formis inclusum Romam deportavere in aedilitate ad comitium exornandum Muraena et Varro.* Sed dubitari potest, Varro hic intelligatur M. Terentius an alter; pariter aedilitatis annum ignoramus. Caeterum Plinius exscripsit Vitruvium II, 8. Varronem nostrum M. Bruto, in Cisalpinam Galliam A. V. 708, proficiscenti, quaestorem dat Ernestius ex Epistola Ciceronis XIII, 10. Sed is M. Terentius plane nihil nisi nomen gentile cum Varrone Reatino habuit commune; quod ipsum epistolae argumentum docere poterat Erne-

stium. En tibi verba: *Cum primum M. Terentius in forum venit, ad amicitiam se meam contulit, deinde ut se corroboravit — una, quod versatur in hoc studio nostro, quo etiam nunc maxime delectatur et cum ingenio, ut nosti, nec sine industria; deinde quod mature se contulit in societates publicanorum; quod quidem nollem. Maximis enim damnis affectus est, — deinde versatus in utrisque subselliis optima fide et fama iam ante hanc commutationem reipublicae petitioni sese dedit, honoremque honestissimum existimavit fructum laboris sui.* Quae quidem omnia in M. Terentium Varronem nostrum, utpote decem annis Cicerone seniorem, plane non conveniunt; quod clarius etiam apparebit ex temporum rationibus, deinceps enucleandis. Praeter Varronem nostrum Cicero A. Terentium Varronem Murenam nominavit ad Div. XIII, 22, et XVI, 20, eique, in Achaia negotianti, Tironis aegroti curam commendavit. Maior dubitatio est de loco Ciceronis ad Div. XI, 10, ubi Decimus Brutus ad Ciceronem: *Non si Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem.* ubi Varronis librum περὶ πλούτου respici putabat Corradus; contra Manutius *baronis* corrigebat, et ad Antonii rapinas referebat.

Varronis nostri Epistolam ad Varronem aliquem aliquot in locis laudavit Nonius Grammaticus; de quo pariter dubitari potest. P. Terentius Varro, Atacinus, a fluvio vel vico provinciae Narbonensis cognominatus, poëticae laudibus eodem tempore floruit, ab Horatio et Ovidio celebratus, cuius scripta post Ruhnkenium in Epist. Critic. II, p. 199, enarravit Io. Chr. Wernsdorf. in Poët latin. minor. T. V, pag. 1385, seqq. De utroque est locus Sidonii Apollinaris Epist. IV, 32: *Cui Varrones vel Atacinus vel Reatinus.* Ita

enim egregie hunc locum correxit Cel. Ruhnkenius, quum antea esset: *Atacinus, vel Tereutius;* fretus in primis loco Symmachi Epist. I: *Scis Terentium, non Comicum, sed Reatinum illum, romanae eruditionis parentem.* Cn. Pompeius, cuius in gratiam se insinuaverat, cuiusque partes eousque defendit contra Caesarem, dum adeo essent profligatae, ut de salute sua desperaret, opera eius usus est in bello, contra piratas et cum Mithridate gesto. Narrat Appianus de B. Mithrid. cap. 95, Siculi et Ionii maris custodiam usque ad Acarnaniam permissam fuisse a Cneo Plotio Varo et Terentio Varroni A. V. 687. Vnde, si quis versionem nuperam sequi velit, Varronem praetorem efficere nobis poterit. Addit enim Appianus: ὧδε μὲν αὐτῷ διατετάχατο οἱ στρατηγοί. quae nuperus interpres reddidit: *Ad hunc modum ab eo dispositi sunt praetores.* Fines imperii sui maritimi accuratius ipse Varro definit in praefatione libri II de R. R. sect 7, *sermonibus nostris collatis cum iis, qui pecuarias habuerunt in Epiro magnas, tum cum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praeessem.* ubi Vrsinum, *Ciliciam* reponentem, recte improbavit Pontedera, ad testimonium vocato Appiano. Ad haec eadem tempora commode referri potest, quod Varro III de R. R. cap. 17, sect. 4, narrantem facit Axium: *sanctiores quam illi in Lydia* (pisces), *quos sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem graecum gregatim venisse dicebas ad extremum litus atque aram, quod eos capere auderet nemo, quum eodem tempore insulas Lydiorum ibi choreuusas vidisset.* Pertinet huc etiam locus Plinii III, s. 16: *Hoc intervallum* (Ionii et Adriatici maris seu freti, inter Apolloniam et Hydruntem intercurrentis, latitudine 50,000 passuum) *pedestri continuare transitu pontibus iactis primum*

Pyrrhus, Epiri rex, cogitavit, post eum M. Varro, quum classibus Pompeii piratico bello praeesset. Vtrumque aliae impedivere curae. Item alter VI, sect. 19, de mari Caspio: *Haustum ipsius maris dulcem esse — et M. Varro talem perlatam Pompeio, iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubie influentium amnium victo sale. Adiicit idem Pompeii ductu exploratum in Bactros septem diebus ex India perveniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat, et ex eo per Caspium in Cyrum subvectas quinque non amplius dierum terreno itinere ad Phasin in Pontum Indicas posse devehi merces.* De quo loco vide coniecturas M. Chr. Sprengelii Geschichte der Geogr. Entdeckungen 1792, pag. 117, et Appianum confer B. Mithr. cap. 103, ubi Pompeii in maris Caspii regiones expeditio narratur. In Hellesponto circa Parium etiamnum esse paucos Ophiogenes, quorum salivae contra ictus serpentium medeantur, ex Varrone tradit Plinius VII, s. 2. Locum ex primo Antiquitatum humanarum laudavit Priscianus VII, p. 396. Sequitur alia narratio Varronis apud Plinium XVIII, s. 23, ex hoc bello collecta: *Idem fabam a Pyrrhi regis aetate in quodam specu Ambraciae usque ad piraticum Pompeii Magni bellum durasse annis circiter centum viginti*, ubi legi debere *annis circiter* CCXX; recte monuit Pontedera Antiq. pag. 169, floruit enim bellorum gloria Pyrrhus circa A. V. 370. Postea Varro apud Plinium XXXIII, sect. 47, tradit, Ptolemaeum Pompeio, res gerenti circa Iudaeam, octona millia equitum sua pecunia toleravisse, mille convivas totidem aureis potoriis mutantem vasa cum ferculis saginasse. Pertinet narratio ad A. V. 691. Appianus B. Mithrid. c. 114, narrat, Ptolemaeum Auletem, Pompeium contra seditiosos cives vocantem, missis mu-

neribus pecuniisque ac vestibus in totius exercitus usum donasse. Dactyliothecam Mithridatis, a Pompeio inter dona in Capitolio dicatam, ex Varrone narrat Plinius 37, sect. 5. Idem 36, sect. 4, no. 13, *Idem*, inquit, *Varro et a Coponio XIV nationes quae sunt circa Pompeii, factas auctor est.* Suetonius Neronis c. 46, simulacra gentium, ad Pompeii theatrum dedicatarum, memorat. Hinc *porticus ad nationes* apud Plinium ibid. n. 12. Servius ad Aeneid. VIII: *Porticum Augustus fecerat, in qua simulacra omnium gentium collocaverat, quae porticus appellabatur ad nationes.* Gentium istarum nomina posuit Plinius VII, s. 27, et Appianus c. 116 et 117.

Denique in hoc bello coronam navalem meruit Varro, teste Plinio VII, s. 31, atque iterum XVI, s. 3, cum Festo in Fragmento pag. 10. Accessere sine dubio praemio nummi. Plinius enim XXXVII, s. 6, *reipublicae et Quaestoribus, qui oram maris defendissent, datum mille taleutum, militibus singulis sena millia sestertium* refert. Verum antiqua istius loci lectio habebat: *reipublicae datum mille talentum, legatis et quaestoribus, qui oras maris defendissent, HS. bina millia, commilitibus singulis quinquaginta.* Appianus viritim militibus MD. drachmas datas esse tradit. Quidquid sit de summa pecuniae, nomina certe legatorum et quaestorum a titulo reipublicae separanda equidem censuerim.

In bello civili Caesaris cum Pompeio secutus est partes Pompeianas, et in Hispania legatus copiis eius praefuit. Cicero ad Dolabellam IX 13: *Caius Suberinus Calenus — cum vitandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum, ut in ea provincia esset, in qua nemo nostrum, post Afranium superatum, bellum ullum fore putarat, incidit in ea*

ipsa mala, quae summo studio vitaverat. Oppressus est enim bello repentino, quod bellum commotum a Scapula, ita postea confirmatum est a Pompeio, ut nulla ratione se ab illa miseria eripere posset. Bellum contra Afranium et Petreium in Hispania gestum est a Caesare A. V. 705. Varro cum legionibus suis Hispaniam ulteriorem tuebatur, teste Caesare de B. C. I 38. Res ab eo non nimis praeclare gestas narrat idem B. C. II 17—20. Scilicet Caesari tandem copias suas tradidit, et ad ipsum Cordubam venit publicis rationibus cum fide ad eum relatis.

Nec tamen partes Pompeii statim deseruit Varro, sed in fide permansit. Ecce enim Cicero de Divin. I 32, ubi narrat, C. Coponium ad se venisse Dyrrachio, quum praetorio imperio classi Rhodiae praeesset, eumque dixisse, remigem quendam e quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus 30 diebus Graeciam sanguine, rapinas Dyrrachii et consensionem in naves cum fuga. Tum se ipsum esse commotum Marcumque Varronem et M. Catonem, qui tum ibi erant, vehementer esse perterritos. Paucis post diebus ex Pharsalica fuga venisse Labienum. Haec facta sunt A. V. 706. Huc pertinere videtur etiam narratio Varronis de R. R. I 4, s. 5: *non hic Varro noster, quum Corcyrae esset exercitus ac classis, et omnes domus repletae essent aegrotis ac funeribus, immisso fenestris novis aquilone et obstructis pestilentibus ianuaque permutata—suos comites ac familiam incolumes reduxit?* Tandem a Caesare receptus in gratiam curam comparandarum ac digerendarum bibliothecarum graecarum et latinarum, quas Caesar publicavit, demandatam ab eo gessit, teste Suetonio c. 44. Vsque ad reditum Caesaris in urbem ex Alexandria A. V. 707, in Tusculano et Cumano suo

delituit Varro, studiisque deditus fructus doctrinae percipiebat in otio, de Caesaris tamen voluntate dubius, quod arguunt Ciceronis ad eum scriptae epistolae libro IX 1—8.

Sed ante haec tempora alios praeterea ex Pompeii amicitia et gratia fructus in pace percepisse videtur. Plinius VII s. 5: *Varro quoque auctor est XXviro se agros dividente Capuae quemdam, qui efferretur, foro domum remeasse pedibus*. Pertinet narratio ad Consulatum primum Caesaris A. V. 695, quo lege Iulia ager Campanus et Stellas XX millibus civium divisus est.

De Bibliothecis a Varrone curatis locus est Plinii VII s. 3: *M. Varronis in bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae est, unius viventis imago posita est.* Iterum XXXV s. 3: *Non est praetereundum et novitium inventum: siquidem non solum ex auro argentove aut certe ex aere in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animae in locis iisdem loquuntur, quin imo etiam quae non sunt, finguntur pariuntque desideria non traditi vultus. — Asinii Pollionis hoc Romae inventum, qui primus Bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit. — Imaginum amore flagrasse quondam testes sunt — et M. Varro benignissimo invento, insertis voluminum suorum fecunditati non nominibus tantum septingenarum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus, non passus intercidere figuras aut vetustatem aevi contra homines valere.* Ad quem locum Harduinus apposuit Isidori locum Orig. VI 5, qui nescio unde ducta tradidit haec: *Post hos Caesar dedit M. Varroni negotium, causa maxime bibliothecae comparandae. Primum autem Romae bibliothecas publicavit Pollio graecas simul atque latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de*

manubiis Dalmatarum magnificentissimam instruxerat. Varroni successisse in ordinandis bibliothecis publicis videtur Pompeius Macer, cui delegatas fuisse ab Octaviano Caesare tradit Suet. Caes. 56. Ex cura, quam bibliothecae Pollionis impendit Varro, nati esse videntur libri eius de Imaginibus, quas Hebdomadum sub titulo laudant Grammatici veteres. Rationem tituli Hebdomadum ipse initio libri enarrasse videtur, ut colligere licet ex iis, quae inde excerpta posuit Gellius III 10, qui ex Hebdomade prima Homerum et Hesiodum laudat III 11. Haud scio, an de Bibliothecis libri, a Sosipatro Grammatico laudati, iidem saltim cum iis tempore atque argumento coniuncti fuerint. Ex Primo Hebdomadum haec verba posuit Nonius: *Dies deinde illos, quibus Halcyones hyeme in qua nidulantur eos quoque septem esse dicit.* Quae ex eodem libro posuit Gellius III 10. Idem sub vocabulo *Luce*: *Varro Hebdomad. sub imagine Demetrius est natus, quot luces habet annus absolutus.* Ita prior Mercerii Editio habet. Scaliger in Catalectis edidit: *Hic Demetrius aeneas tot aptu'st, Quot luces habet annus;* de Demetrio Phalereo interpretatus. Scilicet Plinius XXXIV s. 12, *nullique arbitror plures statuas dicatas quam Phalereo Demetrio Athenis; siquidem CCCLX statuere, nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox laceravere.* Ex libro primo Gellius III c. 11, *M. Varro in libro de Imaginibus primo Homeri imagini hoc epigramma apposuit: Capella Homeri candida haec tumulum indicat. Quod hac Ietae mortuo faciunt sacra.*

Decimo Hebdomadum volumine architectos comprehendisse Varronem, arguit locus Ausonii in Mosella versu 306: *Forsan et insignes hominumque operumque labores Hic habuit decimo celebrata volu-*

mine Marci Hebdomas. Varrones his libris etiam aliena elogia inseruisse, monet Symmachus I Epist. 2, *ideo in socerum atque avunculum nostros tibi delegamus epigrammata. Nam et Varronis libri diversis notantur auctoribus.* Argumentum librorum persequitur idem Ep. IV: *Studium quidem Menippei Varronis imitaris, sed vincis ingenium. Nam quae in nostrates viros nunc nuper condis epigrammata, puto hebdomadum elogiis poenitere. Illa bono metallo cusa, torno exigi nescierunt — ille Pythagoram, qui animas in aeternitatem primus asseruit, ille Platonem, qui deos esse persuasit, ille Aristotelem, qui naturam bene loquendi in artem redegit, ille pauperem Curium — illi severos Catones, gentem Fabiam, decora Scipionum totumque illum triumphalem senatum parca laude perstrinxit.* Ex libro Hebdomadum primo refert Gellius III c. 10, haec: *tum ibi addit, se quoque iam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse* (i. e. annum aetatis 78 attigisse) *et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum* (*i. e. volumina* 490), *ex quibus aliquos iam diu, quum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis, non comparuisse.* Proscriptum Varronem eiusque villam Casinatem ab Antonio occupatam et direptam videbimus infra A. V. 707. Libros de R. R. scripsit annos 80 natus, ut ipse profitetur in Praefatione; unde A. V. 717 fere colligemus postea scriptos. Biennio antea, ergo A. V. fere 715, scripti videntur libri Hebdomadum seu de Imaginibus, ex cuius Praefatione multa de septenario numero exquisita partim etiam frigidiuscula excerpsit Gellius in loco antea laudato.

Post mortem Iulii Caesaris, hoc est A. V. 710, scriptas Epistolicas Quaestiones ab eo ad Oppianum, quas ex libro quarto commemoravit Gellius XIV 7;

arguere licet ex curia Iulia, quam cum Hostilia et Pompeia ibi nominavit, et ex more novo tum, quum ista scriberet, instituto, rogandi senatores, ut sententiam dicerent. Sed iuvat apponere Gellii verba, quoniam inde indicium libri, iam tum deperditi, alteriusque, qui Constantii Imperatoris aetate superfuisse videtur, lucrabimur. *Cn. Pompeius*, inquit, *consul primum cum M. Crasso designatus est, eum magistratum Pompeius quum initurus foret, quoniam per militiae tempora, senatus habendi consulendique, rerum etiam expers urbanarum fuit, M. Varronem familiarem suum rogavit, uti commentarium faceret* εἰσαγωγικὸν (*sic enim Varro ipse appellat*) *ex quo disceret, quid facere dicereque deberet, quum senatum consuleret. Eum librum commentarium, quem super ea re Pompeio fecerat, perisse. Varro ait in literis, quas ad Oppianum dedit. — in quibus literis, quoniam, quae ante scripserat, non comparebant, docet rursum multa ad eam rem ducentia.* Haec nos docet narratio, ad quem auctorem referendus sit liber, de quo sic tradit, Auctor Anonymus Itinerarii ad Constantium Imperatorem scripti et editi a Muratorio in Antiqq. Italicar. T. III pag. 958: *Igitur*, inquit, *si Terentius Varro Cneo Pompeio olim per Hispanias militaturo librum illum Ephemeridos sub nomine laboravit, ut res externas eidem gesturo aperiret, ne is Oceani pericula peteret, atque omnes reliquos motus aëreos praescientiae fide declinaret.* Dubitare igitur non licet, ad Pompeium iuvenem a senatu in Hispaniam missum A. V. 677, ut bellum Sertorianum conficeret, scriptam a Varrone fuisse Ephemeridem, cuius argumentum noscimus ex Auctore Itinerarii. Eum librum sic laudat Nonius p. 34, b. Mercerii prioris Edit., p. 71, secund. *Varro Ephemeride navali. Etesiae diutius et uberius*

flaverant et autumnum ventosum fuerat. Libros navales Varronis laudat Vegetius de R. Milit. V 11, atque ex eo Ioannes Saresber. Policrat. II 2, atque indidem plura tempestatum signa depromsisse videtur Plinius. Nulla igitur idonea de causa libros hos navales P. Terentio Varroni Atacino, poëtae quem Hieronymus Olymp. 175 mortuum narrat, (quam ipsam Appianus Civil. I 108, ad A. V. 677, quo Pompeius in Hispaniam est profectus, retulit) vindicare conatus est Wernsdorf in Poët. latin. T. V. P. III p. 1387, quos recte cum aliis Fabricius Marco nostro assignaverat; quod iure factum comprobat locus Itinerarii, a me appositus, qui viros doctos hucusque latuerat.

Locus classicus et egregius ad historiam operum Varronis cognoscendam eorumque tempora accuratius ordinanda exstat Ciceronis in Academicorum libro primo, quem per particulas excerptum huc transferam. Librum istum cum tribus reliquis, quos perditos hodie magnopere desideramus, M. Terentio Varroni inscripserat, suadente inprimis Pomponio Attico, quod ex epistolis permultis ad Atticum scriptis cognoscimus. Cicero enim ipse diu dubitaverat; eiusque dubitationis causas licet fere agnoscere in loco epistolae 25 libri XIII, unde ea verba huc transferam, quae nobis Varronis ingenium morosum, certe difficile, pingere videntur. *Sed est, ut scis,* δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο. Ita *mihi saepe occurrit vultus eius querentis fortasse vel hoc, meas partes in iis libris copiosius defensas esse quam suas.*

Varroni Cicero partes Antiochinas tuendas dedit, ipse sibi Philonis sumserat, quod Varro Athenis Antiochum audiverat, ut testatur Cicero ibid. c. 3. Simul autem Varronem Cicero admonere voluit muneris, quod per Atticum ei promisisse videtur. Optabat enim

a viro πολυγραφωτάτῳ, ut ipse appellat in literis ad Atticum, librum sibi etiam aliquem inscribi. Quem Varronem ipsum sibi promittentem introducit his verbis c. 1: *Habeo opus magnum in manibus, quod iam pridem ad hunc ipsum, (me autem dicebat), quaedam institui, quae et sunt magna et limantur a me politius*: deinde e Libone amico communi se audivisse narrat, Varronem ea, quae Cicero iam diu exspectaret non intermisisse, sed accuratius tractare, nec de manibus unquam deponere. Libris his perpoliendis quos de lingua Latina ad Ciceronem scriptos fuisse deinceps videbimus, multum temporis tribuisse Varronem, arguunt verba Attici, in eodem loco posita: *silent enim diutius Musae Varronis quam solebant: nec tamen cessare, sed celare, quae scribat, existimo.* Praeterea ex eodem Academicorum prooemio cognoscitur, Varronem tum temporis Cumano Ciceronis vicinam villam habuisse, quo Roma revertentem amicum, ut inviserent, quum primum de adventu eius audivissent, Atticus et Cicero statim ire perrexerunt. Quid? si suspicionem hinc duxero, sub ipsum illud tempus, quo Cicero Varroni inscriptos libros Academicos mittebat, Varronem ex eius vicinia in fundum aliquem Italiae longinquum migrasse? quem quominus Casinatem esse suspicemur, impedit annorum ratio. Fundum enim Varronis Casinatem ab Antonio direptum fuisse, tradit Cicero Philipp. II 40 et 41, dum Caesar Alexandriae obsidione detinebatur, hoc est A. V. Varroniano 707. Scilicet ad hanc eius migrationem respicere puto verba extrema Epistolae ad Varronem simul missae: *Migrationem et emtionem feliciter evenire volo, tuumque in ea re consilium probo.* Tusculanum et Cumanum Varronis memorat Cicero in epistola IX 1 et 2, A. V. 707, ad

eum data. Tusculanum a M. Pupio Pisone emtum discimus ex III 13, s. 1, de R. R. Obiter etiam Libonem, quem Cicero communem sibi cum Varrone amicum nominat, lectoris memoriae commendabo. Hic fuit L. Scribonius Libo, socer Sext. Pompeii, M. F. qui classi praefuit Pompeianorum in bello civili teste Caesare B. C. III 23, cuius imperii partem aliquam fuisse etiam penes Varronem, iam annotavimus. Huic eidem inscriptum fuisse suspicor *Librum ad Libonem*, quem primum laudavit Macrobius Saturn. II 14.

Licebit forte etiam temporis spatium aliquatenus definire, quod Varro libris, Ciceroni inscribendis, de Lingua latina insumsisse videtur. Scilicet Cicero Ep. 12 libri XIII ad Atticum biennium praeteriisse narrat, ex quo Varro sibi denunciavisset magnam sane et gravem προςφώνησιν. In altera vero seu 23 Epistola effectos libros Academicos Attico narrat, quae cum reliquis fere omnibus, certe prioribus eius libri, pertinet ad A. V. 708, quum Caesar in Hispania bellum contra Cn. Pompeii liberos gereret. Assignare igitur eidem anno licebit libros Academicos, ad Varronem scriptos et missos; quibus hic lacessitus munere respondit libris de L. L. ad Ciceronem scriptis, quos eidem aut sequenti anno assignandos censuit Poutedera in Antiqq. p. 318. Horum tamen librorum, ad numerum usque vigesimum quartum elaboratorum, priores tres ad P. Septimium, qui sibi fuerit quaestor, scriptos esse ipse testatur in extremo libro sexto p. 83, quem quidem Septimium aliunde notum non habeo.

Cognito anno Vrbis conditae, quo libri de L. L. scripti esse debent a Varrone, non satis convenire videtur locus libri VI p. 66 ed. Durd. *At hoc quid ad verborum poëticorum aetatem? Quorum si Pomponii regnum fons in carminibus Saliorum, neque ea*

a superioribus accepta, tamen habent septingentos annos, ubi cum Scaligero malebat legi Pontedera: *regnum foris.* Idem vir doctus integrum numerum a Varrone paulo plus aut paulo minus referri putabat, quemadmodum in libris de R. R. III 1, sect. 2: *nam in hoc nunc denique est ut dici possit, non quum Ennius scripsit, Septingenti sunt paulo plus aut minus anni, augusto augurio postquam inclita condita Roma est.* Quam opinionem confirmat alter locus de L. L. IV, p. 26, *ut Alexandria Camelopardalis nuper adducta.* Hanc enim Caesar Dictator primus ludis Circensibus Romae spectandum exhibuit A. V. 708, teste Plinio VIII, s. 27. Vnde simul licebit indagare annum, quo libri rustici a Varrone scripti fuerint, quos Pontedera Libris de L. L. aetate finitimos esse simpliciter dixit. Videlicet si sequamur Eusebium, qui Varronis mortem A. V. 726 assignavit, atque ex hoc numero demamus octo vel novem, (nam vixit annos fere nonaginta, scripsit autem hos libros natus annos 80, et annum 81 ingressus, ut ipse testatur initio libri I: *annus enim octogesimus admonet me.* quapropter Plinius recte posuit, Varronem anno aetatis octogesimo primo libros istos scripsisse) anni urbis erant paulo minus 716 vel 717, ut monuit iam olim Vrsinus ad locum Varronis. Quod si vero cum I. A. Fabricio Varronem A. V. 638 natum ponas, efficietur annus V. C. 719. Scilicet is nonagenarium Varronem mortuum esse statuit. Sed de hac opinionum diversitate alibi dicetur. Hoc unum superest ex hac annorum notatione deducendum, quod praeclare iam demonstravit Pontedera, Varronem scilicet libros de R. R. et de L. L. post Iuliam anni romani institutionem scripsisse, quam se secutum esse testabatur. Fastos autem Caesar, ex Africa redux, correxit A. V. 708.

Plinius X, s. 53, in loco Varronis de R. R. III 7, s. 10, vocabulum *nuper* interpretatur *ante bellum civile Pompeianum.* nescio quo argumento temporis.

Haec postquam fundamenta notationi annorum, quibus libri Varronis, qui hodieque exstant, scripti esse videntur, iecimus; age videamus, si forte reliquorum annos indagare poterimus. In qua quidem disputatione Ciceronem in Academicis ducem iterum sequar.

Sic igitur Varronem Cicero loquentem facit capite altero extremo: *Quae autem nemo adhuc docuerat, nec erat, unde scire possent, ea quantum potui, feci ut essent nota nostris. A Graecis enim peti non poterant, ac post L. Aelii nostri occasum, ne a Latinis quidem.* Quibus eius verbis ita respondet Cicero cap. 3: *Sunt ista Varro. nam nos in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam hospites tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando qui et ubi essemus agnoscere. Tu aetatem patriae, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti.* Manifestum est, respici libros Varronis, Antiquitatum titulo inscriptos, quas ipse Varro ibidem paulo antea nominaverat; de quo loco postea disputabitur. Antiquitatum rerum humanarum et divinarum sub nomine laudant scriptores veteres hos Varronis libros, singulorumque varios titulos commemorant. Antiquitates rerum humanarum libris XXV complexum fuisse Varronem, ait Augustinus de C. D. VI 3: rerum vero divinarum libros XVI C. Caesari Pontifici Maximo inscripsisse, consentit etiam Lactantius I, c. 6. Initium Antiquitatum rerum divinarum refert Au-

gustinus VI 4, tale: *Ideo prius de rebus humanis scripsi, postea de divinis, quia divinae istae ab hominibus institutae sunt.* Ad antiquitates has scribendas Varro exemplo et institutione L. Aelii Stilonis praecipue et incitatus atque eruditus esse videtur. De quo Cicero in Bruto c. 56: *Fuit is omnino vir egregius et eques romanus cum primis honestus, idemque eruditissimus et graecis literis et latinis, antiquitatisque nostrae et inventis rebus et in actis scriptorumque veterum literate peritus. quam scientiam Varro noster acceptam ab illo auctamque per sese vir ingenio praestans omnique doctrina pluribus et illustrioribus literis explicavit.* Haec Cicero A. V. 707. scripsit; itaque etiam ex hoc loco constat, antiquitates a Varrone publicatas ante A. V. 707. Lucium Aelium Cicero, decem annis Varrone maior natu, adolescens audiit, ipso ibidem testante; eidemque Satyras suas Lucilius inscripserat, testante versu posito ab auctore librorum ad Herennium IV 12. Eundem cum Sex. Aelio Tabularum duodecim interpretem perhibet Cicero Leg. II 23. C. Aelii, hominis in primis in literis latinis exercitati, interpretationem carminum Saliorum laudat Varro de L. L. VI, p. 65. C. Aelium Stilonem appellat IV, p. 36, eiusque commentarium laudat VI, p. 72. Anno quo fuerit mortuus L. Aelius, ignoramus; mortuum ante A. V. 708 testantur Academici Ciceronis libri. Denique ipso Varronis testimonio confirmatur, libros Antiquitatum ante libros de L. L. scriptos esse, quippe in horum quinto p. 46 et 47 ipse eos nominavit. In Fragmentis latent quaedam annorum notae, quas obiter hic investigabimus. Ita ex libro XXI rerum humanarum Antiqq. haec laudavit verba Gellius XIII 12: *Ego Triumvir vocatus a Portio tribuno plebis non ivi, auctoribus principibus, et vetus ius*

tenui. Item tribunus quum essem vocari neminem iussi, neque vocatum a collega parere invitum. Ex quo loco Varronis tribunatum duxisse puto Fabricium cum aliis. Antiquitates rerum divinarum C. Caesari inscripsit Varro, a quo demum A. V. 706 in gratiam fuit receptus, ut supra admonui. Hunc igitur annum et sequentem impendisse videtur Varro Antiquitatibus rerum divinarum ad Caesarem perscribendis. Antea enim vix alicui probabimus, hominem, Pompeio deditissimum multisque eius beneficiis obstrictum, Caesaris gratiam scripto captasse.

Sequitur in Ciceronis Academicis locus: *Et tamen in illis veteribus nostris, quae Menippum imitati non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, multa admista ex intima Philosophia, multa dicta dialectice: quae quo facilius minus docti intelligerent, iucunditate quadam ad legendum invitati, in laudationibus in iis ipsis antiquitatum prooemiis philosophiae, scribere voluimus: si modo consecuti fuimus.* Quo difficili in loco duas esse lacunas statuit Casaubonus; contra Ernestius noster difficultatem omnem tolli putabat verbis sic transpositis quibusdam et correctis: *in laudationibus philosophiae in iis ipsis antiquitatum prooemiis efficere voluimus, si modo consecuti sumus.* Verum vix persuadebit lectori, laudationibus philosophiae in Antiquitatum prooemiis positis Varronem efficere voluisse, quo facilius, iucunditate quadam ad legendum invitati, minus docti intelligerent, quae in Satyris Menippeis vel dialectice dicta vel ex intima philosophia admiscuerat Varro. Igitur statuere oportet, post vocabulum *invitati* multa verba intercidisse. Reliqua sic ordinaverim, uti suasit Ernestius; sed philosophiae laudationes interpretabor de libris Varronis, de Philosophia scriptis; quorum secundum de

forma Philosophiae Charisius Grammaticus laudavit; librum de Philosophia simpliciter indicavit Augustinus XII 4, XIX 1. Hos igitur de Philosophia libros, ante A. V. 708 scriptos ponere oportet; Satyras autem Menippeas multis etiam annis antea; quoniam ipse Varro haec sua scripta vetera appellat. Haec eadem respexit Cicero, dum cap. 3 Varroni ita respondit: *plurimumque poëtis nostris omninoque latinis et literis luminis attulisti et verbis, atque ipse varium et elegans omni fere numero poëma fecisti, philosophiamque multis locis inchoasti ad impellendum satis, ad edocendum parum.* Tenemus igitur Ciceronis iudicium de libris Varronis, quibus hic philosophiam laudaverat, quibusve multa ex intima philosophia et multa dicta dialectice admiscuerat. Deinde ex eodem testimonio cognoscimus, Satyras Varronis Menippeas carminibus omni fere metrorum genere commistam habuisse orationem; quod apparet etiam ex reliquiis, a viris doctis collectis. Admonet hic locus, ut dispiciamus, qui qualesque fuerint libri Varronis, quos Scriptores veteres *logistoricos* vocare solent, unde ipsum Varronem *logistoricum* appellavit Sidonius Apollinaris. Ex logistorico Catus seu de liberis educandis excerpsit locum Gellius IV 16, et XX 11. Mercerius ad Nonium p. 207, a Satyris Menippeis diversos facit, ea quidem differentia, ut prosaica oratione toti perscripti fuisse videantur, quum Satyris admisti essent versus omni metrorum genere.

Menippearum Satyrarum ingenium etsi Varro ipse satis indicavit, clarius tamen ex Fragmentis earum permultis agnoscere licet, et ex iudicio veterum scriptorum de scriptis Menippi Gadarensis, de quo Diogenes VI 99, *τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ κατ' αὐτὸν γενομένου.* Strabo

libro XVI Menippum σπουδαιογέλοιον appellavit. Menippum circa Olymp. 170 vixisse, statuit cum aliis Reiske in Notitia Poëtar. Antholog.; quam rationem si sequimur, non longe abfuit Menippus a iuventute Varronis. Potuit igitur recens et celebratum a multis exemplum Menippi Varronis ingenium ad aemulationem excitare. Menippeas ipse Varro inscripsit Satyras suas; alii tamen Cynicas vocarunt, teste Gellio II 18. De versibus senariis Satyrarum testatur idem VII c. 16. Satyram, qua Cn. Pompeii cum Caesare et Crasso conspirationem (factam A. V. 694) perstrinxerat, memorat Appianus B. C. II, c. 9, eamque Τρικάρανον inscriptam fuisse memorat. Tituli rationem cognoscere licet ex loco Varronis de Vita populi romani apud Nonium in verbo *biceps*, ubi est de nescio quo: *ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum civilium fontem.*

A Cicerone nunc digressi reliquorum librorum annos investigabimus notis, si quas forte in Fragmentis latentes nacti fuerimus.

Librum de aestuariis ipse laudat de L. L. p. 105, scriptum igitur ante A. V. 708.

Libros Tribuum ibidem p. 16.

Libros IX Disciplinarum ad M. Coelium Rufum scriptos memorat cum aliis Vitruvius in Praefatione libri VII. Ex libro V fragmentum posuit Gellius X 1, ubi est: *Et Pompeius timide, quod in Theatro, ne adscriberet Consul tertium aut tertio, extremas literas non conscripsit.* Atqui Pompeius tertium Consul fuit solus, reliquis competitoribus ambitus damnatis; secundum fuit A. V. 699 Consul cum Crasso, quo Theatrum dedicasse editis ludis dicitur a Plinio. M. autem Coelius Rufus, Pompeianarum partium item studiosus et antiquitatis affectator, occisus est A. V. 706, auctore Caesare B. C. III 20—22: unde sequi-

tur, libros a Varrone ad Coelium inter A. V. 699 et 706 scriptos fuisse.

De Gente populi romani libros laudans Arnobius V, locum hunc posuit: *A diluvio Deucalionis et Pyrrhae adusque Hirtii Consulatum et Pansae annorum esse millia nondum duo.* Igitur post A. V. 710 scripti erant libri.

Libros de Vita populi romani ad Pomponium Atticum scripsisse videtur post A. V. 704, quo Hortensius orator mortuus est. Ita enim apud Plinium XIV sect. 17, Varro loquitur: *Hortensius super decem millia cadûm heredi reliquit.* quae eadem verba Nonius ex tertio libro ad Pomponium Atticum laudavit. Sed ecce locum ex libro IV apud Nonium sub verbo *obstrigillare: Quod Curio quum id fecisset, dicebat amicis, ut illi renuntiaretur, se obstrigillaturum ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret consul.* Quae ad Caesarem et annum V. C. 703, pertinere docet temporum ratio. In altero loco apud eundem Nonium sub vocabulo *caecum* ex libro IV memorantur *mandata Arcana, T. Ampio data a Consulibus;* quae eadem respexit Cicero ad Attic. VIII 11, et pertinent ad A. V. 704. Denique idem Nonius sub vocabulo *anceps* habet locum ex eodem libro: *Caesar reversionem fecit, ne post occipitium in Hispania exercitus qui erant relinqueret; quo se coniiceret Pompeius, ut ancipiti urgeretur bello.* quae videntur ad A. V. 705 pertinere.

Servii Clodii, equitis romani, contra podagrae dolores crura sibi veneno perungentis, atque ita postea sensu omni et dolore in ea parte corporis carentis, meminit Varro ad Plinium XXV, s. 7, quem in Graecia alicubi mortuum CSS. Q. Metello Celere et L.

Afranio loquuntur Epistolae Ciceronis ad Attic. I 20, II 1.

Laudationem Porciae, M. Catonis sororis, uxoris Domitii Ahenobarbi, a M. Varrone scriptam, memorat Cicero in Epistola ad Atticum XIII 48, A. V. 709 scripta.

Post Caesaris interitum inter proscriptos a triumviris A. V. 711 nominat Varronem Appianus B. C. IV 47, cum hoc elogio: φιλόσοφός τε καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, ἐστρατευμένος τε καλῶς καὶ ἐστρατηγηκώς. Servatum a Caleno amico addit, in cuius villa delituerat. Quem Calenum fortasse licebit eundem censere cum Suberino Caleno, qui cum Varrone in Hispaniam ad Pompeium fugerat.

Mortem Varronis tangit Plinius XXXV, s. 46: *M. Varro Pythagorico modo in myrti et oleae atque populi nigrae foliis* (condi defunctum maluit). Idem libro XXIX, s. 18: *nisi M. Varronem scirem* 88^mo^ *vitae anno prodidisse aspidum ictus efficacissime sanari, hausta a percussis ipsorum urina.* Quod idem remedium Dioscorides II 9 tradidit. Paulo accuratius mortem narrat Valerius Maximus libro VIII 3: *Terentius Varro humanae vitae exemplo et spatio nominandus, non annis, quibus saeculi tempus aequavit, quam stylo vivacior fuit; in eodem enim lectulo et spiritus eius et egregiorum operum cursus exstinctus est.* Annum, quo ex vita migravit Varro, ignoramus, nec in seculi spatio aequato convenit Eusebius. Verum id nunc non curo, scriptorum a Varrone librorum numerum in annos quomodocunque digessisse contentus; simul enarrare breviter volebam res, ab eo ipso aut eius aetate gestas, quarum obiter in libris de re rustica aliisque facta est mentio, ne lectores singulis

in locis annotatione vel longiore vel saepius repetita morarer. Praeterea lectorum intererat scire, quo Vrbis conditae anno libri de re rustica, de lingua latina, aliique, quorum fragmenta multa supersunt, temporum vestigiis passim notata, publicata essent a Varrone. Alia enim et plane diversa ab antiqua forma et ratio anni mensium dierumque fuit postea quam a Iulio Caesare fasti correcti fuerant, cuius disciplinam secutus est Varro in libris, quos hodieque reliquos habemus, inprimis in libri de re rustica primi cap. 28, ubi anni solaris intervalla, a rusticis romanis observata, in operibus suis exsequendis accurate persequitur.

Postquam haec commentatus eram, forte in Dionis Cassii locum 47, 11, incidi, ubi quidam M. Terentius Varro tribunus plebis A. V. 711 fuisse traditur, qui scripto publico significavit, se non esse eum Varronem, cuius nomen inter proscriptos fuerat publicatum. Hic quidem videtur intelligi is, de quo Velleius II 71, *nam Varro, ad ludibrium moriturus Antonii, digna illa ac vera de exitu eius magna cum libertate ominatus est.* ubi nimis levi de causa interpres Bipontinus Favonium substituebat, ne doctissimus Romanorum Varro in suspicionem caedis veniret, quippe qui proscriptioni supervixerit. At plures Varrones ea aetate fuere Romae. Male etiam Dionis interpres Varronem nostrum intelligebat, quocum ille tribunus plebis commune nomen gentilitium habebat. Ceterum tribunus iste plebis M. Terentius Varro potest videri idem esse, quem sub M. Varronis nomine M. Bruto, Galliae Cisalpinae praefecto, quaestorem A. V. 708 commendat Cicero Epistol. XIII 10. Noster tum Varro annum aetatis 71 agebat; nec ullo modo ad mentionem istius tribunatus pertinere potest.

Aedilitatem Muraenae et Varronis coniunctim ex Vitruvio II 8, memoravit Plinius 35, sect. 49, ubi Lacedaemone excisum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturae ligneis formis inclusum, Romam ab iis deportatum in aedilitate ad Comitium exornandum refert. Videtur igitur ea res ad communem eorum virorum aedilitatem pertinere. Sed Varro is cuius gentis fuerit, potest dubitari. Fuit enim Aulus Terentius Varro Muraena; fuere plures Muraenae, quorum nec aedilitatem nec reliquam aetatem accurate cognoscimus. Obiter de facto, a Plinio narrato, pauca dicam. Simile est, quod idem eodem libro sect. 45, de aede Cereris ad Circum maximum narrat ex Varrone: *ex hac quum reficeretur crustas parietum excisas tabulis marginatis inclusas esse.* Quem locum si comparemus cum Vitruvio VII 3, rectius huius verba interpretari poterimus, quam vulgo factum est. Postquam Graecorum in tectoriorum apparatu subtilitatem narraverat, haec addit: *Itaque veteribus parietibus nonnulli crustas excidentes pro abacis utuntur, ipsaque tectoria abacorum et speculorum divisionibus circa se prominentes habent expressiones.* Priora pertinent ad historiam parietum lateritiorum Lacedaemoniorum, a Muraena et Varrone excisorum, et tabulis seu formis inclusorum, ut in publico aedilitatis munere tanquam abaci exponerentur admirationi populi. Posteriora autem verba significant in tectoriis graecis, magna subtilitate inductis, abacorum et speculorum formam expressam divisionibus tectorii et prominentem marginibus adfuisse. Abaci et vasa abacorum ad luxum et magnificentiam divitum pertinebant; iique divisi fuisse videntur lacunaribus vel diversicoloribus paginis; unde ex similitudine abacus arithmeticus, in quo ducebant

calculos, dictus esse videtur. Horum igitur abacorum et speculorum margines Vitruvius prominentes expressiones vocavit. Ineptissime locum Perraltus et Galianus sunt interpretati. Abacorum in tectoriis tricliniorum hibernorum, ex atramento subactorum et politorum, interpositis cuneis silaceis, meminit Vitruvius VII 4.

Denique Varronis librum de Poetis, quem respici a Cicerone in loco Academicorum nunc demum agnosco, ad imitationem Graecorum Διδασκαλειῶν scriptum, ante Ciceronis Academica et Brutum publicatum fuisse, admonui in nota ad Ciceronis Brut c. 18, in editione Wetzelii mei.

*Postquam haec in chartam coniecta Lipsiam transmiseram, incidit mihi dubitatio de infortunio, quod Varroni iterum ex triumvirorum proscriptione accidisse dicitur. Fundum Casinatem Varronis Antonius, absente Caesare, qui tum Alexandriae fuit A. V. 704 exeunte et 705 ineunte, occupaverat, quanquam Caesar, Antonio, ea de re ad se scribenti, respondens, ut Varroni fundum redderet admonuit. Haec verbis non dubiis refert Ciceronis Philipp. II 40. Quid vero deinde causae fuisse dicamus Varroni, ut posteaquam a Caesare Bibliothecae publicae praefectus in litteris librisque totus abditus consenuerat, odiis se civium turbulentorum immisceret, adeoque mereretur in numero proscriptorum proponi A. V. 710? ad quem pertinet narratio Appiani Civ. IV 47, qui tamen ipse subdubitasse videri possit de narrationis alienae fide. Addit enim Varronis, philosophi historiaeque scriptoris, nomini tale elogium: ἐστρατευμένος τε καλῶς καὶ ἐστρατηγηκώς, καὶ ἴσως διὰ ταῦτα ὡς ἐχθρὸς μοναρχίας προὐγράφη. Laudem igitur rei bellicae, bene antea a Varrone gestae, suspicatur. suspicionem de Varronis

animo, monarchiae infesto, movisse, atque in causa fuisse, cur in proscriptorum numerum referretur. Verum, quod iam antea monui, id mihi narrationis Appianeae fidem dubiam facit. In gratiam cum Caesare redierat Varro tam certa fide, ut ab eo Bibliothecae praefectus simul etiam studia per aliquod tempus intermissa repeteret, totumque se libris et legendis et scribendis traderet. Nihil igitur in animis Caesaris et Caesarianorum videtur potuisse residere suspicionis de animo Varronis iniquo et infesto hostibus reipublicae, quem olim ille satis luculenter, scripta in conspirationem Pompeii cum Caesare et Crasso Satyra, declaraverat. Quid si suspicemur, Varronis eiusdem, quem a triumviris proscriptum prodidit etiam Dio Cassius, nomen erroris occasionem praebuisse Appiano, ut clarissimum et notissimum cognominum Varronum intelligi et ipse putaret et a nobis vellet? Sed ipse Varro supra p. 225, in loco Gellii III 10, se proscriptum bibliothecasque suas direptas queritur, in libro post Caesaris mortem scripto. Potuit igitur spectare proscriptionem a triumviris factam vel ab Antonio A. V. 711. Nam de priore ab Antonio facta proscriptione nihil diserte traditum exstat. Cicero villam Casinatem occupatam ab Antonio tantum tradidit.

Ceterum Fragmentis librorum Varronis hoc addendum est, quod ex Codice Guelferbytano Commentariorum Pompeii Grammatici in Artem Donati prodidit Iac. Fr. Heusinger post Mallii Theodori de Metris Librum p. 64: *Varro dicit in libris, quos ad Actium scripsit, sedecim fuisse* (apud Romanos literas); *postea tamen crevisse et factas esse viginti tres. Tamen primae, quae inventae sunt, fuerunt undecim. Postea item (autem* corr. Heus.) *viginti tres factae sunt. Illic*

commemoratur, qui illam literam fecit, qui illam. Vbi Cel. Ruhnkenius in nota apposita suspicatur, scribendum esse *ad Atticum*, ut intelligantur libri de Vita populi romani quos ad Atticum scriptos testatur Sosipater Charisius Instit. Grammat. I. p. 101. Mihi tamen tractatio literarum grammatica a Varronis de populi romani vita ad Atticum scripto libro magis quam a reliquis eius de lingua latina libris permultis aliena esse videtur. Obiter etiam monebo, Codicem a me inspectum habere scriptum *in aliis libris*: nec rationem comminiscor, cur *aliis* omiserit Heusingerus.

Varronis meminit idem Pompeius fol. 221, *lact*: *Lectum est hoc saepius, praecipue apud Varronem. Ille dicit, lac non debemus dicere, sed lact. Sed dixit Caesar contra ipsum rem valedissimam: nullum nomen duabus mutis terminari.*

Obiter addo locum Ennii apud Varronem de L. L. IV a viro docto in margine libri Spanheimiani Bibl. regiae Berolinensis correctum. Vulgo legitur editus: *O terra trita* (varietas habet *terca) ubi Liberi fanum in cuius muro locavi.* Codex a viro docto, cuius manum notam non habeo, comparatus, dabat: *treca in civium maro.* unde V. D. corrigebat: *O terra Threca, ubi Liberi fanum inclutum Maro locavi:* locumque interpretatur de Marone, Bacchi commilitone, a quo Maronea, Thraciae urbs, fuerit condita.

Coronidem huic disputationi non inhonestam, ut puto, imponet collectio sententiarum Varronis sub nomine proditarum in semivetere scheda, unde descriptas a C. Barthio in Advers. XV 19, repetiit Fabricii Bibl. Lat. T. I. p. 132 ed. Lips. Quas equidem longe integriores atque auctiores reperi in Vincentii Speculo Doctrinali atque Historiali; igitur non committendum putavi, ut diutius in latebris istis et in

sterquilinio, quod nauseabundi perscrutantur haud multi, abiecti laterent et marcescerent flores prudentiae civilis egregii, si non ex ipsius Varronis nostri ingenio librisque decerpti, quovis certe alio romano ingenio, ut mihi quidem videtur, non indigni. Licet suspicari, ex pluribus Varronis libris sententias has esse excerptas a studioso eorum lectore et in Syllogen coniectas, unde aliquot descriptas posuit librarius, auctor schedae Barthianae, plures autem Vincentius S. H. VII, c. 58, cuius haec est Praefatio: *Exstant igitur sententiae Varronis ad Atheniensem auditorem morales atque notabiles, de quibus has paucas, quae sequuntur, excerpsi.* Sequitur deinceps cap. 59: *De sententiis Varronis moralibus.* Cui Syllogae paucas aliquot ex Speculo Doctrinali adieci, cum lectionibus iis, quae reliquas sententias, aliis in locis repetitas, variant. Quod inscriptio Atheniensem auditorem nominat, istud suspicor errore librarii exscribentis factum esse, qui sententias plures ex libris fortasse pluribus, a Varrone ad Atticum amicissimum scriptis, excerpserat. Ex libro de Educandis liberis translatas esse coniicio postremas sententias, quae eiusdem argumenti mentionem habent. Sed iudicium penes lectorem esto, qui Barthianam lectionem, in margine paginae infra subiectam, comparabit.

SENTENTIAE VARRONIS.

I. Cum natura litigat, qui mori grave fert.
II. Duplex est malum, quum, quod necesse est, moleste ferimus.
III. Loquaris ut omnes, sentias ut pauci.
IV. In multis contra omnes sapere desipere est.
V. Ficte referas gratiam invite danti.
VI. Vix datum, ne putes beneficium sed praedam.
VII. Semel dedit, qui rogatus, bis qui non: extorquere est plus quam semel rogare.
VIII. Turpissimum est, in datis sperare; pulcerrimum est cum foenore data reddi.
IX. Ex animo dantis censetur munus magnum.
X. Amici divitum paleae sunt circa grana.
XI. Vis experiri amicum? calamitosus fias.
XII. Non refert quis, sed quid dicat.
XIII. Alit concordiam, mores ad cohabitantium animos formare.
XIV. Nemo suum putat, quod extra ipsum est.
XV. Vir bonus patriam suam, quocumque it, fert secum, et omnia sua custodit.
XVI. Eo vultu dimittendae sunt divitiae, quo accipiendae.
XVII. Vulgus quicquid cum gaudio accipit, cum fletu amittit.
XVIII. Non tam laudabile est meminisse, quam invenisse; hoc enim alienum est, illud proprii muneris est.
XIX. Fides est media opinionis et scientiae, neutrum attingens.
XX. Elegantissimum est docendi genus exemplorum subditio.
XXI. Facilitas intelligentiae veri parit negligentiam.
XXII. Amator veri non tam spectat, qualiter dicitur, quam quid.
XXIII. Illum elige eruditorem, quem magis mireris in suis quam in alienis.

V. Incipit scheda Bart. *M. Varro dixit: ficte — dante.*

VI. B. *ne ben. putes.*

VIII. B. in *mendaciis confidere: pulcherrimum est foenore datam gratiam reddere.*

IX et X. omittit B.

XII. B. *dicam.*

XIII. B. omittit.

XIV. B. *putet.*

XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. Bart. omittit.

XVIII. Sp. D. II, 37, hanc sententiam XXIII adnectit.

XX. B. *Excellentissimum est* cet. Sp. D. II, 37, *elucentissimum autem est edocendi.* sed VI, c. 54, *elucidissimum autem edocendi genus.*

XXIII. Sp. D. *Illum autem.* indidem *in* ante *alienis* inserui.

XXIV. Omnia nosse est impossibile, pauca vero laudabile.

XXV. Sunt quaedam quae eradenda essent ab animo scientis, quae insereudi veri locom occupant.

XXVI. Multom interest, utrum rem ipsam an libros inspicias. Libri non nisi scientiarum paupercula monimenta sunt: principia inqoirendorum contineut, ut ab his uegotiandi principia sumat animos.

XXVII. Eo tantum studia intermittantur, ne obmittantur. Gaudent varietate Musae, non otio.

XXVIII. Nil magnificum docebit, qoi a se nil didicit. Falso magistri nuncupantur auditorum narratores. Sic audiendi sunt, ut qui rumores recensent.

XXIX. Tam ridenda est in sene puerilitas quam obstupescenda in pucro optimorum morum constantia.

XXX. Sic multi libros degustant, ut convivae delicias. Sed cito transcursa citius labuntur.

XXXI. Renuit Philosophia fastidientem stomachum; ad simplicem coenam hilarem invitat convivam.

XXXII. Sapiont vasa quidquid primum acceperint. Sic est de infantibns. Canale vero fissum est auris, quod accepta memoriae non commendat.

XXXIII. Non essemus pauperes, si nesciremur qoid est paupertas.

XXXIV. Nescire quid est paupertas, optimus est ad summas divitias progressus. Non est miser, nisi qui se esse credit.

XXXV. Nusquam perveniet, qui quot videt sequitur calles.

XXIV. Sp. D. II, 33, *Omnia quidem — non laudabile.* Ibi vero haec sententia post XXVI et XXVII, hae vero post XXX, XXXI, positae leguntur.

XXVII. Sp. D. bis habet *Eo vero tantum — omittantur.* Scheda Barth. *Studia tantum.* Verba *Gaudent — otio* ex Sch. B. adscivi in locum lectionis Vinc. *Gaudet natura varietate.*

XXVIII. Sch. B. verbis *nihil dicit* concludit sententiam. S. D. eandem repetit sic: *Falsoque — sic igitur audiendi.*

XXIX. S. D. *Sicut ridenda — sic obstupescenda*; unde verbum postremum adscivi in locum *obstupenda* quod est in S. II.

XXXII. Verba *Sapiunt — infantibus* ex S. D. II, 41, addidi, ubi etiam est *Canale vero — quod.* In S. H. est *cannale fissum — quae.* In S. D. VI, 42 est: *Sic ridenda* (XXIX) — *constantia. Sapiunt quidem vasa — sic est et de infantibus.*

XXXIII. Sch. B. *si ignorare nos pateremur quid esset paup.*

XXXIV. Sch. B. *Optimus est a s d. pr. ignoscere se paupertati — qui sic se esse putat.*

XXXV. Sch. B *perveniet* dedit pro Vinc *deveniet*

XXXVI. Non tam modeste quivis sua miratur quam aliena: hoc autem fit, quoniam nemo sibi invidet.

XXXVII. Imperitiae signum est, quod difficillimum est exigere cito fieri.

XXXVIII. Nulla iactura gravior est scienti quam temporis.

XXXIX. Viatores non eunt, ut eant: sic et vita non sui causa fit, sed ut in ea praeclarum aliquid fiat.

XL. Qui in magnis excellit, etiam invitus laudabitur.

XLI. Non est felicitas, quae secum recipit miseriam.

XLII. Adulatoris est specimen, cum laus postulationem praecedit.

XLIII. Contemnendi sunt ineruditorum contemptus, si vis ad summa progredi.

XLIV. Multi laudem amittunt, quoniam ipsi eam de se praedicant. Hoc autem uno modo sapiens se laudat, quae in ipso apparent, bona, in aliis praedicando.

XLV. Desiderata non habita magni fiunt, habita vilescunt.

XLVI. Vtile sed ingloriosum est ex illaborato in alienos succedere labores.

XLVII. Nunc in segetibus aiunt in herbis, in herbis in frumentis bona sunt. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audivi inter os et offam multa intervenire posse. Verum inter herbam et offam longum intervallum est.

XXXVIII. Sch. B. *temporum*.

XXXIX. Sch. B. *Viat* non *vadunt* — *sic vita* indidem *in* ante *ea* addidi.

XLII. Sp. D. III, 168, *Adulationis* — *praestolationem*. Prior lectio verior esse videtur.

XLIII. *Contemnendi*. Ita S. D. III, 83, et Sch. B. cum S. D. habent *Abiiciendi*. Ceterum Sch. B. sententiam dividit et auget ita: *Si vis ad summum progredi ab infimo ordire*.

XLIV. Sch. B. *quam ipsi de se dicunt*. atque in his verbis desinit Sylloge Barthiana.

XLV. Sp. D. III, 119, recte sic, quum S. H. *magni sunt* habeat scriptum.

XLVII. Haec postrema sententia sub Varronis nomine exstat in uno S. D. VI, 128 loco, variis modis temerata a librario; nec medicinam vitio commodam adhibere possum. Apparet tamen respici proverbium: *messis aut frumentum in herba est*. Videant doctiores; equidem prudens longiore annotatione abstineo; quanquam loci sunt aliquot, quos non intelligo.

CAPITA

REI RVSTICAE EX RHEGIENSI EDITIONE ANNI CIϽ CCCC LXXXII CVM VARIETATE LECTIONIS EX IPSA LIBRI INSPECTIONE DVCTAE.

Capita Libri I

1. *Graeci et Latini qui de re rustica scripserunt*
2. *Quae disiungenda sunt ab agricultura.*
3. *Vti ars (ex) sit agricultura. (agr. sit conclusio.)*
4. *Quae agriculturae sint principia et fines.*
5. *Quot partes habeat disciplinae cultura.*
6. *De solo fundi quae et quot sint videnda.*
7. *Quis sit ager optimus, (et) quis (eo) ei proximus, et quis deinceps.*
8. *Quod species vitis plurimae sint.*
9. *Quod tribus modis terra dicatur bona, aut non bona, aut communis.*
10. *Quot modis metiantur rura.*
11. *Quo sit villa statuenda modo, et quae in villa.*
12. *Quo sit loco potissimum villa statuenda.*
13. *Quod in villa primitus faciunda sint bubilia et ovilia, et cellae, vasaque vinaria, olearia, et alia. (et vasa vinaria et olearia.)*
14. *De septis quae tutandi fundi causa fieri debeant, et qualiter.*
15. *Ad quid inventae saepes.*
16. *De eis quae extra fundum commoda fiant aut incommoda.*
17. *Quibus rebus agri colantur.*
18. *De numero familiae rusticalis, (et) quot operis quisque ager coli possit, et de modo cuiusque.*
19. *Quot iuga boum singulis iugeribus satis sint; quod instrumentum agreste semivocale nuncupetur (nuncupatur.)*
20. *De eligendis bubus, (et) de modo probandi et edomandi novellos iuvencos.*
21. *De canibus: sine quibus utique villa parum tuta sit.*
22. *Qualiter universus instrumentorum apparatus fundi instituatur.*
23. *Quae et quo quidque (quicque) loco maxime oporteat serere.*
24. *Olea in quo agro serunda sit, qua parte, quo ordine.*

55. *De olea legenda.*
56. *De foeno condendo.*
57. *De tritico condendo.*
58. *De faba et leguminibus et uvis condendis.*
59. *De pomis condendis.*
60. *De olea condenda.*
61. *De amurca condenda.*
62. *De promendis frugibus tuendi causa.*
63. *Quemadmodum frumentum sit promendum.*
64. *De amurca tuenda ac promenda.*
65. *De vino promendo.*
66. *De olea promenda.*
67. *De nuce et palmula.*
68. *De uvis (et) malis, et sorbis pensilibus promendis.*
69. *De farre promendo vel (aut) ad cibaria, (cibarium aut) vel ad sationem, vel (aut) ad vendendum.*

Victorius in libris manuscriptis libri primi titulos, ante ipsum librum positos, reperit, caeterorum librorum nullos plane ibi reperit: igitur hos spurios censebat esse. (*Si hos titulos inspicere lubet, in capite cuiusque libri eos reperies: ordo namque huius editionis eos iunctim edere vetat.* T.)

DE AGRICVLTVRA

LIBER I.

1. Otium[a] si essem consecutus, Fundania, commodius[b] tibi haec scriberem, quae nunc, ut potero, exponam, cogitans[c] esse properandum, quod (ut dicitur) si est homo bulla,[d] eo magis senex. annus enim octogesimus admonet me,[e] ut sarcinas[f] colligam ante quam

Cap. I. (a) *Potius essem* I. B. Br. R. Iuntt. *si* OTIVS *essem* W. (b) *et com. si tibi* I. B. Br. R. Iuntt. *et commodius tibi* W. (c) *quod citatus esse* W. (d) *bula* I. B. R. W. Br. (e) *me* omitt. W. Ceterum Plinius xviii. c. 3. ex

Cap. I. *Otium si essem consecutus*) *Potius essem consecutus* antiquam lectionem probans Pont. interpretatur: meliora fuissem traditurus, si otiose et lente scribere potuissem. In sqq. scribit: *sci commodius tibe hacc screiberem.* Cod. Wratisl. S. Repar. et Laurent. *et commodius tibi* habent. Postea *Anus enim XXCI* ex Plinio posuit Pontedera. Denique *cumfacere* pro *conficere* probat.

Fundania) Filia C. Fundanii, quem socerum vocat infra cap. 2, amicum habuit Cicero; vide ad Q. Fratrem I, epist. 2. A Pompeio ad Caesarem C. Fundanium equitem transfugisse, legimus in libro de B. Hispan. c. 11.

2 proficiscar e vita. Quare, quoniam emisti fundum,
quem[g] bene colendo fructuosum quum facere[h] velis,
meque[i] ut id mihi habeam curare roges, experiar. et
non solum, ut ipse quoad[k] vivam, quid fieri opor-
3 teat ut[l] te moneam, sed etiam post mortem. Neque
patiar Sibyllam non solum cecinisse, quae, dum[m] vi-
veret, prodessent hominibus, sed etiam quae[n] quum
perisset ipsa, et id etiam ignotissimis quoque homi-
nibus; ad cuius libros tot annis post publice[o] sole-
mus redire, quum desideramus quid faciendum sit
nobis ex aliquo portento: me, ne dum vivo quidem,
4 necessariis meis quod prosit facere.[p] Quo circa scri-
bam tibi tres libros indices, ad quos revertare, si qua
in re quaeres,[q] quemadmodum quidque te in colendo

h. l. refert annum octogesimum primum aetatis; itaque cum Vrsino Harduinus h. l. legi volebat XXCI. Contra Popma Plinium ex libris Varronis corrigebat. (f) *sarcinulas* W. deinceps *evitar* W. (g) *cum* A. Ba. G. *collendo* deinceps Wr. (h) Vulgo *conficere*. I. B. Br. R. A. Ba. G. *eum facere*. P. et Iunl. *cum facere*. Wrat. *cum fructuosum facere*. (i) *meque adhibeam curam roges* I. B. R. Br. *meque uti adhib. curam* A. Ba-G. *meque uti id hab.* W. *ut id habeam curare* Codd. Vrsini; unde corrigit ipse: *ut id habeam curae*. Lipsius Ep. Quaest. IV, 11. similiter corrigit *curae*. Cod. Ryckianus: *uti mihi habeam curare*. (k) *quaad* Pol. eandem lectionem ex Codice antiquissimo hic et alibi annotavit Victorius. (l) *ut* om. Wr. sed defendit pleonasmi titulo Gesner. (m) *cum* I. B. R. Br. (n) *quae* omitt. W. (o) *publica* B. R. (p) *Sed mortuo equidem* additur I. B. R. Br. (q) *cures* P.

Curare) Graecismi et antiquitatis titulo defendit lectionem pessimam Schoëttgen; equidem cum Vrsino malim: *ut id habeam curae*. Forte fuit *adminicularem*. Sic in Prooemio Catonis seu de liberis Educandis apud Nonium p. 77 Mercerii: *Quod petisti ut eius educationis fierem tibi socius, quoad potui adminiculavi tuam voluntatem scribendo.*

Neque patiar) Vrsinus malebat: *neque enim patiar.*

Et id etiam — hominibus) Haec verba Vrsinus statim adiungenda censet illis *prodessent hominibus, et id etiam ignotissimis quoque; sed etiam* etc. Deinceps verba *ad cuius — portento* parenthesi includit.

Me, ne dum vivo quidem) *Mene, dum veivo quidem, necessaris meis quod prosit facere?* intellige *non pudebit?* ut apud Virgilium: *Mene incoepto desistere victam.* Ita h. l. Pontedera corrigebat et interpretabatur.

Indices) Velut indices, recte mo

oporteat facere. Et quoniam (ut aiunt) Dei facientes adiuvant, prius invocabo eos; nec, ut Homerus et Ennius, Musas, sed XII deos consentis: neque tamen eos urbanos, quorum imagines ad forum auratae stant, sex mares, et foeminae totidem, sed illos XII deos, qui maxime agricolarum[r] duces sunt. Primum, qui omnes fructus[s] agriculturae caelo et terra continent, Iovem, et Tellurem. itaque quod[t] ii parentes magni dicuntur, Iuppiter, pater appellatur,[v] Tellus, terra[x] mater. Secundo Solem et Lunam, quorum tempora observantur, quum quaedam seruntur[y] et conduntur.[z] Tertio Cererem et Liberum, quod horum

(r) *agricularum* P. (s) *fructos* P. (t) *quod hi* I. B. R. Br. *duo hi* A. I. I-G. item H. St-D. plane Cod. Ryckianus, probante Schoettgenio, qui *itaque* abesse malebat. (v) *appellatur* deest a. V. (x) *vero* a. V. (y) *serantur et condantur* a. V. exceptis P. I. I. (z) *in tempore* add. I. B. R. I. I. *in terra* Ba-G.

nente Salmasio in Prolegomm. ad Solinum.

Facientes) Gesner intelligit sacra, vota facientes.

Consentis) De ipso vocabulo vide Gr. Arnaldum de Diis paredris c. 6, qui Ennii distichon posuit: *Iuno, Vesta, Ceres, Deiana, Minerva, Venus, Mars, Mercurius, Iovi', Neptunus, Volcanus, Apollo.* Idem ex Thucydide VI, p. 417, duodecim deorum aram, in foro positam Athenis, annotavit. Addo locum Arnobii III, p. 123: *Varro qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus coeli deos esse censet, quos loquimur, nec eorum numerum nec nomina sciri. Hos consentes et complicet Etrusci aiunt et nominant, quod una oriantur et occidant una, sex mares et totidem foeminas nominibus ignotis et miserationis parcissimae, sed eos summi Iovis consiliarios ac principes existimari* ubi Vrsinus corrigit *memorationis parcissimae.* Hos Ennianos deos an Varro dicere voluerit, affirmare equidem non possum. In Kalendario rustico marmoreo Farnesiano singulis anni mensibus iidem dii tutelares adscribuntur, notante Stewechio ad Arnobium p. 120, qui titulos posuit. Ibi vero mensis Maius in tutela Apollinis esse dicitur, quem Plutarchus in Numa Mercurio dicatum esse affirmat.

Agricolarum — omnes fructus) *agricularum — omnis fructos* ex Polit. et Laurentiano Codice praefert Pontedera. Postea *hi parentes* ut de Cerere et Libero: *quod horum fructus.*

Parentes magni) Vrsinus malebat *parentes et magni.* Deinceps verba *Iuppiter pater, ap. Tellus terra mater* ab aliena manu addita censebat.

Iuppiter — terra mater) Haec verba cum Vrsino spuria censuit etiam Pontedera, qui in Caesen. et S. Repar. Codice reperit *appellabatur.*

fructus maxime necessarii ad victum.[a] Ab his enim
6 cibus et potio venit e fundo. Quarto Robigum ac[b] Floram, quibus propitiis, neque robigo[c] frumenta atque[cc] arbores corrumpit, neque non tempestive florent. Itaque publicae[d] Robigo feriae robigalia;

A. (a) *siut* adiic. a. V. (b) *et* a. V. (c) *robigo* I. B. R. Br. reliquae *rubigo*. (cc) *adque* P. (d) *publice* Pol. deest I. B. R. Br. (e) *olea* a. V. (f) *etiam*

Robigo feriae robigalia) Etiam de L. L. V, 3, robigum deum nominat, et Festus, qui septimo Kalendas Maias robigalia fuisse celebrata addit. Contra *Robiginem* deam nominat et preces ad eam factas refert Ovidius Fastorum IV, 907, unde de natura rubiginis haec referam. *Si culmos Titan incalfacit udos, tum locus est irae, diva timenda, tuae, parce precor, scabrasque manus a messibus aufer.* ubi vides, cum scabie comparari rubiginem. Atque ita Calpurnius Ecloga V, 76, de ovibus, forfice tondentium laesis: *quae nisi ferro rumpitur, ah miserum fragili rubigine corpus corrodet sanies.* Servius ad Virgilii Georg. I, 150, *robigo genus est vitii, quo culmi pereunt, quod a rusticanis calamitas dicitur. Hoc autem genus vitii ex nebula nasci solet, quum nigrescunt et consumuntur frumenta. Inde robigus deus et sacra eius septimo Kalendas Maias Robigalia appellantur. Sed haec abusive robigo dicitur; nam proprie robigo est, ut Varro dicit, vitium obscenae libidinis, quod ulcus vocatur. id autem abundantia et superfluitate humoris solet nasci, quae Graece σατυρίασις dicitur.* Graeci ἐρυσίβην dicunt rubiginem; iidem deam eo nomine coluere. Auctorem habeo Etymologicum MStum Gudianum apud Kulenkampium V. C. Ἐρυσίβη Δημήτηρ παρὰ Γοργονίοις. ἔστι δὲ πρὸς τῷ Ἑρμῳ ποταμῷ· καλοῦσι δὲ οὕτω τὴν τοῖς στάχυσι ἐπανθοῦσαν ὠχρὰν, καὶ συγκλονοῦσαν τοὺς καρποὺς, ἣν τινες αἰθαλίδα (quasi uriginem, uredinem) καλοῦσι. Ecce Hesychius: αἰθαλίδες· τὰ ἐν τῷ σίτῳ γινόμενα, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ ὕδατι σταλαγμοὺς τοὺς ἐλαίου. ubi Interpretes sensu aberrarunt. Ex loco Servii suspicari possis, plura vitiorum segetis genera communi rubiginis vocabulo fuisse olim comprehensa, veluti quod Galli *nielle* vocant, aliud *Charbon.* de quorum origine varie fuit disputatum. Segetes siccae sarritae nec humidae non infestantur rubigine, auctore Columella II, 12, s. 5. Idem X, 342, *mala rubigo virides ne torreat herbas.* Idem Arbor. 13, remedium docet, quo *nebulam et rubiginem* removeat; igitur Columella etiam a nebula, sole inusta, causam rubiginis derivat. Cato etiam c. 35, *fabam in locis validis non calamitosis serito*, ubi Columella II, 10, 5 fabam locum nebulosum pati negat. Recte igitur Servius calamitatem interpretatur rubiginem. De vocabulo *robus*, *robeus*, unde *robigo* dicitur, vide ad Columellam II, 6, 1. VI, 1, 2, X, 343. In SCto apud Gellium IV, 6: *si quid succidaneis opus esset robus succederet* ex Codd. fide corrigit Foggini ad Verrii Fastos p. 61, ubi vulgo editur: *robigus accederet.* De ceremoniis robigalium vide ad Columellae X, 343.

Florae ludi floralia instituti. Item adveneror Minervam et Venerem, quarum unius procuratio oliveti[e] alterius hortorum; quo nomine rustica vinalia instituta. Nec non etiam[f] precor Lympham, ac Bonum[g] Eventum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura, sine successu ac bono eventu, frustratio est, non cultura: Iis[h] igitur deis ad venerationem 7
advocatis,[i] ego referam sermones eos, quos de agri-

deest I. B. R. Br. *et* Pol. (g) *Boneum ventum* marg. D. (h) *His* a. V. item H. St-D. *Iis* Vict. (i) *vocatis* A. I. I-G. (k) *reperitas* Codex antiquus Victor.

Floralia) Florales corrigit Foggini ad Verrii Flacci Fastos p. 68, quia Floralia festum iam diu ante celebratum fuerit, quam ludi florales instituti fuerunt, scilicet a. V. DXIII.

Hortorum) Noster de L. L. V, p. 48, *Vinalia rustica dicuntur ante diem XII, Calend. Septembr. quod tunc Veneri dedicata aedes, et horti tutelae eius assignantur*. Plinius 19; s. 19, *quanquam hortos tutelae Veneris assignante Plauto*. Aedituos Veneris Hortorum Sallustianorum habet Inscriptio Gruter. p. 39.

Vinalia) Haec sunt altera vinalia de quibus Plinius 18. s. *aguntur a. d. decimum tertium Calendas Septembris*. Festus: *Rustica vinalia appellantur mense Augusto XIV, Cal. Sept. — eodem autem die Veneri templa sunt consecrata, alterum ad Circum Maximum, alterum in loco Libitinensi, quia in ipsius tutela horti sunt*. Vrsinus ex fragmento Festi addit: *Iumenta quoque et olitores ab opere cessant, quia omnes horti in tutela Veneris esse dicuntur*. Monet praeterea, in Calendario romano referri vinalia haec etiam ad XIV. Cal. Septembres; itaque Varronis rationem esplicat ex anno lunari, nondum ad solis cursum duobus annis additis correcto. Denique locum Plutarchi ex Problem. hunc laudat et corrigit: *διὰ τί τῶν οὐιναλίων τῇ ἑορτῇ πολὺν οἶνον ἐκχέουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀφροδίτης*. ubi vulgo legitur scriptum: *οὐερναλίων*. Cf. Ovidii *Fast.* IV, 877. Vinalia urbana Iovi sacra sunt, cui vinum calpar libabant, teste Varrone L. L. V, p. 47, et Festo in *Calpar*. celebrata IX Kalendas Maii. Vinalia priora IX Kal. Maias, id est, 23 Aprilis, assignant Fasti Verrii Flacci; altera seu rustica XIV Kalend. Septembres; cum eodem faciunt Festus et Kalendaria vetera; unde Foggini ad Verrii fastos p. 58 recte monet, locum Varronis de L. L. essa corrigendum, quod iam antea ex ratione anni Iulii, quam sequitur Varro, docuerat Pontedera Antiqq. p. 347.

Lympham) De qua ibi nihil traditum repererunt Interpretes. Est quae aquis riget arva. Bonum Eventum in nummis romanis nominatum certatim illustrarunt viri docti.

Eventum) Simulacrum eius Romae dextra pateram, sinistra spicam ac papaver praeferebat, auctore Plinio 34, s. 19, no. 16; Cf. Dissertatio Galli in *Histoire de l' Académie des Inscript*. T. IV, p. 78, annotante Gesnero.

cultura habuimus nuper, ex quibus quid te facere oporteat animadvertere poteris, in queis quae non inerunt et quaeres, indicabo a quibus scriptoribus reperias[7] et Graecis et nostris. Qui graece[l] scripserunt dispersim, alius de alia re, sunt plus quinqua-
8 ginta. Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, quum quid consulere voles, Hieron Siculus et Attalus Philometor: de philosophis, Democritus physicus, Xenophon Socraticus, Aristoteles et Theophrastus

qui malebat. *repetas*. (l) *igitur haec* I. B. R. Br. (m) *Archias* I. B. R. Br. *As*-

7. *Reperias)* Lectionem Cod. Victorii *reperitas* Scaliger mutabat in *reperites*, interpretatus *supplere* ac reparare possis. Ita *praeperare, supperam, opiperum* olim fuisse dictum pro *praeparare, supparam, opiparum*. Sed ipse Victorius malebat legi *repetas*. Popma inepte comparavit Plautinum *a diis invenit veniam sibi*. *Repetas* dedit editio Io. Parvi Paris. 1533. Pontedera *reperitas* vel *repetitas* praeferebat, saepius repetere interpretatus verbum. Mihi simplicissimum videtur *repetas* scribere.

Et Graecis) Catalogum scriptorum rei rusticae, deinceps nominatorum, minus integrum esse, monuit Gesner; desunt enim nomina latinorum scriptorum. Plinium hinc in Indices auctorum, libris suis praepositos, retulisse nomina scriptorum, monuit Reinesius V. L. II, 6, p. 161; sed multa ibi omissa reperies, ut fere pleraque scriptorum, quorum patria ignorabatur. Multa in his ignota adeoque vitiata a librariis esse, comparato Columella et Plinio intelligitur; sed medicinam his vitiis facere hodie quis ausit? Ex Arabico de re rustica opere, in bibliotheca Escurialensi servato, nomina scriptorum eadem; sed miris modis ab interprete Arabico vitiata, denuo posuit Casiri Catalog. Codd. Hisp. T. I, p. 324, quorum comparatione nihil plane proficimus.

Et Attalus) Columella I, 1, *Philometor et Attalus*. In Indice libri XVIII Plinii est: *Hierone rege, Attalo Philometore rege*. In Indice XIX, similiter est, ubi additur *Archelao rege*. Plinius 18, s. 5, *igitur de cultura agri praecipere principale fuit et apud exteros. Siquidem et reges fecere, Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus*. Hinc oritur difficultas, Philometor diversus an idem cum Attalo sit dicendus? Vrsinus, diversum faciens h. l. corrigebat: *Attalus et Philometor reges*. quem secutus Popma malebat: *Siculus rex, Attalus, Philometor*. Deinde ut reges a philosophis distinguantur, Cuperus aliter quam Vrsinus haec corrigebat legendo: *voles de regibus Hieron*. Idem Philometorem Attalorum tertium intelligi censebat, quem hortorum studiosum fuisse tradat Iustinus 36, 4. Omnino mihi vulgata Varronis lectio probatur, et Philometorem Attalum intelligi censeo. Nam latine Philometor dici rex alius nullus potuit, nomine proprio omisso; nec satis intelligi poterat, Attalum

peripatetici, Archytas[m] pithagoreus, item Amphilochus[n] Atheniensis, Anaxipolis Thasius,[o] Apollodorus Lemnius, Aristophanes Mallotes,[p] Antigonus[q] Cymaeus,[r] Agatocles[s] Chius, Apollonius[t] Pergamenus, Aristandrus[v] Atheniensis, Bacchius Milesius,[x] Bion Soleus, Chaeresteus et Chaereas Athenienses,[y] Diodorus Prienaeus,[z] Dion Colophonius, Diophanes Nicaeensis,[a] Epigenes Rhodius,[b] Evagon Thasius,[c] Eu-

cytas Pol. *Architas* I. I- G. *item* H. St. Po. D. (n) *Amphilocus* I. B. R. Br. (o) *tasius* P. *tarsius* Iens. *tharsius* B. R. Br. *Apollinis pergameneus (pergameneus* Iens.) inser. praeterea I. B. R. Br. A. (p) Vulgo *Maleotes* est. *malotes* I. B. R. *mallotes* P. et Ryck. (q) *Antigonius* I. B. R. (r) *cynicus* I. B. R. Br. *cymeus* P. I. I- G. A. it. H. St- D. (s) *Agatocles* a. V. (t) *Apollonius pergameneus supra posita nunc* omitt. a. V. *pergamenus* P. (v) *Aristandros* P. *Aristandius* B. R. Br. (x) *melesius* B. R. Deinceps *Dion* Brusch. atque infra *Bion*. (y) *atheniensis* I. B. R. Br. Iuntt. (z) Vulgo *Priennaeus* legitur. *prienneus* I. B. R. Br. (a) *nicaeensis* Pol. Vulgo *Nicensis*. (b) *rhodios* P. (c) *tasius* I. B. R. Br. (d)

quem Varro diceret, cognomen si omisisset.

Amphilochus) Vide ad Columellae V, 12, 5.

Lemnius) Laudavit etiam saepius Plinius, omisit Columella cum Aristophane Mallote, quem Plinius Milesium ubique nominavit in Indicibus Scriptorum. Vulgatum *Maleotes* corrigi iussit ipse Gesner, admonitus a Reinesio Var. Lect. II, 16, p. 163, et Vrsino. Inepte Harduinus putat, intelligi Aristophanem hunc apud Scholiasten Theocriti I, 48, ubi laudatur ἐν τοῖς Γεωργοῖς. Est enim ille Comicus, cuius locum eundem ex Comoedia Γεωργοὶ inscripta laudat Etymolog. M. in voce Ορχατος. Apollodorum Lemnium de re rustica nominat Aristoteles Politic. I, 11.

Antigonus) Eundem Plinius et Columella nominant cum Chio Agathocle. Aeschylidem Ceum omissum miror, de quo Athenaeus XIV, p. 650, et Aelianus H. A. XVI, 32.

Aristandrus) Eundem esse quem Plinius alibi de portentis scripsisse refert, Harduinus putat.

Bacchius) De eo Harduini auspiciones vide in Indice Auctorum.

Bion) Solensem nominavit etiam Plinius, omisit Columella.

Chaeresteus) In Columella est *Chrestus*. In Indice Pliniano libri XIV et XV est *Chaeristus*. Neutra forma nominis Attica mihi et vera esse videtur. De Chaerea vide ad Columellam. Chares Parius de re rustica nominatur ab Aristotele Politic. I, 11.

Prienaeus) Male vulgo *Priennaeus*. Nominavit etiam Columella cum Plinio.

Dion) Nominavit etiam Columella cum Plinio in Indice libri X, et alibi. Inanis est coniectura Reinesii V. L. p. 161, eundem intelligeodum esse, quem Plinius X, 49, Dinouem, Clitarchi patrem, vocat.

Epigenes) Eundem cum Columella Plinius saepius nominat, ut rei ru-

phronii duo, unus Atheniensis, alter [d] Amphipolites. Hegesias [e] Maronites, Menandri duo, unus Prienaeus, alter Heracleotes, Nicesius Maronites, Pythion Rho-
9 dius. De reliquis, quorum quae [f] fuerit patria non accepi, sunt Androtion, [g] Aeschrion, Aristomenes,

alter om. P. Paulo antea vulgo est *Euphranii*. (e) *Hegesias* P. H. St. D. *Agesias* reliquae. correxit cum Vrsino Gesner. *Aegesias* Br. Ald. (f) *quae* omitt. Herv. (g) *Androcion*. *Aescharion*. a. V. (h) *Dades* I. B. R. Br. *Oades* I. I. G.

sticae et mathematicarum rerum scriptorem.

Evagon) Columella similiter nominat et Plinianus Index libri XVIII, Vrsinus tamen ex Suida malebat legi *Evacon*. In Indice Pliniano libri X, Harduinus *Evagone* posuit pro *Evagora*.

Euphronii) Vulgo erat *Euphranii*, quod nomen Atticum nunquam fuit ista forma. Columella de Atticis: *Euphronius, Chrestus, Euphronis* (libri optimi *Euphrontis*) *non ut multi putant Amphipolites, qui et ipse laudabilis habetur agricola, sed indigena soli Attici*. ubi vide notam, et ad Nicandri Alexiph. vers. 446. in Addendis.

Hegesias) Eundem cum Plinio et Columella laudare videtur Vitruvius VIII, 4. Scripturae varietas eadem in nomine statuarii Hegesiae ap. Plinium 34, c. 8, ubi Codices a I. Fr. Gronovio inspecti *Agesiam, Hagesiam* nominant. Sed maior est difficultas in sequente mox nomine: *Nicesius Maronites*: quem deinde agnovi in Columellae *Hicetias Mariotes* quem nominat liber Sangerm. Vulgo enim *Hegesias Maronites* legitur. Igitur Columella *Hegesiam Maronitem* omisisse dicendus erit, aut ex Sangerm. addendus *Hicetias Mareotes* ex Libya Mareotide ortus; idem forte cum Hicesiu, ab Athenaeo aliisque nominato.

Menandri) Prienaeum nominavit etiam Columella, utrumque Plinius, qui Menandro etiam librum Βιοχρηστα tribuit, nescio an eidem.

Nicesius) Nemo praeterea nominavit; sed nec ipsum nomen graecum est. Debebat esse Nicias vel Nicesias. Sed credo fuisse olim h. l. scriptum *Hicesius*. Hunc, de vini conditura et aliis rebus scribentem, laudavit Plinius in Indice libri XV, et alibi, sed patriam non posuit, nec qui saepiuscule eundem, ut videtur, laudat, Athenaeus. Sed nunc demum agnosco *Hegesiam Maronitem*, a Columella I, 1, s. 9, nominatum, ubi Sang. liber *Hicetias Mariotes*.

Pythion) Hunc qui praeter Varronem nominaret, neminem reperi. Vitiosum forte est nomen.

Androtion) Saepiuscule eundem Theophrastus laudavit, Athenaeus Plinius et alii; quum patriam eius ignotam profiteatur Varro, male Harduinus eundem esse censuit, cuius de Attica libros laudant Grammatici veteres. Is enim Athenaeus fuisse videtur. Cf. de Georgicorum scriptore Athenaeum III, p. 75 et 82.

Aristomenes) Hunc cum Athenagora omisit Plinius, nec alibi nominatos reperi

Athenagoras, Crates, Dadis,[h] Dionysius, Euphiton,[i] Euphorion,[k] Eubolus,[l] Lysimachus, Mnaseas, Menestratus,[m] Pleuthiphanes,[n] Persis, Theophilus.[o] Ii,[p] quos dixi, omnes soluta oratione scripserunt.[q] easdem res etiam quidam versibus, ut Hesiodus Ascraeus,[r] Menecrates Ephesius. Hos nobilitate[s] Mago Carthaginiensis[t] praeteriit[v] Poenica[x] lingua, quod res dispersas comprehendit[y] libris xxiix.[z] quos Cassius Dionysius Vticensis[a] vertit libris[b] xx. ac[c] Graeca lingua[d] Sextilio praetori misit: in quae volumina de Graecis

A (i) *Eriphyton* I. B. R. Br περὶ φυτῶν. I. I- G. A. (k) *Eophorion* P. (l) *Creobolus* I. B. R. Br. (m) *Menestarcus* I. B. R. Br. (n) *Plentiphanes* P. *Plenthephanes* I. B. R. Br. *Pleithiphanes* Herv. (o) *Theopilus* P. (p) *Hi* I. B. R. Br. ut alibi pluries. (q) *scripserunt easdem res, et quidam etiam a.* V. (r) *et* ins. a. V. (s) *nobilitates* P. *nobilitatos* I. B. R. Br. (t) *carthaginiensis* I. B. R. Br. (v) *praeterit* I. B. R. Br. (x) *punica* Herv. (y) *comprendit* Pol. (z) *duodetriginta* a. V. (a) *viticensis* B. H. A. (b) *libros* I. B. R. Br. (c) *ac* deest

Crates, Dadis) Neutrum Plinius memoravit. In Columella Sang. liber *Dandis* habet.

Euphiton) Edd. primae *Eriphyton*, eaedem in Columella *Emphyton* habent, ubi Victorius in libris suis reperit *Evethon*.

Eubolus) Edd. primae *Creobolus*; Columellae editiones *Cleobolus* habent; sed ibi Edd. primae similiter habent *Eubolus*, Sangerm. *Eubulus*, Lips. *Embolus*, aliae edd. *Cleobulus*. Reinesius V. L. I, 25, p. 122, Bolum Mendesium reponi h. l. volebat, probante Fabricio; sed recte contra monuit Gesner, Mendesium dici a Columella VII, 5, 17, huius vero nostri scriptoris patriam ignorari. Ordo quidem Alphabeticus etiam Cleobulo repugnat, nisi Varronem statuamus cum Gesnero adhaesisse ordini literarum graeco. Hoc vero certum est, a Columella eundem intelligi scriptorem. Cleobuli alicuius γεωγραφούμενα laudavit Plinius.

Lysimachus) Nominavit etiam Plinianus Index libri XVIII, Sed Mnaseam deinceps Columella Milesium nominat cum Barchio. Inter rei rusticae scriptores omisit Plinius, alibi alium nominans sine patriae nota.

Pleutyphanes) In Columella vulgo est *Plentiphanes*, ubi Lips. *Plentifanes*, Pol. Goes. Sang. *Evantiphanes*. Varietatem huius loci supra positam vides:

Res diversas) Graecorum adeo scriptorum, inprimis Theophrasti praecepta collecta complexus, quod ad Columellam et ipsum Varronem pluribus in locis videbimus.

Dionysius) De quo vide Needham Prolegomm. ad Geopouica p. LVII.

Sextilio) An P. Sextilio, quem D Silano et Muraena CSS. quaestorem urbanum nominat Cicero pro Flacco

libris eorum, quos dixi, adiecit non pauca, et de Magonis dempsit instar librorum VIII. Hosce ipsos utiliter ad VI libros redegit Diophanes in Bithynia,
11 et misit Deiotaro regi. Quo[e] brevius de ea re conor tribus libris exponere, uno de agricultura, alter de re pecuaria, tertio de villaticis pastionibus; hoc libro circumcisis rebus, quae non arbitror pertinere ad agriculturam. Itaque prius ostendam, quae secerni oporteat ab ea, tum de his rebus dicam, sequens naturales divisiones. Ea erunt ex radicibus trinis, et quae ipse in meis fundis colendo[f] animadverti, et quae legi, et quae a peritis audii.[g]

II. Sementivis[a] feriis in aedem Telluris veneram rogatus ab aeditimo, ut dicere didicimus a patribus nostris: ut corrigimur a recentibus urbanis, ab aedi-

a. V. it. H. St-D. (d) *quos* ins I. B. R. Br. *et* I. I-G. A. *ac* H. St-D. (e) *Quod* I. B. R. Br. (f) *colenda* Herv. (g) *audini* a. V.

Cap. II. (a) *Sementinis* a. V. qui ubique scriptum in libris suis reperit *se-*

c. 36? An D. Silanus ille, punicae linguae peritus, qui Magonis libros punicos in latinam linguam vertendos curavit, teste Plinio 18, c. 3, Sed quid causae esse dicemus, cur Varro latinam hanc interpretationem non commemoraverit? quum Plinius D. Silanum inter auctores libri XIV, XV, XVIII, XIX, una cum Dionysio et Diophane nominarit.

Diophanes) Eiusque libros iterum in quatuor librorum epitomen redegit Asinius Pollio, teste Suida. Vocem *utiliter* Scaliger ex formula iuris interpretatur de correctione Diophanis.

Quo brevius) Vrsinus malebat *Deiotaro. Ego quo brevius.*

Hoc libro) Vocem *libro* omitti voluit Vrsinus.

Quae) Vrsinus corrigebat *quas — agriculturam, ita prius.* Sed recte Gesner monuit, *quae* non esse mutandum. Ita enim noster II, 1, 3, *ex iis rebus quae inviolata.* I, 31, 5, II, 2, 14, II, 9, 16, III, 3, 5. Deinde Gesner vulgarem distinctionem ante verba *tum de his rebus* sustulit; ita non opus erat continuare verba *agriculturam, itaque.*

Cap. II, *Sementivis)* Circa finem Ianuarii. Vide Ovidii Fastos I, 657 seqq.

Aeditimo) Vt a lege et fine fit legitimus et finitimus. Vide Gellium XII, 10, et Interpretes Festi in voce *Aeditumus.* Apud Lucretium II, 1273, est *aedituentes* pro aedituis, quod ab aedibus tuendis factum est vocabulum. L. Fundilium nominat hunc aeditimum infra sect. 11.

tuo. Offendi[b] ibi C. Fundanium socerum meum, et C. Agrium equitem R. Socraticum,[c] et P. Agrasium publicanum, spectantes in pariete pictam Italiam. Quid vos hic, *inquam*, num feriae sementivae[d] otiosos[e] huc adduxerunt,[f] ut patres, et avos solebant nostros? Nos vero (inquit Agrius) ut arbitror, eadem[g] causa,
2 quae te, rogatio aeditimi. Itaque si ita est, ut annuis, morere[h] oportet nobiscum, dum ille[i] revertatur. Nam accersitus ab aedile, cuius procuratio huius templi est, nondum[k] rediit, et nos, ut expectaremus se, reliquit qui rogaret. Vultis igitur interea vetus proverbium, quod est, Romanus sedendo vincit, usurpemus, dum ille[l] venit? Sane, inquit Agrius, et simul cogitans, portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis procedit. Quum conse- 3
dissemus, Agrasius,[m] Vos, qui multas perambulastis terras, ecquam[n] cultiorem Italia vidistis, inquit? Ego vero, Agrius,[o] nullam arbitror esse, quae tam tota sit culta. Primum quum orbis terrae divisus sit in duas partes ab Eratosthene,[p] maxime secundum naturam ad meridiem versus, et ad septentriones:[q] et sine dubio quoniam salubrior pars septentrionalis[r] est,

mentivae. (b) *inveni* addit Ryck. Deinceps *Acrium* P. (c) *Socratitium* Pol. 2. (d) *Sementinae* a. V. (e) *ociosos* a. V. praeter Iuntl. (f) *adduxere* a. V. (g) *de* ins. I. B. R. Br. (h) *morare* I. B Br. R. I. I. *merere* Herv. (i) *iste* I. B. R. Br. (k) *mundum* I. B. Br. R. *non dum* diu I. I. Ba. *nos exp. se reliquit qui ut rogaret* Brusch. (l) *iste* I. B. R. Br. (m) *Agrius* I. B. R. Br. (n) *quam* I. B. Br. R. A. Ba-G. *et quam* P. (n) *inquit Agrius* I. I-G. A. item: H. St-D. (p) *Herathostene* P. I. B. R. Br. (q) *septemtrionem* I. I-G. A. (r) *septemtrionis*

Sedendo) a Fabio Cunctatore tractum, monente Gesnero.

Longissimam) In apparatu itineris saepe plus temporis consumi, dum ad portam venias, quam in ipso itinere. Ita statim procedit Agrius

Italia) A picta in pariete Italia initium sumsit orationis Varro, monente Gesnero.

Maxime secundum) Varro de L. L. IV: *Vt omnis natura in coelum et terram divisa est, sic coelum in regiones, terra in Asiam et Europam. Asia iacet ad Meridiem et Austrum, Europa ad Septentriones et Aquilonem.* Vnde Vrsinus h. l. malebat legi: *Asiam ad meridiem versus, et Europam ad septentriones.*

quam meridiana; et quae salubrior,[s] illa fructuosior:[t]
4 dicendum magis eam[v] fuisse opportunam ad colendum quam Asiam, ibique[x] Italiam. primum quod est in[y] Europa: secundo, quod haec temperatior pars est,[z] quam interior. nam intus pene sempiternae hyemes. neque mirum, quod sunt regiones inter circulum septentrionalem, et inter cardinem caeli, ubi sol etiam sex mensibus continuis non videtur. itaque in oceano in ea parte ne navigari quidem posse dicunt propter mare congelatum. Fundanius: Em[a] ibi tu quicquam nasci putas posse, aut coli natum? Verum
5 enim est illud Pacuvii,[b] Sol si perpetuo sit, aut nox,

I. B. Br. R. (s) Ita I. B. Br. A. Ba. G. reliqui *salubriora* et *fructuosiora*. (t) *fructuosior* A. Ba-G. *fructuosior dicenda: ibique Italiam magis eam* I. B. Br. R. (v) *Europam* I. I-G. A. (x) *ibique Italiam* desunt I. B. R. Br. (y) *in* om. I. B. R. Br. (z) *est* abest P. J. I. (a) *Eo* I. B. Br. R. *En* A. I. I-G. item H. St-D. *Emobi tu* Pol. 1 et 2. In antiquo Glossa. Deinceps *putes* Br.

Fructuosior) Antiquam lectionem monenta Vrsino restitui, quanquam Gesner Victorianam non abhorrere dicat, vel a ratione vel a consuetudine. Ita enim esse in Plinio 18, s. 3: *Sunt quaedam partibus anni salubria.* Sed ibi *loca* intelligere licet, hic vero *pars* praecessit.

Magis eam) Vrsinus malebat *magis Europam*, quia Varro deinceps *Asiam* opponit, non nominata tamen antea Europa. Sero nimis addit *primum quod est in Europa.* Vrsini coniectura exstat in Edd. I. I-G.

Ibique Italiam) Male haec verba Asiae subiiciuntur, quum deberet esse *magis eam* (septentrionalem partem) *ibique Italiam, fuisse opportunam ad colendum, quam Asiam.*

Cardinem caeli) Nisi sub ipso cardine seu polo sex mensibus continuis non videri solem, recte negat Gesner, nec esse regiones, sed punctum.

Mare congelatum) Concretum, *Cronium* et mortuum alii dixerunt. Vide Plinium IV, 13 et 16, et Io. R. Forster Geschichte der Entdeckungen im Norden p. 34.

Em ibi) Sic infra c. 56, *em quin adsum.* Similiter in Plauti Cistellaria est *en unquam*, ubi scriptorum aliorum loca apposuit Acidalius. Vide etiam Mercerium ad Nonium p. 156.— *Em obi tu* ex Polit. et S. Reparat. *putes* ex Edd. pr. Polit. Repar. Florentino alio, *fructos* ex Pol. Repar. *possum* ex iisdem et Caesen. *semenstri* ex Pol. et 2 Florent. praeferebat Pontedera.

Coli natum) Vrsinus malebat *ali* ex c. 44, ubi est: *quae nata sunt, in fundo alescunt.*

Pacuvii) Festus in *torrens* laudat ex Pacuvio in Antiope: *flammeo vapore torrens terrae foetum exusserit.* Varro

flammeo[c] vapore, aut frigore terrae fructus[d] omnes interire. Ego hic, ubi nox et dies modice redit, et abit, tamen aestivo diem si non diffinderem[e] meo insititio somno meridie, vivere non possem;[f] illic in semestri die, aut nocte, quemadmodum quicquam seri, 6
aut alescere, aut meti possit? Contra quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit?[g] quod far conferam Campano? quod triti-

(b) *Pacusi* P. (c) *flamminco* I. B. R. Br. (d) *fractos* P. *omnis* Br. (e) *deffenderem meo iuficiosum: diem vivere* P. 2. *diffiderem in eo insiticiosum muneri die vivere* I. B. R. *difficerem in eo insticiosum muneri die vivere* Brusch. *somnum* P. *somno* in libris Vict. reperit. Vulgatum *die* correxi. Anonymus in margine Iunt. *meridie diem* conieicit. *defenderem me in aestuosum meridiem* A. Iunt. G. *meo insiticio sum numeri diem vivere non possum* Paris. *in eo insiticiosum numeri die vivere non possum* Paris. alter. (f) *possum* H. P. *possim* I. B. R. (g) *sit* a. V. (h) ἀμπελόεσσαν Ienss. αμπελόεσσα B. Br. R.

L. L. V, p. 44, *non ut Pacuvius ait, quod omnia, nisi interveniat sol, pruina obriguerint.* ubi vulgo legitur: *nox ut Catulus ait.* Emendavit ad h. l. Vrsinus, qui comparavit alium Pacuvii locum ex Duloreste apud Nonium p. 55, 6, *nec grandiri frugum foetum posse nec mitescere,* et Varronis ibidem exstantem: *Quum aut humus semina recipere non possit, aut recepta non edat, aut edita grandire nequeat.* Ita enim eum correxit Vrsinus, qui locum Pacuvii nostrum hunc ita concinnabat: *Sol si perpetuo sit flammeo vapore torrens, terrae foetum exuri.* Sed nescio cur reliqua vir sagacissimus ex altero Varronis loco allata verba suo loco et ordini restituere non tentarit. Festi locum annotaverat etiam Victorius, et exscripsit Isidorus XIII, 21. In Nonio Mercerius edidit p. 115, *semina concipere — non reddat* quum antea esset: *humu*? *seminari incipere.*

Vbi nox) Vrsinus malebat: *ubi dies modice abit et redit.* In Brusch. est *nox et in dies;* quam lectionem sine dubio habent etiam I. B. R. etsi omissam a Gesnero.

Diem) Ex loco III, 2, 15, *ibi aestate diem meridie dividere, soleam* recte Vrsinus corrigit: *aestivum diem si non diff.* vel *aestate diem.* Consentit Pontedera, nisi quod recte vulgatum *aestivo* tuetur, quod ut alibi *verno* dicitur. Itaque vulgatum *die* correxi. Cuperus *meridiem* legi malebat. Salmasium ad Solinum p. 96, et Mattium Opinion. III, 3, laudavit Schoëtgen. Salmasii correctionem: *tamen aestivum diem si non diffinderem* probans I. Fr. Gronov. *meo* praeterea delebat, et *meridie* in *meridiano* mutabat.

Aut nocte) Spuria haec verba videntur Vrsino.

Quod far) De farre et adoreo accuratius tradam ad Columell. II, 6, 3, et cap. 9, 14. Jam olim de farre bene disputavit Mars. Cagnatus Var. Observ. II, 23, Dodonaeus IV, 1, 10, Salmasius aliique. Hieronymus

cum Appulo? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro? non arboribus consita Italia est, ut tota
7 pomarium videatur? An Phrygia magis vitibus cooperta, quam Homerus appellat ἀμπελόεσσαν,[h] quam haec? aut Argos, quod[i] idem poëta πολύπυρον?[k] In qua terra iugerum unum denos et quinos denos[l] cul-

(i) *quam* a. V. (k) *polipotou* Pol. 2. (l) *denos* abest I. B. R. Iuntl. Brusc.

ad cap. 4 Ezechielis: *ζέαν sive ζείαν nos vel far vel gentili Italiae Pannoniaeque sermone spicam speltamque dicimus.* et Crescentius in Palladio adoreum interpretatur recte spelta. Festus: *restibilis ager dicitur qui biennio continuo seritur farreo spico, id est aristato, quod ne fiat, solent excipere, qui praedia locant.* Speltae nomen quo tempore frequentari coeperit pro farre, ignoro; hoc tamen omittere nolui, a Rhemnio Fannio de Mensuris versu 12, *speltas* nominari, et octo speltas pro scriplo numerari; ubi tamen nuperus interpres plane tacuit. Panem levem factum de spelta memorat Epistola Sorani ad Cleopatram p. 133, ed. Lindenbrogii. Albertus Mag. de Vegetab. p. 472, *Spelta est* de genere nutrimenti, licet spica eius aliquantulum minus quam granum frumenti, habet tamen farinam albiorem, quam frumentum. Plura ex scriptoribus medii aevi loca posuit Cangius. De antiquitate farris in Italia vide Heynii opusc. Acad. I, p. 357. Vocabulum Spelta Gesneri Thes. L. L. plane omisit. Quod Plinius 18, s. 29, de Campania: *Seritur toto anno, panico semel, bis farre — alica fit e zea quam semen appellavimus*, eadem Strabo V, p. 242, ita retulit: *ἱστορεῖται δ' ἔνια τῶν πεδίων σπείρεσθαι δι' ἔτους δὶς μὲν τῇ ζέᾳ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμῳ — λέγω δὲ τὸν πύρινον σῖτον ἐξ* οὗ καὶ ὁ χόνδρος κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης. unde patet, far idem esse frumentum ac zeam eam, quam dicoccum vocat Dioscor. II, 118. Columella halicastrum, ab alica ipsa appellavit.

Venafro) Vrsinus *Venafrano* corrigit, de quo plura ad Columellam. Vulgatam defendit Burm. ad Valerium p. 595.

Pomarium) Ita etiam Columella et Palladius, sed idem Palladius I, 36, *pometa* dixit, ubi tamen Crescentius *pomeria* seu pomaria habet. Infra s. 10 sunt ὀπωροθῆκαι, ut apud Plinium XV, 16. Charisius I, p. 85, *pometa dicuntur ubi poma nascuntur, ut oliveta: pomaria autem ubi servantur, ut penuaria.* Rhemnius Palaemon in Observ. Miscell. Novis T. IX, p. 978, *pometum est ubi poma nascuntur, pomarium ubi poma reponuntur*, et p. 992, *pomaria bacha dicimus sicut olearia. Pometa sic oliveta et viceta amaleta.* ubi legendum puto · *sicut oliveta et vineta et maleta.* Sed ecce Isidorus de Differeutiis verborum I, 65, *pomeria vaga dicimus sicut olearia et figaria, pometa quasi maleta ficeta et oleta.*

ἀμπελόεσσαν) Iliad. Y. 143.

Argos) intellige magis frumento abundat. Locus Homeri est Iliad ό, 372.

Denos) Cf. ad Catonis c. 11.

leos fert vini, quot[m] quaedam in Italia regiones? An non M. Cato scribit in libro Originum sic? ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis[n] Ariminum datus est ultra agrum Picentium.[o] In eo agro aliquotfariam[p] in singula iugera dena[q] cullea vini fiunt.

(m) *quod* I. B. Br. R. (n) *viridi cesarem iuundatus* Rych. *Caesare iubente datus* a. V. praeter Iuntl. *Cesarem inundatus c' Cis Areminum datus* Pol. *Caesarem inundatus* etiam Codd. Victorii, cui debetur emendatio. *cesennatibus datus* Iuntt. (o) *Picenum* a. V. *Picentinum* Zwing. (p) *aliqudfariam* P. *aliquot fariam* div. I. I. G. (q) *deni cullei* Iuntt. *culea* I. B. R. Br. (r)

Romanus) Vrsinus malebat *togatus*, ut Gallia togata dicebatur, in qua ager Picenus, unde Senones Galli expulsi fuerant, militibus romanis divisus fuit lege C. Flaminii tribuni plebis contra auctoritatem senatus lata, teste Cicerone de Senectute c. 4, Acad. II, 5, de invent. II, 17, Brut. c. 14, qui, duobus in locis hac de re loquens, Gallicum Picenumque agrum iungit, ut Caesar de B. C. I, 29, Galliam Picenumque. Haec Gallia quaestoria etiam dicitur apud Sueton. Claud. 24, ubi vide notam Ernesti, qui monet, a Plutarcho in Sertoria huius Galliae quaestorem dici ὁ ταμίας τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας. Alia fuit Gallia consularis, a qua ut quaestoriam distinguerent scriptores Romani Galliam Picenumque dicebant, agrumque Gallicum et Picenum vel Gallicum romanum, ut h. l. Cato.

Cis Ariminum) Varietatem librorum ortam putabat Vrsinus ex male intellectis notis C. S. A. i. e. contra senatus auctoritatem, itaque h. l. legebat *viritim contra senati auctoritatem per Flaminium datus* etc. Victorio debetur vulgata lectio. Contra Pontedera ex varietate efficiebat hanc lectionem: *qui viritim Caesateis inundatus*, de Gallis Caesatis interpretatus, qui, acciti a Boiis et Insubribus in Italiam adversus Romanos, ea deinde loca occuparunt, ubi antea habitabant Galli Senones. Sed recte hanc viri egregii coniecturam improbavit Gesner; eamque ipse abdicavit in Curis Secundis.

Picentium) Antiquum *Picenum* probo; Columella III, 3, 2, Piceno agro contributum Gallicum habet; alii Picentem dicebant. Addit Columella, ubi h. l. respicit: et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur. Vnde intelligimus, eos, qui Galliam Picenumque iungunt, de contributo Gallico loqui, Cato vero de Gallico loquitur ultra Picentinum, nondum contributo. Ecce Livius libro 39, 44, Consulibus P. Claudio et L. Porcio, censoribus M. Porcio Catone et Luc. Valerio Flacco factum hoc refert: *eodem anno coloniae duae Potentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum deductae sunt. Sena iugera in singulos data.* Contra Cicero l. c. factum id ait esse Consule iterum Q. Fabio Maximo Cunctatore et Sp. Carvilio. Eandem Potentiam in agro Picentino memorat Cicero de Harusp. Resp. c. 28. Pisaurum in agro Gallico collocat Idem pro Sextio c. 4.

Dena cullea) Vrsinus malebat *quindena* legere ex Columella III, 3, 2, h. l. laudante. Sed Varro de denis

Nonne item in agro Faventino; a quo ibi trecenariae[r] appellantur vites, quod iugerum trecenas amphoras reddat? Simul adspicit me, Certe, inquit, L.[s] Martius praefectus fabrum tuus[t] in fundo suo Faventiae hanc multitudinem dicebat suas reddere vites.
8 Duo in primis spectasse videntur Italici homines colendo, possentne[v] fructus pro impensa ac labore redire,[x] et utrum saluber locus esset an non? quorum si alterutrum decollat,[y] et nihilominus quis vult colere, mente est captus, atque[z] ad agnatos et gentiles est deducendus. Nemo enim sanus[a] debet velle impensam ac sumptum facere in culturam,[b] si videt

tricinariae P. *tricen.* reliqui Deinceps *tricenas* Ald. et Br. *a quo tibi* Brusch (s) *Libo* I. B. R. Br. (t) *tuos* I. B. R. Br. (v) *posse* I. B. R. Br. (x) *reddere* a. V. *collendo — annun* Brusch. (y) *decolat* P. (z) *adque ad gnatos* P (a) *mente* addunt Br. A. Iuntt. G. (b) *coltura* I. B. Br. R. deinceps *fore*

culleis laudat Catonis testimonium, de quinis denis ipse testatur, recte monente Gesnero. Plinius 14, c. 4, *Idem Cato denos culleos redire ex iugeribus scripsit.*

Tricenariae) Vulgatum *tricenariae* deinde *tricenas* cum Gronovio de P. V. c. 3, p. 48, recte correxit Gesn.— *treicenariae — treicenas* ex quatuor Fl. praefert Pontedera in Curis postumis: deinde *Libo* ex Edd. pr. et 3 Flor. restituit. Culleus 20 amphoras, 40 urnas continet. Male Columella ad Catonem retulit, quae Varro ipse narrat, monente Popma. Ceterum ex Geoponicis V, 17, locum affert Vrsinus hunc: καὶ γὰρ Βάῤῥων διϊσχυρίζεται ὅτι ἕκαστον πλέθρον τῆς ἀμινίας ἀμπέλου τριακοσίας ἀμφορὰς ἤνεγκεν. Columella etiam III, 9, 4, eas vites Amineas fuisse tradit. Sed ea fuit coniectura Columellae; addit enim: *quas plerumque solas antiqui noverant.* Rhemnii Palaemonis manu institutam vitem trecenta sexaginta vasa edidisse, refert Suetonius Gramm. 23.

Decollat) Scripturam *decolat*, a colo, et colando derivatam, I. F. Gronovius ad Livium 27, 47, tueri conatus et *defluere* interpretatus est, contranitentibus multis viris doctis, quorum nomina ad h. l. posuit Gesn. et in Thes. L. L. Columella pro *decollat* ex h. l. posuit *deesset* I, 3, 4.

Gentiles) Ex lege XII tabularum. Cf. Columella I, 3, 4; Horatii Serm II, 2, 218.

Culturam) Edd. primae *cultura*, et sic est apud Columellam sine varietate.

Reficere fructus) Miror neminem in hoc loco haesisse. Sumtus reficitur recte; sed quomodo fructus dici potest refici? Quare distinctione mutata lego: *nec si potest, fructus si videt eos fore ut pestilentia dispereant.* Male Gesner *eos* ex pleonasmo explicat. Quin Attica est verborum structura

non posse refici: nec, si potest reficere fructus, si videt eos fore, ut pestilentia dispereant. Sed opinor 9
qui haec commodius ostendere possint, adsunt. Nam C. Licinium Stolonem, et Cn. Tremellium Scrofam video venire. unum cuius maiores de modo agri legem tulerunt.[c] Nam Stolonis illa lex, quae vetat plus D.

aut Brusch. Eadem cum Ald. ubique *Tremelium.* (c) *tulere* I. B. R. Br.

fructus eos videt fore, ut dispereant pro fructus ii videt fore, ut dispereant. Saepe hac forma utitur Varro. Inepta est Cuperi coniectura *nec si potest* legentis. Iustinus IX, 4, *impensas belli alio bello refecturus.* Alia exempla posuit Gesneri Thes. L. L.

Nam Stolonis illa lex) Miras in hoc Varronis loco explicando turbas dedit virorum doctorum dissensio, quorum sententias deinceps narrabo. Sed antea historiam legis breviter enarrabo. Primum audiamus Columellam I, 3, §. 10, quem obiter simul illustrabimus eadem luce. Sic igitur ille: *Ideoque post reges exactos Liciniana illa septena iugera, quae plebis tribunus viritim diviserat, maiores quaestus antiquis retulere, quam nunc nobis praebent amplissima vetereta. Tanta quidem Curius Dentatus, quem paulo antea retulimus, prospero ductu parta victoria, ob eximiam virtutem deferente populo praemii nomine, quinquaginta soli iugera supra consularem triumphalemque fortunam putavit satis esse, repudiatoque publico munere populari, hac plebeia mensura contentus fuit. Mox etiam quum agrorum vastitatem victoriae nostrae fecissent, criminosum tamen senatori fuit supra quinquaginta iugera possedisse, suaque lege C. Licinius damnatus est, quod agri modum, quem in magistratu rogatione tribunicia promulgaverat, immodica possidendi libidine transscendisset.* De septenis captivi agri iugeribus, quae *viritim dividebantur*, acceptis a C. Fabricio et Curio Dentato idem obiter narrat I, Praef. 14. Sed audiamus nunc historicorum, qui quidem supersunt, principem Livium VII, 16: *Eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popilio Laenate sua lege decem millibus aeris est damnatus, quod mille iugerum agri cum filio possideret, mancipandoque filium fraudem legi fecisset.* Haec ille ad CSS. C. Marcium et Cn. Manlium, i. e. A. V. Varronianum 399 refert. Deinde apud eundem XXXIV, 4, Cato in defensione legis Appiae: *Quid legem Liciniam excitavit de quingentis iugeribus, nisi ingens cupido agros continuandi?* De quingentis iugeris, civi romano permissis lege Licinia, testatur etiam Plinius 18, s. 4, et Valerius Maximus VIII, 6, no. 3. Locus Ciceronis, Rulliana II, 8, a Schoettgenio allatus, ad longe diversam Liciniam legem pertinet. Annum, quo lex lata fuit, fuisse ab V. C. 385 vel 386, suspicantur Golzius Pighiusque et Onuphrius. Liciniam legem iam diu antiquatam revocare voluit A. V. 621, Tibb. Gracchus, teste Plutarcho c. 8, (ubi est de Licinia lege: *ἐγράφη· νόμος οὐκ ἐῶν πλέθρα γῆς ἔχειν πλείονα πεντακοσίων*) sed non potuit: etsi Velleius II, 6, *vetabat quemquam ci-*

iugera habere civem R. et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit cognomen, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores,[4] e radicibus, quae nascerentur e solo, quos stolones appellabant. Eiusdem gentis C. Licinius, tribunus pleb. quum esset, post reges exactos annis CCCLXV primus populum ad leges acci-

vem plus D. iugeribus habere, quod aliquando lege Licinia cautum erat. Liciniam legem inprimis ad divites et senatores pertinuisse, ex Columella apparet, et res ipsa docet.

Confirmavit) Vrsinus malebat *conformavit*, quia id cognomen primus Licinius obtinuerit. Voluit id sane intelligi Varro; sed possumus vulgatam interpretari: datum a vulgo Stolonis nomen confirmavit culturae arborum diligentia. Correctionem Vrsini non satis latinam esse puto; nec opus eiusdem coniectura, *ne nascerentur e solo* deinceps legentis. Vide ad I, 39, s. 3. Quanquam copulam *et* ante pronomen *qui* deleri malim. Plinius 17, s. 1: *Stolonum Liciniae genti; ita appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis: unde et pampinatio inventa primo Stoloni dedit nomen.*

Eiusdem gentis C. Licinius) Liciniae gentis. sed alio cognomine, Crassus scilicet, cuius tribunatus incidit in A. V. 609. Cicero in Laelio c. 25: *Meministis Q. Maximo, fratre Scipionis, et L. Mancino consulibus quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur; cooptio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur.*

Post reges exactos annis CCCLXV) quem numerum si regum annis 244. adiicias, efficiuntur anni V. C. Varroniani 609, in quem ipsum urbis conditae annum C. Licinii Crassi tribunatum incidere iam antea monui. Recte etiam Popma hunc tribunatus C. Licinii Crassi annum ex Ciceronis Epist. ad Brutum 5, et Laelio annotaverat; quo magis miror Gesnerum se a Goesio in Antiqq. Agrar. p. 47 in eum induci errorem passum esse, ut geminam a Varrone memoratam legem unius legis ab uno eodemque Licinio Stolone latae capita diversa fuisse censeret. Vno nimirum ademtum fuisse, quod superesse videretur divitibus, altero, quod his demtum erat, tenuissimis fuisse assignatum. Cui suae opinioni ut verba Varronis diversa accommodarent, Goesius ita interpungebat: *Nam Stolonis illa lex, quae — vetat civem romanum. Et qui — appellabant, eiusdem gentis;* Gesnerus autem verba *Nam Stolonis est illa lex — civem romanum* parenthesi includebat, et reliqua *et qui — appellabant* cum antecedentibus continuabat, post *tulerunt* solo commate interposito. Deinceps verba Varronis sic interpretabatur: *Eiusdem*, ut coepi dicere, *gentis C. Licinius trib. pl. c. esset, post exactos reges annis* V. C. exactis CCCLXXXV, *primus populum* etc. Verum neuter hac ratione potuit efficere, ut Licinius Stolo utriusque legis auctor fieret; quod si Varro voluisset significare, quidni *idem C Licinius* dixisset? Accedit ineptissima verborum *post exactos reges annis CCCLXV* interpretatio, quae unum

piundas[e] in septem iugera forensia, e comitio[f] eduxit.

(d) *arbores radices* I. B. R. Br. (e) *accipiendas* P. (f) *comitiis* a. V. *comito* H. St-D

eos annos ad annos urbis conditae referret, opus habuit correctione ea, ut numerus in CCCLXXXV mutaretur. Eo enim V. C. anno legem Liciniam latam fuisse suspicantur viri docti; quibus de lege Stolonis concedere possumus; minime de Licinii Crassi. Aliud correctionis eius vitium sentit ipse Gesnerus. Testatur enim Livius V, 30, agri Veientani septena iugera plebi divisa fuisse ex senatus consulto, A. V. 360. Itaque vere dici non potest Licinius plebi primus septena iugera agri captivi assignasse. Alterum exemplum annotavit Popma ex Valerio Maximo IV, 3, 5, ubi est de Manio Curio: *Decretis a senatu decem iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excessit; parum idoneum reipublicae civem existimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non esset.* Pertinet haec narratio ad A. V. 463, quo ager Sabinus divisus est plebi. In Valerio ut in Columella viri docti corrigi voluerunt *quingenta iugera*, et *septem* pro *decem*, veluti Vossius ad Velleium II, 6, 3, et Tresius ad Gellium VII, 3. De septenis iugeris consentit Plinius 18, s. 4: *Manii quidem Curii — nota concio est: perniciosum intelligi civem, cui septem iugera non essent satis. Haec autem mensura plebei post exactos reges assignata est.* Consentit etiam Columella in loco supra posito, ubi in mentione Curii Dentati septena iugera Liciniana, quae Licinius tribunus plebis viritim diviserat, solemnem mensuram post reges exactos fuisse affirmat. Idem in Praefat. Libri I. sect. 14, addit exemplum Fabricii, victoris Pyrrhi, eumque septem agri captivi iugeribus, *quae viritim dividebantur*, contentum fuisse narrat. Manio Curio *quaterna dena* iugera assignavit Aurelius Vict. c. 33, cuius locum ad exemplum scriptorum laudatorum viri docti correxerunt, substituentes *septena*. Haec igitur septenorum iugerum agri captivi dividendi plebi mensura solennis fuit post reges exactos, ex lege Licinia, quam disertis verbis significavit Columella, reliqui scriptores omittunt. Romulus scilicet primus regum civibus agri captivi bina iugera assignaverat. Vide ad Varron. I, 10, s. 2. Ex hac disputatione sequitur, falsam esse annorum computationem, a Goesio et Gesnero institutam, locique adeo Varroniani correctionem. Facile tamen largior utrique viro docto id, quod locus Columellae, quanquam ab aetate Licinii utriusque nimis remoti, satis manifeste arguit, legis Licinii Stolonis partem fuisse alteram de septenis agri captivi iugeribus plebi dividundis, quam una cum priore de quingentis iugeribus a cive romano possidendis, revocare conatus est Tib. Gracchus A. V. 621: quanquam Plutarchus cum Velleio in eius legis mentione sola quingenta iugera nominant. Repetito conatu C. Licinius Crassus, Caii Gracchi fidissimus amicus consiliorumque omnium socius et affinis per Liciniam sororem, C. Gracchi uxorem, eandem legem in tribunatu suo A. V. 609, tulisse videtur; quo eventu nescitur. Sed haec annotationis sequentis erit materies.

Primus — forensia e comitio eduxit) Primus Licinius Stolo ante A. V. 399 (quo sua ipse lege damnatus est) de

quingentis iugeris a cive romano possidendis legem tulerat, cuius pars aliqua fuisse videtur de septenis agri captivi iugeris plebi dividundis. Certe solemnis haec fuit mensura ad id usque tempus et C. Licinio ascripta a Columella. Igitur C. Licinius (Crassus) A. V. 609 non potuit primus legem de septenis iugeris agri plebi dividundis ferre. Vnde *primus* referri videtur non ad mensuram agri dividendi, sed ad modum agri dividendi aut legis de ea referendae. Priorem rationem video placuisse Popmae. Is enim lege Licinii Crassi tribunitia primum populo in foro septena agri captivi iugera assignata fuisse censet, non, ut antea, senatusconsultis. Hinc idem explicat vocabulum *forensia*, quod Adr. Turnebus Adv. I, 11, de foro Licinii in Italia Transpadana apud Plinium III, c. 17, inepte interpretatus est, monente Vrsino, qui malebat legi h. l. *e foro ac comitio eduxit*. Sed interpretationem non addidit. Goesius *forensia* interpretabatur iusta et legitima; reliqua verba non attigit in Indice Agrar. Popmae sententiam amplexus est Cuperus; quam et Ipse omnium maxime probabilem esse existimo, quanquam non est a Popma demonstratum, qua ratione illa possit ex verbis Varronis elici. Quis enim populum audivit unquam ad leges latas sibi accipiendas e comitio eductum fuisse? Comitia significari a Varrone patet, quae primum in Comitio, deinde in foro aut campo Martio fuerunt habita. Duritiam mihi praeterea videntur iugera *forensia* habere magnam, si in foro data et accepta interpreteris. Sed feramus hanc, dummodo ex comitio nos explicemus. Gesnerus, qui in priore Editione ad h. l. tacuerat, mox in Thes. L. L. sub vocabulo *Comitium* posuit hanc annotationem, quam nimis breviter et obscure in Editione altera excerpsit Ernestius: *Hoc ita interpretatur, monente Pighio ad A. 608, Cicero Laelio cap. 25 Atque is* (C. Licinius Crassus, in Indice Ernestiano plane omissus,) *primum instituit, in forum versus agere cum populo.* (A. V 609, quum legem de sacerdotiis ferret.) *Primo quidem comitia in Comitio habita esse, docet hic locus; deinde capacius forum Comitio auctam tot annis multitudinem melius cepit. Hinc forensia iugera, primum in foro data. Postea e foro etiam nimis angusto translata in Campum Martium comitia, satis constat.* Ceterum locus Varronis a Gesnero appositus est cum varietate lectionis, ita, ut legatur *forensia e Comitio in forum eduxit.* Sed puto, verba *in forum* primum a Pighio interpretationis caussa addita esse. Addidit Gesnerianae huic annotationi excerptae Ernestius, Pighii rationem probatam fuisse a Gallo Crevier Ep. 2 contra Harduinum p. 66. Locus Ciceronis videtur quidem ille inprimis esse appositus ad Varronianum hunc illustrandum, quia est de eodem illo Licinio Crasso, eodemque *plane* anno tribunatus eius; verum lex ipsa tamen discrepat de sacerdotiis lata, quum Varronis locus ait de lege Licinii, quae modum agri possidendi et septena iugera agri captivi plebi dividenda definiret. Deinde Cicero memorat, speciem externam concionum, ad populum habendarum, a tribunis mutatam atque innovatam fuisse a Licinio; cuius tamen novationis auctorem non Licinium, sed C. Gracchum, quum legem de iudiciis ad Equites a Senatu transferendis ferret A. V. 632, facit Plutarchus c. 5, cuius verba, quia locum Ciceronis unice illustrant, ipsa apponam: τοῦτον τὸν νόμον εἰσφέρων τά τ' ἄλλα λέγεται σπουδάσαι διαφερόντως, καὶ τῶν

πρὸ αὐτοῦ δημαγωγῶν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀφορώντων καὶ τὸ καλούμενον Κομίτιον, πρῶτος τότε στραφεὶς ἔξω πρὸς τὴν ἀγορὰν δημηγορῆσαι, καὶ τὸ λοιπὸν οὕτω ποιεῖν ἐξ ἐκείνου. Cui novo concionum mori quomodo verba Varronis possint attemperari, equidem non video. Ante Victorium legebatur: *e comitiis*. Quod si Popmae interpretationem sequi malueris, poteris ex veteri lectione effingere: *forensia comitiis deduxit vel forensia in comitia deduxit*. Sed nunc demum video, Popmae rationem magna premi difficultate, quam antea non animadverteram. Scilicet noster supra sect. 6, ex Catonis Originibus posuit: *ager Gallicus romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium*. quod factum esse contra senatus auctoritatem, lege C. Flaminii tribuni plebis, testatur Cicero in Catone c. 4, de Q. Fabio Maximo: *qui consul iterum* (A. V. 526) *Sp. Carvilio collega quiescente, C. Flaminio tribuno plebis, quoad potuit, restitit, agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti*. De eodem Cicero de Invent. II, 17: *C. Flaminius is, quum tribunus plebis esset, invito senatu et omnino contra voluntatem omnium optimatum per seditionem ad populum legem agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit*. Idem in Bruto c. 14: *Dicitur etiam C. Flaminius is, qui tribunus plebis legem de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulit — ad populum valuisse dicendo*. Idem Acad. IV, 5: *provocant — ad hos notiores, C. Flaminium, qui legem agrariam aliquot annis ante secundum bellum Punicum tribunus plebis tulerit, invito senatu et postea bis consul factus sit*. Invito senatu dicitur Flaminius legem agrariam tulisse, quod senatus antea eius legis auctor non fuerat factus ex lege Publilia A. V. 414, et Menia A. V. 467 latis. Flaminium morem priscum agrorum captivorum plebi dividendorum primum mutasse, et senatus potestatem, quae fuerat antea, ad plebem, etiam contra senatus auctoritatem lege lata transtulisse, apparet etiam ex loco Polybii II, c. 21: μετὰ δὲ τοῦτον τὸν φόβον ἔτει πέμπτῳ Μάρκου Λεπίδου στρατηγοῦντος κατεκληρούχησαν ἐν Γαλατίᾳ Ῥωμαῖοι τὴν Πικεντίνην προσαγορευομένην χώραν, ἐξ ἧς νικήσαντες ἐξέβαλον τοὺς Σήνωνας προσαγορευομένους Γαλάτας. Sequuntur, quae nove factum arguunt: Γαΐου Φλαμινίου ταύτην τὴν δημαγωγίαν εἰσηγησαμένου καὶ πολιτείαν, ἣν δὴ καὶ Ῥωμαίοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, φατέαν ἀρχηγὸν μὲν γενέσθαι τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τοῦ δήμου διαστροφῆς, αἰτίαν δὲ καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα πολέμου συστάντος αὐτοῖς πρὸς τοὺς προειρημένους. Haec ille de A. V. 522, narrat quae Cicero ad A. V. 526 retulit. Quod si iam anno ab urbe condita 522, aut 526, primus C. Flaminius tribunus plebis invito senatu et contra eius auctoritatem plebi lege sua agrum captivum divisit, sane C. Licinius Calvus demum anno urbis 609 non dici potest primus legem de agris plebi dividendis tulisse atque in eo potestatem senatus atque auctoritatem minuisse. Relinquitur igitur sola Pighii interpretatio, ut dicamus, C. Licinium Crassum revocasse legem Licinii Stolonis de modo agrorum, a cive romano possidendorum, vel plebi dividendorum, eaque in lege simul morem antiquum cum populo ex templo agendi innovasse. Dissensum rationum chronologicarum, qui est inter Ciceronem et Polybium, nunc non curo.

Agri Piceni patronum habet Cicero Offic. III, 18; nulla librorum varie-

10 Alterum collegam tuum,[g] xx[h] vir qui fuit ad agros dividundos[i] Campanos, video huc[k] venire, Cn. Tremellium Scrofam, virum omnibus virtutibus politum, qui de agricultura Romanus peritissimus existimatur. An non iure, *inquam?* Fundi enim eius propter culturam iucundiore spectaculo sunt multis, quam regie polita aedificia aliorum, quum huius spectatum veniant villas, non ut apud Lucullum, ut[l] videant[m] pinacothecas,[n] sed oporothecas.[o] Huiusce, *inquam*, pomaria[p] summa sacra via; ubi poma ve-

(g) *tuum* abest I. B. R., abest I. B. R. Iuntt. (h) *viginti virum* P. *vigintivirum* Iuntt. *triumvirum* I. B. Br. R. *triumvir* Ba-G. A. (i) *dividendos* P. (k) *hunc* P. Deinceps *existimatus* Brusch. Postea *Fondi* eadem. (l) *ut* abest I. B. R. Br. (m) *veneant* B. R. (n) *pinocotheccas* I. B. *pinocothecas* B. Br. (o) *oporotheccas* I. B. *secoporotheccas* Br. (p) *pomarii* I. B. Br.

tate; nec in Columella III, 3, 3, libri variant, ubi locus Catonis ex Varrone sic refertur: *et in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur.* Quare non erat cur Graevius in Ciceronis Catone *Picentem* substitueret *Piceno*. Similiter in Catilin. II, 3, Picenum et Gallicum agrum simul nominat Cicero. Denique quod Polybius agrum Picenum plebi divisum fuisse ait a Flaminio, Cato contra Gallicum ultra Picentem cis Ariminum, dissensus in ea re fere nullus est scriptoris utriusque, quoniam ager Gallicus, auctore Columella, Piceno contributus est.

Collegam tuum) Plinius VII, c. 52 f. *Varro quoque auctor est XX viro se agros dividente Capuae, quendam, qui efferretur, foro domum remeasse pedibus.* quem locum ita iam antea correxerat Vrsinus ad h. l. ut edidit Harduinus. De ea colonia locus est Frontini de coloniis: *Capua colonia muro ducto Iulia Felix iussu imp. Caes. a XX viris est deducta.* et Velleii Paterculi II, 44: *Caesar in Consulatu primo legem tulit, ut ager Campanus plebi divideretur, suasore legis Pompeio; ita circiter viginti millia virum eo deducta.* Caesar B. C. I, 14: *Capuae — dilectum colonorum, qui lege Iulia Capuam deducti erant, habere instituunt* De eadem colonia est locus Ciceronis ad Attic. VII, 14. De agro Campano Stellate lege Iulia plebi attributo vide Ciceronem ad Attic. II, ep. 16 et 18 Cosconium inter XX viros nominat ibidem epist. 19. Vide etiam Suetonium Caes. 20, Aug. c. 4. Locus est etiam Ciceronis Agrar. II, 34, de colonia deducta Capuam; atque alter pro Sextio c. 4.

Video huc venire) Haec verba inepte ex superioribus repetita esse, censet Vrsinus; contra studio post parenthesin longiorem repetita affirmat Ges

Virtutibus) Vrsinus malebat *artibus*

Veniant villas) Vrsinus malebat *ad villas*, et deinceps verba *ut videant* spuria censebat esse.

Pomaria) Vide supra ad sect. 6. Hic dicuntur loca ubi poma servantur.

Poma veneunt) Epigramma Priapeium XX: *Quaeque tibi posui tanquam*

ncunt contra aurum.[q] Illi interea ad nos.[r] Et Stolo, 11
Num coena comesa,[s] inquit, venimus? nam[t] non L. videmus Fundilium,[v] qui nos advocavit.[x] Bono animo este,[y] inquit Agrius.[z] Nam non modo ovum[a] illud

R. *pommaria* Herv. (q) *aurea imago illi:* I. B. Br. R. *aureum imago* P. *aurum imago* in Codice vetustissimo reperit Victor. in Vaticanis libris Pont. (r) *nos et Stolonem coena* I. B. Br. R. *vos et Stolonum coena* Pol. 1. *nos et Stoloinem coena* Pol. 2. *nos cum Stolone coena* Iuntt. *vos cum Stolone coena comesa, inquit, venimus* A. Ba-G. (s) *comessa* P. (t) *At non C videmus* A. Iunt. G. (v) *Fundanium* a. V. cum cuius Codd. faciunt Codd. Vrsini. (x) *avocavit* I. B. R. Br. (y) *estis* P. *esse* margo Durdr. (z) *Acrius* P. (a) *cum* I. B. Br. R. et codd. Victorii. *nondum* I. I-G. Pol. 2. nobiscum. Scilicet deinceps Br. *ovom vidimus*. Ex scriptura *Ovom* factum est *Quom*,

vernacula poma de sacra nulli dixeris esse via. Ita enim ex Codd. hunc versum legi debere, docuit Lessing. Ovidius in Arte amandi: *Rure suburbano poteris tibi dicere missa, illa vel in sacra sint licet emta via.* Ibidem mel venumdabatur, teste nostro III, 16, 23.

Auream imaginem) Ex libri Victoriani *aurum imago* Scaliger efficiebat: *veneunt contra aurum id est magno*. verba tamen *id est, magno* glossam librarii esse censens. Vrsinus: *veneunt contra aurea imagine*, i. e. numo auro, imagine aliqua dei signato; Popma: *contra aurum in aginam*; ineptissime profecto. Pontedera volebat *contra aurum in Argo*, et intelligebat tabulam pictam, tabernae appositam, referentem Argum (ita scribit) cum vellere aureo. Quod commentum merito iam improbavit Gesner. Quae fuerit aurea imago haec, ignoramus; et fieri potest, ut lectio sit vitiosa.— *Veneunt. Contra αὐρούμενος. Hei interea ad nos* legens Pontedera in Curis Postumis verba *contra auream imaginem* vulgo scripta a prioribus separat, et cum sequentibus copulans pertinere ait ad appropinquantes Tremellium et Licinium, qui, dum loquitur Varro, ex adverso incedant. Quid vocabuli graeci in mente fuerit Pontederae, iterum non possum divinare. Nunc vero nullus dubito, Scaligerum optime divinando eruisse, locumque ita esse constituendum: *ut videant pinacothecas sed oporothecas: huius, inquam, pomaria summa sacra via; ubi poma veneunt contra aurum. Illi interea ad nos*; abiecta videlicet glossa: *id est magno* ita scripta primum: *i. magno*: ut postea in *imago* depravata mutaretur. Eandem dictionem Varroni ex principibus Edd. et Cod. Politiani restitues infra III, 2, 4: *nunc ubi hic vides citrum aut aurum? num minium, aut armenium? num quod emblema aut lithostrotum? quae illic omnia contra aurum*; ubi vocabulum *aurum* primus Iocundus in Aldina pessime omisit. — Correctionem utroque in loco admisi. Typ.

Comesa) Pol. *comessa*. Volnit. ne *comesta?* In Catone c. 58, *comesae* legitur sine varietate. In Valerio Maximo IX, 12, 6, *comestis* cum libris optimis habet Vincentius. In Ciceronis orat. pro Cluentio c. 62, ex Prisciano dederunt *comestum*, ubi libri scripti et Edd. principes *comessum* vel *comesum* habent. Scilicet auctore Quin-

sublatum est, quod ludis circensibus[b] novissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ovum vidimus, quod in ceriali[c] pompa solet esse
12 primum. Itaque dum id[d] nobiscum una videatis,[e] ac[f] venit aeditimus,[g] docete nos, agricultura[h] quam summam habeat utilitatemne an voluptatem, an utrum-

deinde *eum.* (b) *circiensibus* P. (c) *cenrali* P. *cereali* a. V. item H. St- D. (d) *hic* a. V. *se* P. (e) *sedeatis* I. B. Br. R. *sedetis* A. Iunt. G. (f) *advenietque* a. V. *ac venitque* P. (g) *editumus* I. B. Br. R. *edituumus* P. (h) *agri-*

ctiliano Inst. I, 7, Ciceronis temporibus paulumque infra fere quoties S littera media vocalium longarum vel subiecta longis esset, geminabatur, ut *caussa, cassus, divissiones*: quomodo et ipsum et Virgilium quoque scripsisse manus eorum docent. Ita Quinctilianus. In Fastis Verrii Flacci legitur similiter scriptum *caussa*, ubi vide notam Foggini. Libri Varronis optimi in perpaucis locis scripturae huius vestigia offerunt lectori.

Curriculi) Dio in Augusto ὠοειδῆ δημιουργήματα vocat in spina circi constituta, quae numerum curriculorum peragendorum ludis circensibus indicarent; singulis enim curriculis peractis, ovum unum tollebatur, et quot supererant, totidem erant adhuc curricula peragenda. Forma ovorum in his machinis placuit ob honorem Castoris et Pollucis. Vide Salmasium ad Solin. p. 640, et Hemsterh. ad Lucianum p. 231. Feriis sementivis ludi circenses erant, iisque peractis epulum publicum ab aedile in aede Telluris praebebatur. Dubitanti igitur Stoloni, num coena esset comesa, quod aedilem, a quo invitati erant, non videret, respondet Agrius, *se* nec ovum illud, quod in Circo extremi actus circensis extremum curriculum indicat sublatum, neque illud ovum vidisse, a quo coena solet committi. Haec bene ad h. l. monuit Scaliger et Gesner. Curricula ludorum Circensium solennia septem esse tradit Varro apud Gellium III, 10.

Ceriali pompa) i. e. coena. Nam ut in pompa circensi fercula imaginum ferebantur, sic in coena fercula epularum inferuntur, et coena ab ovo initium capiebat. Hinc illud notum: *ab ovo ad mala.* Haec recte Scaliger, qui Varronis locum posuit ex Endymione, ubi est: *maturo ovo coenam committimus.* Est enim verbum *committi* ludis circensibus aliisque solemne. Locum Varronis habet Nonius in *committere*, *Dominus* et in *maturum*. In priore loco Editio Mercerii prior habet: *Discumbimus multitudo, minus mature coenam committitis.* Sed in *Dominus* ita: *disc. mussati, dominus matura ova ad coenam committit*; item in *maturum*; quam lectionem praeferebat Iunius. Altera Mercerii Editio ita plane habet, sed *maturo ovo coenam committit*; tertio loco *maturo ovo ad coenam committit.* Editio Parm. 1480, in primo loco habet *committis*, sed verba laudat ex Eumenidibus Varronis. Sic et in altero loco, ubi legitur *musati* — nam *mandare committit.* Tertio in loco etiam ex Eum laudatur. *sati dominus maturo ovo ad coenam committit.* Sed legendum *discumbimus multi; tum dominus matura*

que. ad te enim rudem[i] esse agriculturae nunc, olim
ad Stolonem fuisse[k] dicunt. Scrofa,[l] Prius, inquit,
discernendum, utrum quae serantur in agro, ea sola
sint in cultura, an etiam quae inducantur[m] in rura,
ut oves, et armenta. Video enim qui de agricultura 13
scripserunt,[n] et Poenice, et Graece, et Latine, latius
vagatos, quam oportuerit. Ego vero, inquit Stolo,[o] eos
non in omni re imitandos arbitror, et eo melius fe-
cisse quosdam, qui minore pomerio finierunt, exclu-
sis partibus, quae non pertinent ad hanc rem. Quare
tota pastio, quae coniungitur a plerisque cum agricul-
tura, magis ad pastorem, quam ad agricolam perti-
nere videtur. Quocirca principes, qui utrique rei 14
praeponuntur, vocabulis quoque sunt diversi, quod
unus vocatur vilicus, alter magister pecoris. Vilicus a-
gri colendi causa constitutus, atque appellatus a villa,[p]
quod ab eo in eam convehuntur fructus, et evehun-

culturam a. V. (i) *rudes agric.* a. V. (k) *ivisse* a. V. (l) *Scrofa inquit: prius* I. B. Br R. *Scrofa, Prius* I. I.-G. A. *dicunt, Scrofa. Prius.* Com. (m) *inducuntur* a. V. (n) *scripserunt* om. I. B. R. (o) *Stolon* I. B. R. Br. (p) *villa.*

ova ad coenam committit cum L. Carrione Antiq. Lect. III, c. 15.

Ad te enim rudem) i. e. apud te esse quasi magisterium agriculturae. Aliter Gronov. Observ. IV, 6, p. 87, qui *ad* comparative interpretatur, ut in illo Ciceronis *nihil ad Persium.* Sed ita debebat esse *ad te enim rudem esse agriculturam nunc.* Gladiatores, qui e ludo dimittebantur remissa pugnandi necessitate, rudem accipiebant, signum vacationis. Haec omnia nota sunt. Sed rudiarios istos gladiatores deinde lanistas plerumque factos alios artem docuisse, probabilis est virorum doctorum coniectura. Vulgatae vitium apertum inhaeret. Nam Agrius haec loquitur; ante eum Stolo locutus fuerat. Cui igitur dicit Agrius *ad te enim* etc.? Certe non Stoloni, sed Scrofae, quem Varro antea de agricultura Romanum peritissimum pronunciaverat. Igitur videtur nomen *Scrofas* excidisse in fine, quoniam statim repetebatur, ubi Axio Scrofa respondet. Non inepte igitur Commel. *dicunt, Scrofa. Prius.* sed tum legendum erat *inquit Scrofa, discernendum.* Ceterum si de rude res non possit ad liquidum perduci, ecce praesto est lectio antiqua, sane non mala: *rudes agricolas — ivisse dicunt.*

A villa quod ab eo) Vrsinus malebat *a villa. Villa ab eo quod in eam* Sed mox Varro vellam explicabit pro villam. Magis probaverim eiusdem

tur, quum veneunt, a quo rustici etiam nunc quoque viam veam[q] appellant, propter vecturas; et vellam non villam, quo vehunt et unde vehunt. Item dicuntur,
15 qui vecturis vivunt, vellaturam facere. Certe inquit Fundanius, aliud pastio, et aliud agricultura, sed affinis. et ut dextera[r] tibia alia[s] quam sinistra, ita ut tamen sit quodam modo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva.
16 Et quidem licet adiicias, *inquam*, pastorum vitam esse incentivam, agricolarum succentivam, auctore doctissimo homine Dicaearcho, qui Graeciae vita qualis fuerit ab initio, nobis[t] ostendit, ut superiori-

Villa quod I.I-G.A. (q) *veham* a. V. Bonon 1504, *veheam*. il H. St-D. (r) *dextra* a. V. (s) *non alia* I. B. R. Br. *dextra tibia alia omnino q. s. ita tamen ut sit* Cod. Vrsini. (t) *ita* add. Ald. cum Brusch. Deinceps *aran* emendationem, ut deinceps legamus *et unde evehunt*.

Veham) Antiquam scripturam restitui probante etiam Gesnero in Thes. L. L. Varro L. L. IV, 31, p. 34: *Veha brevis etiam vehiculum dictum est*.

Vellaturam) Noster de lingua latina IV, 7, p. 44: *velabrum dicitur a vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt.* Festus: *Veia apud Oscos ducebatur plaustrum. unde veiarii stipites in plaustro et vectura veituro.* ubi Scaliger malebat legi *vela — velatura*. A vehela (quam Capitolino in Maximin. c. 13, restuit Salmasius) fit *vella* contractione, rusticis familiari, qui iota litteram tollebant et E plenissimum dicebant, teste Cicerone de Or. III, 12.

Ita ut tamen) Vrsinus recte praefert Codicis sui lectionem; addit locum Apuleii L. I Floridorum p. 341: *Primus Hyagnis manus in canendo discapedinavit, primus duas tibias uno spiritu animavit, primus laevis et dextris foraminibus acuto tinnitu, et gravi bombo concentum musicum miscuit.* Festus: *dextrarum tibiarum genus est, quae dextra tenentur.* Deinde Vrsinus ex loco Servii ad Aeneidem IX, versu 618, hoc: *Vt enim ait Varro tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem:* colligebat, dextram tibiam fuisse incentivam, sinistram succentivam. Calami partem, radici proximam, vel crassiorem tibiae laevae materiam, summam partem dextrae praebuisse ex Theophrasto monet Plinius 16, s. 66. In rinere lenibus modulis est apud Gellium IV, 13. Est graece ἐνδιδόναι. Salmasius l. c. et ad Solini c. 11, p. 84 seqq. docere conatur, dextrae sonum fuisse graviorem, sinistrae tibiae acutiorem. Multa ea de re disputant Interpretes ad Terentianarum Comoediarum διδασκαλίας

Vt superioribus) Haec sana esse abhinc vix credam. Locum eundem Dicaearchi excerpsit infra II, 1, 4, sed

bus temporibus fuisse doceat, quum homines pastori-
ciam vitam agerent, neque scirent etiam arare terram,
aut serere arbores, aut putare; ab his inferiore gradu
aetatis susceptam agriculturam. Quocirca et[v] succinit
pastorali,[x] quod est inferior, ut tibia sinistra a dex-
trae[y] foraminibus. Agrius,[z] Tu, inquit, tibicen non 17
solum adimis domino pecus, sed etiam servis pecu-
lium, quibus domini dant, ut pascant, atque etiam
leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in
agro surculario ne capra[a] natum pascat: quas etiam

terram Polit. (v) *ei* I. B. R. Br. (x) *pastoralis* I. B. Br. R. *pastorali* L. P. 1. *pastoralis* L. Pol. 2. (y) *destrae* Bon. (z) *Acrius* 1● (a) *capras compascat*

etiam in illo loco stupiditas librariorum grassata est. Ceterum respicit Dicaearchi περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου, cuius voluminis tres libros laudat Athenaeus. Apud Porphyrium de Abstinentia locus exstat Dicaearchi de seculo aureo hominum sub Saturno rege, quem excerpsit Hieronymus advers. Iovinianum Epist. 2. Dicaearchus, inquit, in libris antiquitatum et descriptione Graeciae refert, sub Saturno, id est aureo seculo, quum omnia humus funderet, nullum comedisse carnes, sed universos vixisse frugibus et pomis, quae sponte terra gignebat. Porphyrius: καὶ ὁ περιπατητικὸς Δικαίαρχος, ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς ἑλλάδος ἀφηγούμενος etc.

Quocirca) Vrsinus malebat *quocirca ea succinit — sinistra dextrae a foraminibus.* magis tamen ei placebat, verba *a foraminibus* plane omitti ut spuria. Cuperus etiam τὴν *a* tolli voluit; ceterum ex verbo *succinere* colligens, dextrae sonum fuisse acutiorem. Salmasius ad Vopisc. p. 826 legi volebat *a dextra*, ita, ut *inferior a dextra* per abundantiam dicatur pro *inferior dextra*. Gesner Vrsini opinionem probabat.

Tibicen) Satis est gravis increpatio. Soli enim latini tibicines adhibebantur Romae, ut aruspices Etrusci. Livius IX, 30, Cicero pro Muraena c. 12.

Capra natum) Ita Victorius ex vestigiis librorum manuscriptorum et loco Varronis infra II, c. 3, sect. 7, ubi est: *ob hoc in lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra natum in agro pascat.* Hae sunt leges colonicae. Ex quo loco suspicatur Vrsinus, *surculario* in hoc nostro spurium esse vocabulum. Scilicet offensus fuit vir sagacissimus iuxta atque ipse ego exceptione ista, quae cavet, ne natum capra colonus in agro pascat. Quidni enim capram ipsam excipit? Hinc suspicatur Vrsinus, *capra pascere* dici casu ablativo et *natum* esse, quicquid in fundo seu agro nascitur. Male igitur h. l. *surculario* addi, etsi propter surculos exceptio ista fuit excogitata primum. Ita in Praefat. libri 2 est: *armentum id, quod in agro natum non colit sed tollit dentibus. — Ne capras tum pascat* corrigens Pon-

astrologia in[b] caelum recepit, non longe ab Tauro.
18 Cui Fundanius, Vide, inquit, Agri, ne[c] istuc sit ab hoc, quum in legibus etiam scribatur, pecus quoddam. Quaedam enim pecudes culturae sunt inimicae, ac[d] veneno, ut istae, quas dixisti,[e] caprae. eae[f] enim omnia novella sata carpendo corrumpunt, non mini-
19 mum vites, atque oleas. Itaque propterea institutum diversa de causa, ut ex[g] caprino genere ad alii dei aram hostia adduceretur, ad alii non sacrificaretur. quum ab eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. Sic[h] factum, ut Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde ut capite darent poenas;[i] contra, ut Minervae caprini generis nihil immolarent, propter oleam, quod eam, quam laeserit, fieri dicunt sterilem. eius enim salivam esse

a. V. etiam P. 2. *capra tum pascat* Pol. 1, et Codd. Victorii. (b) *in coelum* deest I. B. R. Br. (c) *ne agri istuc* A. Ba - G. V. Vulgo erat *ne Agri, istuc.* Deinceps *scribantur* est in Brusch. (d) *ut venenosae istae* Herv. (e) *dixi* I. B. R. Br. (f) *Hae* a. V. (g) *ex* om. P. (h) *Sicque* a. V. (i) *Hoc loco* vulgo

ledera in Curis Postum. partem legis tantum afferri censet, igitur capram ad tempus in agro surculario permitti, quum surculi et vites in lignum induruerunt, ut capra nocere non possit. Esse tamen legem colonicam diversam pro agri et arborum natura.

Quas etiam) Quasi plurali numero caprae praecessissent.

Agri, ne) Vulgatum *ne Agri* ita corrigi iussit Vrsinus eiusque simia Popma; nec licet dubitare de ea correctione cuiquam. Sed de reliquis magna est dubitatio. Vrsinus legi volebat: *ne istuc sit ad hoc, quum in legibus etiam caveatur.* interpretationem non addidit. Quam Popma posuit, ea ex verbis vulgatis non exsistit. Ego sic legendum censeo: *ne istuc sit ab hoc diversum.* Vide ne tu inde falso arguas, pastionem omnem esse ab agricultura alienam; nam eaedem illae leges colonicae pecus quoddam scribunt, quod licet pascere in fundo, capras solas excipiunt, utpote surculis noxias.

Diversa de causa) Haec aliena ab h. l. videntur Vrsino.

Hirci) Huc pertinet Eveni epigramma in Analectis Brunckii T. I, p. 236 apud Schol. Aristoph. ad Plutum p. 429, ed. Hemsterh. et Sueton. in Domitiano c. 14. Cf. etiam Ovidii Fast. I, 353.

Saliva) Plinius 15, s. 8: *Oleam a lambendo capra lingua contigerit depaveritque, primo germinatu sterilescere auctor est M. Varro.* Idem 8, s. 50: *olivam lambendo quoque sterilem faciunt, eaque ex causa Minervae*

fructuis venenum.[i] hoc nomine etiam Athenis in arcem non inigi,[k] praeterquam semel ad necessarium sacrificium, ne arbor olea, quae primum dicitur ibi nata, a capra tangi possit. Nec[l] ullae, *inquam*,[m] pecudes agriculturae sunt propriae, nisi quae agrum opere,[n] quo[o] cultior sit, adiuvare, ut eae, quae iunctae arare possunt.[p] Agrasius, si istuc ita est, inquit, quomodo pecus removeri potest ab agro, quum stercus, quod plurimum prodest, greges pecorum ministrent? Sic, inquit Agrius, venalium greges dicemus agriculturam esse, si propter istam rem habendum statuerimus. Sed error hinc, quod pecus in agro esse potest, et fructus[q] in[r] agro ferre. quod non sequendum. Nam sic etiam res aliae diversae ab agro erunt

Licinius insertum legitur. In P. est simpliciter litera L. in Edd. I. B. R. Br. *vel*. (k) *iniungi* P. *iungi* a. V. *inigi* Codd. Victorii. (l) *Nec nullae* P. t. *Ne ullae* Pol. 2. (m) *inquit* I. I- G. A. (n) ita H. St-D. al. operae. (o) *quae* marg. (p) *possint* a. V. (q) Vulgo additum *non* om. P. (r) *eo* ins. a. V.

non immolant. Vnde Vrsinus h. l. *laeserit* mutabat in *lamberit*. Ceterum Nonius Mercerii p. 491 h. l. laudat; sed ibi Parmensis editio 1480 habet *veneno*. Ceterum hoc uno in loco Codices antiquam genitivi formam servarunt.

Hoc nomine) Ante haec verba vulgo nomen *Licinius* additum legitur, quod recte damnavit et inclusit Gesner. Scilicet in Polit. libro inserta bie legitur litera L, quam et Editiones primae interdum intersertam verbis Varronis habent (de cuius significatione pluribus infra videbimus); alibi vero pro litera ista scriptum habent *vel*, quod et hoc in loco factum esse vides. Exinde librarii stupidi nomen Licinii effinxerunt.

Semel) Puto intelligi sacrificium annuum, quo Dianae Ἀγροτέρᾳ trecentas capras mactabant ex voto Miltiadis. Cf. Aelian. V. H. II, 25, at Valkenaer ad Herodot. p. 489.

Proprie) Male Pontanus Analect. III, 15, *propitiae* corrigebat, monente Schoettgen.

Opere — adiuvare) Vrsinus damnato vocabulo *opere* corrigit *adiuvant*. Gesner *adiuvare* pendere ait a *possunt*; quod qui fieri possit, equidem non video. *Opere* ipse etiam retinebo cum Gesnero.

Venalium) Vrsinus malebat *volucrium*, quarum stercus optimum agro esse scribit Cassius infra c. 38. Gesner vulgatum interpretatur servorum, ego vero pecudum, quia servorum greges non dicuntur commode.

Fructus in agro) Vulgatum *fructum non in agro* damnant Pol. liber, Vrsinus et Pontedera; nisi quod Vrsinus malebat *fructus in eo ferre*. Pontedera vitium tolli etiam posse puta-

assumendae: ut si habeas[s] plures in fundo textores, atque institutos histonas,[t] sic[v] alios artifices. Scrofa. Diiungamus[x] igitur, inquit, pastionem a cultura, et
22 si quis quid vult aliud. Aliud? anne[y] ego, *inquam*, sequar Sasernarum patris et filii libros? ac magis putem pertinere, figlinas[z] quemadmodum exerceri oporteat, quam argenti fodinas, aut alia et[a] alia metalla,
23 quae sine dubio in aliquo agro fiunt? Sed ut[b] neque lapicidinae,[c] neque arenariae ad agriculturam pertinent, sic figlinae.[d] neque ideo non in quo agro idoneae possunt[e] esse, (non) exercendae, atque ex eis capiundi fructus: ut etiam si[f] ager secundum viam, et opportunus viatoribus locus, aedificandae tabernae diversoriae, quae tamen quamvis sint fructuosae, nihilo magis sunt agriculturae partes. Non enim si quis[g] propter agrum aut etiam in agro profectus domino, agriculturae acceptum referre debet, sed id modo, quod ex[h] satione terra sit natum ad fruendum.[i]

etiam ipsa V. (s) *habeat* P. (t) *histrionas* Ienss. Br. *istonas* I. B. R. (v) *sic et* a. V. item H. St- D. (x) *Disiungamus* a. V. (y) *An* I. B. R. Br. *Aliud an ne* Pol. (z) *figilinas* I. B. R. Br. (a) *et alia* deest a. V. *aliam et aliam et alia* P. et Codd. Victorii. (b) *ut* deest I. I- G. A. (c) *lapidicinae* a. V. (d) *figilinae* I. B. R. Br. (e) *possint* a. V. deinceps *ex iis* Br. (f) *si eligitur secundum* I. B. R. Br. (g) *si quid* I. B. R. Ryck. Br. (h) *nec* a. V. Codd

bat, si, relicta negatione, legas *fructus non agro ferre.* Scilicet pecora non adiuvant culturam, sed fructus tamen ferunt isto modo.

Si quis quid vult aliud. Anne) aliud. Aliud? Anne ego ex Polit. et 2 Florent. legit Pont. Recte. Non unum alterumve Varro separandum censet, sed multa, quae Sasernae admiscuerant. — Correctionem admisi. *T.*

Argentifodinas) Inepte Scaliger emendabat *areni fodinas*, recte monente Gesnero. Arenarias nominat etiam Cicero pro Cluentio c. 13.

Alia et alia) *aliam et aliam* (scilicet *fodinam*) *et alia* ex Codd. praefert et defendit Pontedera.

(*Non*) *exercendae*) Negationem recte damnavit et inclusit Gesner. Diversorias tabernas villae adiunctas hic habes, coponem dabit villa Baiana Faustini apud Martialem III, 58: *non segnis albo pallet otio copo, nec perdit oleum lubricus palaestrita.* Sunt igitur etiam *servi* copones, quos omisit Gesneri Thesaurus L. L.

Si quis) Vrsinus praefert *si quid — profectus.* Post *domino* posui incisum

Ex satione) Ita vulgatum *nec satione* correxit de coniectura Victorius,

Suscipit Stolo, Tu, inquit, invides tanto scriptori, 24
et obstrigillandi[k] causa figlinas[l] reprehendis, quum
praeclara quaedam, ne laudes, praetermittas, quae
ad agriculturam vehementer pertineant. Quum subri- 25
sisset Scrofa, quod non ignorabat libros, et despi-
ciebat, et Agrarius se scire modo putaret, ac Stolo-
nem rogasset, ut diceret, coepit: Scribit cimices quem-
admodum interfici oporteat his verbis. Cucumerem
anguinum condito in aquam, eamque infundito quo
voles, nulli accedent. vel fel bubulum cum aceto mix-
tum.[m] unguito[n] lectum. Fundanius aspicit ad Scro- 26
fam, Et, tamen verum dicit, inquit, hic, ut hoc scri-
pserit in agricultura? *Ille*, Tam hercle quam hoc si

Victor. Polit. et Ryck. (i) *fruendum suscipit. Stolo* a. V. *Stolon* I. B. R. Br. (k) *obstrigilandi* a. V. (l) *figilinas* I. B. R. Br. (m) *mistum* I. I-G. A. (n) *ungito* I. B. R. Br. (o) *usquequa* I. B. R. Br. Deinceps *eaque ungere* Ald.

propter alterum locum infra: *quoniam fructum arbitror esse fundi eum, qui ex eo satus nascitur utilis ad aliquam rem.* Victorio inepte obloquitur Brenkmann, qui Codicis Polit. lectionem *satione tecta* memorat, atque inde *satione tenera* effingit. Ceterum malim legere *quod ex terra satione natum.*

Suscipit) Distinctionem primarum Edd. correxit, et graecum ὑπολαβὼν recte comparavit Vrsinus.

Obstrigillandi) Nonius, *obstringillare* scribens, interpretatur ea h. l. *obstare*. Cf. Salmasius ad Solinum p. 40 et 824. Ennius apud Nonium *restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obvagitant*, ut ex Codice Palat. correxit Gebhard Antiq. Lect. II, 10. Idem Nonius in utraque editione Paris. 1583 et 1614, p. 283 b. et p. 492: *aemulum illius artis atque obstrigilatorem*; sed Parmensis 1480, *obtrigillatorem* exhibet. In altero Nonii loco p. 147. Merc. ubi hic Varronis locus laudatur, editio Parmensis 1480 habet: *Varro de Republ. l. V. Qui quod invidis — obstringilandi causa, ut praeclara quaedam, quae laudes*, reliquis omissis. Eadem in loco Ennii habet: *restitant, occurrunt, obstant, obstringilant, ovagitant*, ubi recentiores pessime *obagitant* dederunt, quum deberent *obvagitant*. Quod verbum simili nota *obvagire* et *obvagulare* adde Gesneri Thesauro L. L. Ceterum Codex Guelferbyt. Nonii facit plane cum Editione Parmensi nisi quod *scriptori obstringillandi causa, ut quum pr. quaedam quae laudes.* Mercerii Editio prior locum ex Varrone refinxit, nisi quod *obstringillandi* dedit: altera Varronianum *praetermittas* iterum omisit cum Parmensi editione, Codice S. Victoris et Guelferbyt.

In agricultura?) Signum interrogandi apponi iussit Pontedera.

quem glabrum facere velis, quod iubet ranam luridam coniicere in aquam, usque quo[o] ad tertiam partem decoxeris, eoque unguere corpus. Ego quod magis, *inquam*, pertineat ad Fundanii valetudinem,[p] et in eo libro est, satius[q] dicam: nam[r] huiusce pedes
27 solent dolere, et[s] in fronte contrahere rugas. Dic sodes, inquit Fundanius: nam malo de meis pedibus audire, quam quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. Stolo[t] subridens, Dicam, inquit, eisdem, quibus ille verbis scripsit,[v] vel Tarquennam audivi. Quum homini pedes dolere coepissent, qui tui meminisset,[x] ei mederi posse. Ego tui memini, medere[y] meis pedibus. TERRA PESTEM TENETO. SALVVS HIC MANETO (*in meis pedibus.*) Hoc ter novies cantare iubet, terram
28 tangere, despuere,[z] ieiunum cantare. Multa, *inquam*,

(p) *valitudinem* I. B. R. Br. (q) *latius* I. B. R. Br. (r) *et* ins. a. V. item H. St-D. (s) *et* omitt. praeter Pol. 2. (t) *Stolon* I. B. R. Br. (v) *vel tantum quae iam audivi* I. B. R Br. *valent quae iam* I. I· G. A. (x) *meminissent* I. B. R. Br. (y) *mederi* I. B. R. Br. (z) *dispuere* I. B. R. Br. (a)

Et despiciebat) Gesner malebat *sed* legi.

Luridam) Videtur bufonem dicere, etsi etiam calamitas, seu virides arboreas psilothri vice adhibuerunt veteres medici.

Nam huiusce) *nam et huiusce* ex Edd. pr. Polit. deinceps *dolore in fronte* omisso *et* ante *in* cum Polit. 2 Laurent. Repar. Caesen. Pontedera.

Et in fronte) Ex Pol. libro copulam recte addidit Gesner. Vulgatam corrigebat Scaliger legendo: *huiusce pedes solent in fronte contr. rugas.* Popma: *solent dolore in fronte c. r.*

Tarquennam) Ita ex libris suis edidit Victorius, anagnostae nomen interpretatus. *Vel Tarq.* interpretatur Pontedera *etiam Tarq.*

Ego tui — pedibus) Haec recte Fundanio adscribi voluit Gesner medicinam suis pedibus expetenti statim, ut audivit de ea.

In meis pedibus) Recte haec verba Victorius iam damnavit, veluti ineptam glossam.

Terram tangere) Ex superstitione veterum *quum tellurem dicit, manibus terram tangit*, ut est apud Macrobium Saturn. III. Cf. Turnebus Advers. XVI, 10.

Despuere) Etiam in medicina magica habet Plinius 26, a. 9, et alibi.

Cantare) De certa formula et modulo dicitur cantare in sacris et medicina magica.

Multa, inquam) Gesner, continuari Stolonis sermonem putans, malit legere *inquit*. Huic deinde subiicit Varro *quasi vero*. Recte, puto! Con-

item alia miracula apud Sasernas invenies, quae omnia sunt diversa ab agricultura, et ideo repudianda.[a] Quasi vero, *inquam*, non apud caeteros quoque scriptores talia reperiantur. An non in magni illius Catonis libro, qui de agricultura est editus, scripta sunt permulta similia? ut haec, quemadmodum placentam facere oporteat, quo pacto libum, qua ratione pernas salire.[b] Illud non dicis, inquit Agrius, quod scribit, Si velis in convivio multum bibere, coenareque[c] libenter, ante[d] esse oportet brassicam crudam ex aceto, et[e] post aliqua[f] folia v.[g]

III. Igitur, inquit Agrasius, quae diiungenda[a] essent a cultura[b] cuiusmodi sint, quoniam discretum, de[c] iis rebus dicendum, quae in scientia sint. Ecquis in colendo nos docet ars sit an quid aliud, et a qui-

repudiunda I. B. R. Br. (b) Hoc pro *sallire* restitui ex Edd. ante Victor. et H. St-D. In Pol. est *salere*. (c) *coenare* B. R. (d) *ante* deest B. R. (e) *et post* deest I. B. R. Br. (f) *alia* Ienss. I. I-G. A. H. St-D. (g) *quinque* deest I. B. R. Br.

Cap. III. (a) *disiungenda* a. V. (b) *et* interser. I. B. Br. R. (c) Verba *de iis rebus — ad metas* h. l. om. I. B. R. Br. sed deinceps post *granatus* inserunt haec: *de iis rebus quae in scientia sint: quod in colendo nos docet: ars sit, An quid aliud et a quibus carceribus dec. ad metas.* Sic etiam Polit. nisi quod hic *quod* omittit et *id* ponit pro *sit*. Hinc igitur vulgatum *quae scientia sit — ars an sit*, emendavi. Pol. 2. *metam* habet pro *metas*. Postea vulgatum: *sit, et quid in colendo nos docet, ars an sit* correxi cum Pon-

tra Vrsinus malebat legi *Quasi vero, inquit Agrasius.*

Cuiusmodi sint etc.) *et cuius modi sint — discretum de iis rebus quae in scientia sint, quis in colendo nos docet? Ars id an quid aliud* corrigit Pontedera in Curis Postum. ex Edd. pr. *dicendum* ab Aldo insertum omittens. Scilicet Edd. primae *quod in colendo*; sed Polit. Repar. et Caesen. omittunt *quod*. Deinde *in scientia sit* Polit. Repar. Caesen. *ars id* Polit. et Caesen.

Cap. III. (*De iis rebus dicendum*) Vrsinus corrigebat: *deinceps dicendum.*

In scientia sint) Ita ex libris optimis vulgatam corrigi iussit Pontedera.

Carceribus) *carceribus profecta, quas decurrat ad metas* elegans est Vrsini emendatio, quam firmat locus infra: *Hinc profecti agricolae ad duas metas dirigere debent.*

Ecquis) Ita egregie h. l. correxit Pontedera in Curis sec. quam eius

bus carceribus decurrat ad metas. Stolo[d] quum aspexisset Scrofam, Tu,[e] inquit, et aetate, et honore, et scientia quod[f] praestas, dicere debes. Ille non gravatus, Primum, inquit, non modo est ars, sed etiam necessaria ac[g] magna. eaque est scientia, quae[h] docet, quae sint in quoquo[i] agro serunda[k] ac[l] faciunda,[m] quaeque terra maximos perpetuo reddat fructus.

IV. Eius principia sunt eadem, quae mundi esse Ennius scribit, aqua, terra, anima, et[a] sol. Haec enim cognoscunda[b] prius, quam iacias semina, quod initium fructuum oritur. Hinc profecti agricolae ad duas metas dirigere debent, ad utilitatem et voluptatem. Vtilitas quaerit fructum, voluptas delectationem. Priores
2 partes agit, quod utile est, quam quod delectat. Nec non ea quae faciunt (cultura) honestiorem agrum, pleraque non solum fructuosiorem[c] eundem faciunt;

tedera. (d) *stolou* I. B. R. Br. (e) *Tu* deest I. B. R. Br. (f) *qua* I. B. R. Br. (g) *et* I. B. R. Br. (h) *quae doœt* deest P. (i) *quoque* I. B. R. Br. (k) *servanda* marg. *serenda* P. (l) *et* a. V. (m) *facienda quae aqua* Pol.

Cap. IV. (a) *et* om. P. (b) Ita ex I. B. Br. R. scripsi pro *cognoscenda*.

annotationem omiserat Ernesti. (Sed vid. supra). In vulgata *sit*, *et quid in colendo*, *nos docet*, Gesnero displicuit *docet*, quum esse deberet *doceat*. Deinceps post *ars* sustuli *an* auctoribus libris optimis.

Quae docet) Haec cum Polit. 3, Flor. et Caesen. omittit Poot. in Curis post. deinceps legens: *quae sint in quoque agro serunda et faciunda, quae a qua tera maxumos p. r. fr.*

Cap. IV. *Ennius*) Epicharmi philosophi et poëtae quaedam de rerum natura in latinum sermonem converterat Epicharmique nomine inscripserat Ennius, cuius libri fragmenta collecta cum reliquis habemus. De Epicharmo Menander: Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει πῦρ, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, ἀνέμους, ἀστέρας. Elementa dixeral Epicharmos, a quibus mundus sit ortus; male deos Menander vocat. Aërem Ennius vocavit *animam*. Haec Popma. Ex graeco ἄνεμος orta anima significat ventum, auras atque ipsum aëra elementum.

Quod initium) Vrsinus *hinc* interserit; quod tamen ingratum mihi accidit propter idem vocabulum statim repetitum. Malim igitur *ex iis oritur*. Ad *dirigere* intellige *operam*. Quid si legas *initium fructuum oritur hinc. Profectum agricolae* etc.

Cultura) Hoc vocabulum recte cum Vrsino damnavit et inclusit Gesner.

ut[d] quum in ordinem sunt consita arbusta atque oli-
veta, sed etiam vendibiliorem, atque[e] adiiciunt ad
fundi pretium. nemo enim eadem utilitate[f] non for-
mosius quod est, emere mavult pluris, quam si est
fructuosus[g] turpis. Vtilissimus autem is ager qui sa- 3
lubrior est,[h] quam alii, quod ibi fructus certus. con-
tra[i] quod in pestilenti, quamvis in feraci agro, cala-
mitas colonum ad fructus pervenire non patitur. Et-
enim ubi ratio cum orco[k] habetur, ibi non modo fru-
ctus est incertus, sed etiam colentium vita. Quare
ubi[l] salubritas non est, cultura non aliud est, atque
alea[m] domini vitae, ac rei familiaris. Nec haec[n] non 4
deminuitur scientia. ita[o] enim salubritas, quae duci-
tur[p] e caelo ac terra, non est in nostra potestate, sed
in naturae, ut tamen multum sit in nobis; quod[q] gra-
viora quae sunt, ea diligentia leviora facere possu-
mus. Etenim si propter terram aut aquam, odorem-

(c) *fructuosiora eadem.* P. (d) *ut* om. Br. (e) *ut quae adiiciant* A. Iunt. G. (f) *utilitati* P. (g) *fructuosius turpe* a. V. et H. St-D. *fructuosius turpius* Ryck. (h) *est* om. Br. (i) *contraque in* A. Iunt-G. H. St-D. Vulgo erat *pestilenti calamitas quamvis.* (k) *Horco* I. B. Br. R. (l) *si* a. V. (m) *alia* Br. et Polit. (n) *Nec vero haec deminuitur* I. B. R. Br. *Hoc vero diminuitur* A. Iunt-G. Vulgo erat *diminuitur.* (o) *Ista* I. B. Br. R. (p) *dicitur* I. B. R.

Quam — turpis) Haec male conveniunt cum forma praecedente, et omnino veluti spuria deleri voluit Vrsinus. Gesner cogitare nos iubet agrum.

Quam alii) Haec verba idem Vrsinus damnat.

Contra in) Vrsinus vulgatam correxit, laudato Columella I, 3, 2: *nec rursus in pestilenti quamvis feraci pinguique agro dominum ad fructus pervenire*, quare non dubitavi auctoritatem sagacissimi viri sequi.

Orco) Edd. primae *horco*. Voluerunt *orcho* dare. Ita enim veteres dicebant, teste Servio ad Georg. III, 223, et Probo in Cathol. p. 1486. Ita infra c. 24, 4 *horcitem* pro *orchitem* dabo ex Ed. antiqua Nonii.

Colentium) Columella *colonorum* dixit.

Alea) Columella: *vel potius mortem quaestu certiorem.*

Nec haec non) Malim ex Edd. primis addere voculam, atque ita legere: *nec vero haec* (sc. alea) *non deminuitur*. Scilicet hanc formam, non vulgarem *diminuitur*, postulat sententia. Sed nimis saepe eam immutavit Iucundus in Aldina.

Sed in naturae) Haec verba damnat Vrsinus.

ve,[r] quem aliquo loco eructat, pestilentior est fundus, aut propter caeli regionem ager calidior sit, aut ventus non bonus flet:[s] haec vitia emendari solent domini scientia ac sumptu; quod permagni interest, ubi[t] sint positae villae, quantae sint, quo spectent[v]
5 porticibus, ostiis ac fenestris. An non ille Hippocrates medicus in magna pestilentia, non unum agrum, sed multa oppida scientia servavit? Sed quid ego illum voco ad testimonium? Non hic Varro noster, quum Corcyrae[x] esset exercitus[y] ac classis, et omnes domus repletae essent aegrotis ac funeribus, immisso[z] fenestris novis aquilone, et obstructis pestilentibus, ianuaque permutata, caeteraque eius generis diligentia, suos comites ac familiam incolumes reduxit?

V. Sed quoniam agriculturae, quod esset[a] initium et finis dixi, relinquitur quot partes ea disciplina habeat, ut sit videndum. Equidem innumerabiles mihi videntur, inquit Agrius, quum lego libros Theophrasti complures, qui inscribuntur, φυτῶν[b] ἱστορίας, et alteri[c]
2 φυτικῶν[d] αἰτίων.[e] Stolo,[f] Isti, inquit, libri non tam idonei iis, qui[g] agrum colere volunt, quam qui scholas philosophorum. neque eo[h] dico, quod non[i] habeant et utilia, et communia quaedam. quapropter
3 tu potius agriculturae partes nobis expone. Scrofa,[k]

ducitur Br. (q) *quo* P. (r) *odorem* P. (s) *fiet* P. (t) *uti bene positae sint* I. B. Br. R. *ube sint* P. (v) *spectant* P. (x) *orcyrae* Br. (y) *exercitus: et classis et* I. B. Br. R. *exercitus, ac* A. Iunt-G. (z) *immissis* P. Deinceps *ei generis* B. R.

Cap. V. (a) *id* ins. I. B. Br. R. (b) περὶ φυτῶν A. Iunt-G. περὶ caret accentu in Ba. quum caetera verba non careant. *Phyton historias* I. B. R. Br. (c) *alteri* omitt. A. I. I-G. A. (d) *physicon*: I. B. Br. R. περὶ φυτῶν A. I. I-G- (e) *aetion* I. B. Br. R. αἰτιῶν I. I-G. Vict. (f) *Stolon* ut alibi semper I. B. R. Br. (g) *qui* omitt. I. B. R. habet Brusch. (h) *condico quin habeant* I. B. R. Br. (i) *non* omitt. P. (k) Ita pro *Scropha* a. V. (l) *quibus*

Hippocrates) Cf. Plinium VII, s. 37, ubi res narratur.

Cap. V. *Quod non habeant*) Vrsinus malebat *quo non*: Pontedera ex Edd. primis *quin habeant*.

Agriculturae, inquit, quatuor sunt partes summae: e queis[l] prima cognitio fundi;[m] solum partesque[n] eius quales sint; secunda,[o] quae in eo fundo opus sint, ac debeant esse culturae causa; tertia,[p] quae in eo[q] praedio colendi causa sint facinnda; quarta, quo quidque[r] tempore in eo fundo fieri conveniat.[s] De 4 his quatuor generibus singulae minimum in binas dividuntur species, quod habet prima ea, quae ad solum pertinent terrae, et quae[t] ad villas, et stabula. secunda pars, quae moventur,[v] atque in fundo debent esse culturae causa, est item bipartita: de hominibus, per quos colendum, et de reliquo instrumento. Tertia pars, quae de rebus, dividitur; quae ad quamque rem sit praeparanda,[x] et ubi quaeque facinnda. quarta pars de temporibus, quae ad solis circumitum[y] annuum sint referenda, et quae ad lunae menstruum cursum. De primis quatuor partibus prius dicam, deinde subtilius de octo secundis.

VI. Igitur primum de solo fundi videndum haec quatuor. Quae sit forma, quo in genere terrae, quan-

I. B. R. Br. (m) *soli fundi et partes* B. G. A. (n) *et partes* etiam Iuntt. (n) *Secundum* I. B. R. Br. Deinceps vulgo *sunt*. (p) *Tertium* I. B. R. Br. (q) *eo* deest Iunt. (r) *quidquid* Schneid. ex Iens. et Pol. *quaeque* A. Iunt-G. (s) *conveniant* A. Iunt. G. (t) *alterum quae* I. B. R. Br. (v) *moventur* a. V. qui *moveantur* dedit. Deinceps vulgo *debeant*. (x) *praeparandae* I. I. (y) *circuitum* a. V. et H. St-D.

Opus sunt, ac) Haec spuria videntur Vrsino. Mihi sententia *sint* postulare visa est pro *sunt*. Deinceps *quidquid* antiquum ex Pol. libro substitui vulgato *quidque*. — Vulgata lectio probabilior mihi visa. *T.*

In eo praedio colendi causa) Haec etiam spuria censebat Vrsinus.

In eo fundo) Et haec abesse malebat Vrsinus.

Moventur) Ita recte Edd. primae, cui formae accommodavi sequens *debeant*, quod vulgo libri omnes habent.

Quatuor — generibus) Vrsinus malebat *partibus*. Gesner malebat deinceps *singula* legere. Ceterum primam partem tractat c. 6—16, alteram c. 17—22, tertiam c. 23—26, (sed valde perfunctorie, ut deesse aliquid suspicetur Gesner.) quartam c. 27-37.

Dividitur) i. e. duas partes habet.

tus, quam[a] per[b] se tutus. Formae quum duo genera
sint, una quam natura dat, altera quam sationes
imponunt: prior, quod alius ager bene natus, alius
male; posterior, quod alius fundus bene consitus est,
2 alius male: dicam prius de naturali. Igitur quum tria
genera sint a specie simplicia[c] agrorum, campestre.
collinum, et[d] montanum, est ex[e] iis tribus quartum.
ut in eo fundo, in[f] quo haec duo vel tria sunt,[g] ut[h]
multis locis licet videri. E quibus tribus fastigiis sim-
plicibus, sine dubio infimis alia[i] cultura aptior, quam
summis, quod haec calidiora quam summa: sic col-
linis, quod ea tepidiora quam infima, aut summa.
Haec apparent magis ita esse in latioribus regionibus.
simplicia quum sunt. Itaque ubi lati campi, ibi magis
3 aestus. Et eo in Apulia loca calidiora ac graviora. Et ubi
montana, ut in Vesuvio, quod leviora, et ideo salubriora.
Qui colunt deorsum, magis aestate laborant: qui sur-
sum, magis hieme:[k] verno tempore in campestribus
maturius eadem illa seruntur, quam in superioribus:
et celerius hic, quam illic coguntur. nec non sursum,
4 quam deorsum,[l] tardius seruntur ac metuntur. Quae-

Cap. VI. (a) *quamque* a. V. (b) *prosecutus* I. B. Br. R. Pol. (c) *simplici* A. Ba. G. H. St-D. (d) et abest P. (e) *ex his* a. V. praeter Ba. quae *et ex tribus*. (f) *in quo* deest I. B. Br. R. I. I. (g) *sint* I. B. Br. R. I. I. (h) *aut* Pol. 1. *haud* I. B. R. Br. (i) *aliqua* I. B. R. Br. Deinceps *et graviora* Br. Ald. (k) *hieme et v. tempore. In* I. B. R. Br. (l) *susum deosum* P. el

Cap. VI. *A specie simplicia*) Haec verba Vrsino spuria sunt visa; certe vitiosa sunt. Forte fuit: *sint specie simplici*.

Est ex iis) Vrsinus malebat *et ex iis — videre*.

Alia cultura) Vrsinus omitti volebat *alia*, deinceps verba *quam summis*, post *quam summa*, denique *quam infima quam summa*.

Sic collinis) Gesner monet, *alia* intelligendum, vel *adeo* addendum esse.

Sappini) In Catone cap. 31, s. 2, sapino substitui carpinum ex libris. Nuces sapineas habet Columella XII, 5, 2. Servius ad Georg. II, 68: *abietis species apta navibus, quam Sapinum vulgo vocant*.

dam in montanis prolixiora nascuntur, ac firmiora, propter frigus, ut abietes ac sappini.[m] hic,[n] quod tepidiora,[o] populi ac salices: sursum[p] fertiliora, ut arbutus ac quercus: deorsum,[q] ut nuces graecae ac mariscae fici. In collibus humilibus societas maior cum campestri fructu,
quam cum montano: in altis contra. Propter haec tria 5
fastigia formae, discrimina quaedam fiunt[r] sationum, quod segetes meliores existimantur esse campestres, vineae collinae, silvae montanae: plerumque[s] hiberna,[t] iis[v] esse meliora, qui[x] colunt campestria, quod tunc prata ibi herbosa, putatio arborum tolerabilior. Contra aestiva montana his[y] locis commodiora, quod ibi tum et pabulum multum, quod in campis aret: ac cultura arborum aptior, quod tum
illic [z]frigidior aër. Campester locus is[a] melior, qui 6
totus aequabiliter in unam partem vergit,[b] quam is qui est ad libellam aequus, quod is,[c] quum aquae non habeat[d] delapsum, fieri solet uliginosus. eo magis si quis est inaequabilis, eo deterior, quod fit propter la-

Codd. Victorii. (m) *sapini* I. I. G. (n) *Hic vero* Pol. 2. (o) *tediora* Pol. 1. (p) *susum* P. (q) *deosum* P. (r) *fiunt* omitt. I. B. R. (s) *plurimumque* ins. Pol. 2. (t) *hibernales* Pol. 2. (v) *esse ibi* I. B. R. Br. *iis* omitt. Pol. 1. *hiis esse ibi* P. 2. (x) *quam campestria* I. B. R. Pol. 2. Br. (y) *montana his* I. B. R. Br. *montanaque iis locis* P. Vulgo *montanis locis*. Deinceps *et cultura* Ald. (z) *hic* I. B. R. Br. (a) *est* inser. I. B. R. Br. (b) *verget* I.

Mariscae fici) Plinius 16, s. 50: *summa sui parte fertiliores arbutus quercus inferiore, iuglandes, fici mariscae*, cuius loci, antea male interpuncti et lecti, emendationem Harduino praeripuit Bodaeus ad Theophrastum p. 386. Sed recte monuit Harduinus, pessime Plinium verba Varronis sursum et deorsum de parte arborum superiore et inferiore explicasse, quod fecit etiam Bodaeus. Fici enim omnes summis cacuminibus maxime frugiferae sunt. Verba *ut nuces — fici* excerpsit Nonius p. 550 Merceri.

Montana his) Ita scribere iussit Pontedera, *his locis* interpretatus campis, ubi prata et vineae.

Vliginosus) Eum ab aquoso distinguit etiam Cato c. 34. Ceterum uligo est quaecunque humiditas stagnans; hinc salsam amaram et dulcem distinxit Columella.

Si quis est) Vrsinus deleri voluit *quis*; recte, ut puto.

cunas aquosus. Haec atque huiuscemodi [e] tria fastigia agri ad colendum dispariliter [f] habent momentum.

VII. Stolo, Quod ad hanc formam [a] naturalem pertinet, de eo non incommode Cato videtur dicere, quum scribit optimum agrum esse, qui sub radice montis situs sit, et spectet ad meridianam caeli par-
2 tem. Subiicit Scrofa, De formae cultura hoc dico, quae specie fiant venustiora, sequi, ut maiore quoque fructu sint: ut qui habent arbusta, si sata sunt in quincuncem propter [b] ordines, atque intervalla modica. Itaque maiores nostri ex arvo aeque magno, sed [c] male consito, et minus multum, et minus bonum faciebant vinum et [d] frumentum, quod quae [e] suo quidque [f] loco sunt posita, ea minus loci occupant, et mi-
3 nus officit aliud alii ab sole ac luna, et vento. Hoc licet coniectura videre ex aliquot rebus, ut nuces integras, quas uno modio comprehendere [g] possis, quod putamina suo loco quaeque habet [h] natura composita, quum easdem si fregeris, [i] vix sesquimodio concipere
4 possis. Praeterea quae arbores in ordinem [k] satae sunt, eas aequabiliter ex omnibus partibus sol ac luna coquunt. quo fit, ut uvae et oleae plures nascantur, et [l] ut celerius coquantur; quas res duas sequuntur [m] al-

B. R. Br. (c) *his* I. B. R. (d) Vulgo *habent* legitur. *habeat* P. *habeant* I. B. R. Br. (e) *huiusmodi* a. V. (f) *disperiliter* P.

Cap. VII. (a) *formam* deest I. B. R. Br. (b) *prope sint* A. Ba-G. (c) *sed* deest I. B. R. Iuntt. (d) *et frumentum* omitt. a. V. (e) *quaeque* I. B. R. Br. Ald. (f) *quoque* I. B. Br. R. *quoque* Ba-G. (g) *comprendere* I. B. R. Br. (h) *suo quaeque habent loco* I. B. Br. R. (i) *frigeris* I. B. R. recte vero Brusch (k) *ordine* a. V. Deinceps *sol et luna* Br. (l) *et* om. B. R. Iunt. (m) *se-*

Dispariliter) Vrsinus malebat *dispar*, vel *disparile*.

Cap. VII. *Cato*) Cap. I, 3.

Formae cultura) Recte Vrsinus corrigit *forma culturae*. Praeterea etiam *sunt venustiore*, — *fructu sint*, *ut si* *sata* — *quincuncem*. *itaque* etc. reliquis omissis; in quo me non habet assentientem. Ceterum eandem sententiam posuit supra c. 11, 2.

Quum easdem) *Quum* equidem abesse iusserim, sequens *si* damnat Vrsinus.

tera illa duo, ut plus[n] reddant musti et olei, et pretii pluris. Sequitur secundum illud, quali terra so- 5
lum sit fundi, a qua parte vel maxime bonus aut non bonus appellatur. Refert enim, quae res in eo seri nascique, et cuiusmodi possint. Non enim[o] eadem omnia in eodem agro recte possunt. Nam ut alius est ad vitem appositus, alius ad frumentum, sic de caeteris alius ad aliam rem. Itaque Cretae ad Cortyniam 6
dicitur platanus esse, quae folia hieme non amittat. itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una: item Sybari,[p] qui nunc[q] Thurii dicuntur, quercus simili esse natura, quae est in oppidi conspectu. Item contra atque apud nos fieri ad Elephantinem, ut neque ficus neque vites amittant folia. Propter eandem causam multa sunt bifera, ut vites apud mare Smyrnae:[r] ma-

quantur B. (n) *plus s. reddant* P. Deinceps *vel a qua parte* I. B. Br. R. *et a qua parte* A. Iunt. G. Postea vulgo *appelletur*. (o) *enim* deest I. B. R. Br. (p) *Subari* P. (q) *Sybari* repetunt I. B. Br. R. Deinceps *contra et apud* Br. (r) *mirnae* I. B. Br. R. *zmyrnae* P. (s) *bifere* P. Deinceps *in his quae sunt*

Appellatur) Hoc monente Vrsino posui pro vulgato *appelletur*.

Cretae) Ex Theophrasti H. P. I, 6, unde et Plinius XII, 1, XVI, 21.

Cortyniae) Ex antiqua scriptura, ubi C litterae G locum obtinebat, servata est haec nominis forma pro *Gortynam*.

Non amittat) Plinius XII, a 5: *sed ex ea primum in ipsa Creta platani satae regeneravere vitium — inde in Italiam quoque ac suburbana sua Claudio principe Marcelli Esernini libertus, sed qui se potentiae causa Caesaris libertis adoptasset, spado Thessalicus praedives transtulit id genus; durantque etiam in Italia portenta terrarum.* Deinceps chamaeplantanos memorat, serendi genere et recidendi natas et a C. Matio, equite, Augusti amico, inventas.

Sybari) Pol. liber *Subari*. Sed infra cap. 44, sect. 2, nulla est varietas scripturae; quanquam Victorius in Explic. Castigat. suarum in Ciceronem p. 680, monet, in priscis exemplaribus Varronis exstare scriptum *Subaris* et *Subaritanus*, quocum ipse memorat *Berutum* pro *Berytum* in Florentinis Pandectis et similes nominum formas. In Fastis Verrii Flacci similiter est p. 44, *libris Sibullinis*.

Nunc Thurii) Etiam postquam colonia *Copiae* illuc deducta fuerat. Vid. Heynii nostri Opusc. Academ. Vol. II, p. 143.

Elephantinen) Ex eodem Theophrasti loco etiam Plinius XVI, 27, s. 50.

Apud mare) In Plinio, qui h. l. lau-

7 lus bifera,[s] ut in agro Consentino. Idem ostendit,
quod in locis feris plura ferunt: in iis quae sunt culta,
meliora. eadem de causa sunt, quae non possunt vi-
vere nisi in loco aquoso, aut etiam aqua.[t] et id discri-
minatim, ut[v] alia in lacubus, ut arundines in Rea-
tino;[x] alia in fluminibus, ut in Epeiro arbores alni;[y]
8 alia in mari, ut scribit Theophrastus, palmas et squil-
las.[z] In Gallia transalpina intus ad Rhenum, quum
exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, ubi nec
vitis nec olea nec poma nascerentur; ubi agros sterco-
rarent candida fossicia creta: ubi salem nec fossi-

Br. (t) *in aqua* a. V. et H St-D. (v) *et* I. B. R. Br. (x) *Aretino* a. V. Deinceps *Epiro* Br. (y) *almi* P. *ulmi* I. B. R. Br. (z) *squillam* P.

dat, Harduinus ex Codd. reposuit *Matroum* (Μητρῷον Cybeles templum) eandemque lectionem etiam Varroni restitutam voluit.

Idem ostendit, quod) i. e. eandem rem demonstrat. Recte monuit Gesner contra Vrsinum, qui ad Theophrastum referebat.

Epiro) Alni igitur in Italia nullae fuerunt? Quin Virgilius Georg. II, 180, *fluminibus salices crassisque paludibus alnos* ait nasci. Quid igitur si auspicemur, olim fuisse scriptum *fluminibus ut salices, in paludibus arbores alni? Vlmos* quidem Edd. primae memorant, quas Iucundus recte in alnos mutasse videtur. Forte tamen licebit excusare Epiri mentionem in sermone Scrofae, pecuarii Epirotici, id est, qui villas multas in Epiro habebat cum agris.

Squillas) Theophrastus H. P. I, 7, φοίνικα, σκίλλαν, ἀνθέρικον.

Rhenum) Varronianam scribendi regulam postulare *Renum*, ut *Rodum, Rinton, redarios*, admonet Pontedera. Quin *Hrenum, Hrodum, Hrinton, hredas* scribi voluit Varro. Ita enim Cassiodorus de Orthographia: *Varro vult auctoritate sua efficere, ut H prius ponatur ea litera, quae adspirationem confert, et eo magis hoc tentat persuadere, quod Vocalibus quoque dicat anteponi, ut heres, hircus.* Ex scriptura *hreda* factum est a librariis *praeda* infra II, 7, 15, ubi vide notam. Ceterum Scrofa haec de Gallia narrat; de quo Cicero ad Attic. VI, 1: *iam Scrofa vellem haberet, ubi posset est enim lautum negotium.* Manifestum est, a Scrofa optatam sibi fuisse provinciam, quae laudis materiam praeberet. Tribunum militarem designatum nominat Cicero Act. I in Verrem c. 10. Praetorem eundem ad annum 676 annotavit Pighius.

Candida fossicia creta) Quam Britanni olim et Galli *margam* dixere, et stercorandis agris adhibuerunt, eam Graecis leucargillon dici, seu candidam argillam, qua in Megarico agro utantur, sed tantum in humida et frigida terra, annotavit Plinius XVII, sect. 4. Respexit Plinius locum Theophrasti de Causis Plant. III, 25. Cretae pulverem aut cinerem cidonii

cium, nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis carbonibus salsis pro eo uterentur. Stolo; Cato quidem, inquit, gradatim praeponens,[a] 9
alium alio agrum meliorem dicit esse in novem discriminibus, quod[b] sit primus, ubi vineae possint[c] esse bono vino et multo; secundus ubi hortus irriguus; tertius, ubi salicta; quartus, ubi oliveta; quintus, ubi pratum; sextus, ubi campus frumentarius; septimus, ubi caedua silva; octavus, ubi arbustum; nonus, ubi glandaria † silva. Scrofa, Scio, inquit, scribere 10

alium praeponens alto, I. B. R. Br. (b) *et quod* I. B. Br. R. A. Ba- G. (c) *pos-*

mali radicibus addit Palladius Februario XXV, 22. Margam a Varrone intelligi, monuit etiam Dickson I, p. 354. Inepte igitur Gallicus interpres *craie blanche*, nostras Ioh. Frid. *Mayer*, gipsum posuit. Fossitia opponi videtur cretae saxo, quam Plinius nominavit.

Carbonibus salsis) Gesner comparavit locum Plinii 31, s. 39: *Galliae Germaniaeque ardentibus lignis aquam salsam infundunt.* et sect. 40: *Quercus — per se cinere sincero vim salis reddit: alibi corylus laudatur: ita infuso liquore salso carbo etiam in salem vertitur.* Cf. omnino Rondeau, *Mémoires de l'Academie de Bruxelles* T. I, p. 345, et Beckmanni Biblioth. Physico - Oecon. T. XI, p. 182, qui recentiora etiam habet testimonia. Taciti locum Ann. XIII, 57, alii laudarunt. Alio pertinere videtur locus Guil. Britonis in Philipp. X, 509, de Salentinis in valle montis Iure: *defaecata quibus flammarum ardore ministrat lympha salem puteis, mirabile, tracta duobus.* Ceterum sal maritimus est, quo plerumque Romani utebantur. Plinius 31, s. 39: *vulgaris plurimusque in salinis mari affuso non sine aquae dulcis riguis, sed maxime imbre iuvante ac super omnia sole multo, non aliter inarescens.* Huius faciendi rationem explicui ad Nicandri Alexipharmaca. Via salaria Italiae hinc dicta fuit, quod ea licebat a mari ad Sabinos salem portari.

Gradatim) Cresc. II, 25: *Varro recitat Catonem in novem genera divisisse ac graduum utilitatem scripsisse. Ait enim, meliorem esse agrum illum, ubi vineta possint esse bono vino et multo; secundo ubi hortus irriguus, tertio ubi salicta* (Basil. *saliceta*,) *quarto ubi oliveta, quinto ubi pratum, sexto ubi campus frumentarius, septimo ubi ceduae sylvae, octavo ubi arbusta, nono ubi* (*ubi* omittit antiqua mea) *glandaria sylva. Aliqui dant prima cum bonis pratis, quia modicas aut nullas requirunt expensas.* ubi antiqua mea Editio habet: *secundum aliquos vel aliqui dant primatum.* Gesner ex editione Lovaniensi laudat *cedrina sylva* pro *caedua*.

Praeponens) Vrsinus mavult *proponens*. ut noster I, 7: *Cato modo neque unum neque modicum proposuit.*

Scribere illum) Vrsinus recte addi vult *ita*.

illum. sed de hoc non consentiunt omnes, quod alii dant primatum bonis[d] pratis, ut ego quoque:[e] a quo[f] antiqui prata parata appellarunt.[g] Caesar Vopiscus aedilicius, causam quum ageret apud Censores, campos Roseae[h] Italiae dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.

sunt I. I-G. A. (†) *glandiaria* Herv. (d) *boni* I. B. R. Br. (e) *quoque* deest I. B. R. (f) *quoque* P. (g) *Nam* ins. I. B. R. Br (h) *rore aër* lens. Br. *roseae aër* B. R. *Rosiae* I. I-G. A.

A quo antiqui) Deesse aliquid, vidit egregie Pontedera et ex Crescentio supplet: *quia modicas aut nullas requirunt expensas, a quo* etc. Noster de L. L. IV: *prata dicta ab eo, quod sine opere parata.* Columella II, 17: *prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt. Nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret.* In secundis Curis Ponted. ex Codice Caesenate corrigit: *ut ego. antiqui quoque prata* etc.

Vt ego quoque: a quo antiqui) *Vt ego, a quoque antiqui* es Pol. et Repar. probat Pont. in Curis postumis, qui totum locum redintegrandum coniicit: *uti ego. Prata quoque anteicei parata adpelarunt: uammodicas aut udlas requirunt expensas. Caesar* et reliqua.

Vopiscus aedilitius) Eundem esse, de quo Cicero philipp. XI, 5, putabat Ernesti.

Roseae) Edd. quaedam *Rosiae.* Sic III, 17, 6, *Rosio* est in Brusch.

Pertica) Plinius 17, s. 4: *Caesar Vopiscus quum causam apud Censores ageret, campos Roseae dixit Italiae sumen esse, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed non nisi ad pabulum probantur.* Idem 19, s. 56, de Cannabi: *Rosea agri Sabini arborum altitudinem aequat.* Idem 3, s. 17: *Sabini Velinos accolunt lacus, roscidis collibus. Nar amnis exhaurit illos sulpureis aquis.* ubi Harduinus monet, alterum locum Velinum hodie audire *Lago de piè de Luco* ab oppido vicino in Ducato Spoletino, alterum Reatinum *Lago di S. Susanna.* Praeterea roscidos colles esse monet, qui Roseae campos cingunt. Festus: *Rosea in Reatino agro campus appellatur, quod in eo arva rore humida semper seruntur.* Cicero ad Atticum IV, 15: *Reatini me ad sua tempe duxerunt, ut agerem causam contra Interamnates apud Consulem et decem legatos; quod lacus Velinus a M. Curio emissus, interciso monte, in Narem defluit; ex quo est illa siccata et humida tamen modice Rosia.* Controversias Interamnatium et Reatinorum memorat infra III, 2, 3, ubi Appius dicitur cognovisse de iis, scilicet inter decem legatos cum Consule. Servius ad Geor. II, 201: *hoc dicit Varro, tantam ubertatem fuisse in Rosulano agro postquam Velinus siccatus est lacus, ut ibi longam perticam magnitudo superaret herbarum.* quem locum attulit etiam Gesner in Indice. Similis est sententia Virgilii de agro Mantuano et Tarentino: *Et quantum longis carpent armenta diebus, exigua tantum gelidus ros nocte reponet.* Idem Servius ad Aeneid. VII, 712, *Rosea rura Velini* haec tradit: *Velinus lacus est circa*

VIII. Contra vineam sunt qui putent[a] sumptu fructum[b] devorare. Refert, *inquam*, quod genus vineae sit, quod sunt multae species eius. aliae enim humiles ac sine ridicis, ut in Hispania: aliae sublimes, ut quae appellantur iugatae, ut pleraeque in Italia. quarum[c] nomina duo; pedamenta et iuga. quibus stat recta[d] vinea, dicuntur pedamenta. quae transversa iunguntur, iuga: ab eo quoque vineae iugatae. Iu- 2
gorum genera fere quatuor, pertica, arundo, restes,

Cap. VIII. (a) *sunt qui propter sumptum putent fr. devor.* I. B. Br. R. quae haec verba capiti antecedenti adiungunt *sumptu* Ald. (b) *fructus* A. Iunt. G. (c) *Cuius* P. (d) Ita a. V. qui dedit *rectis.* (e) *et vites* a. V. (f) *est*

Reate iuxta agrum, qui Rosulanus dicitur. Varro tamen dicit lacum hunc a Curio Consule in Nartem vel Narem fluvium derivatum, (nam utrumque dicitur) esse diffusum: post quod tanta est ea loca fertilitas secuta, ut etiam perticae longitudinem altitudo superaret herbarum; quin etiam quantum per diem demtum esset, tantum per noctes crescebat. In Virgilio Codices aliqui similiter *roscida rura* scriptum habent, ut in Plinio *roscidos colles.* Graecis est Ῥόσος. Vide ad II, 8, 3. Quum Tiberio imperante id agebatur, ut flumina et lacus verterentur, per quos Tiberis augescebat et saepe exundabat, *Interamnates disserere pessumituros foecundissimos Italiae campos, si amnis Nar in rivos diductus superstagnavisset; nec Reatini silebant, Velinum lacum, qua in Narem effunditur, obstrui recusantes, quippe in adiacentia erupturum.* Tacitus Annal. I, 79.

Cap. VIII. *Devorare*) Crescentius II, 23: *contra in vineis habere, eo quod fructum saepe sumtus devoret.* antiqua mea habet editio *contra in vineis, eo quod fructus saepe sumtum devorat.*

Quorum nomina) Vrsinus malebat *ridicarum nomina.* sed errore lapsum esse virum acutissimum, multis verbis demonstrarunt Pontedera et Gesner. Quod Pontedera coniecit, *quarum nomine*, i. e. causa, aeque minus placet. Sed ipse Pontedera fatetur, locum esse sanum.

Recta) Male veterem lectionem eiecit Victorius. Rectae opponitur transverse iugata.

Quae iunguntur) Recte Vrsinus emendabat: *queis iunguntur transversae*, etsi Pontedera et Gesner damnant hanc correctionem. Iugis opponuntur pedamenta, quibus recta stat vinea; contra quibus vinea transversa iungitur, dicuntur iuga. Iugum inepte dicitur transversum iungi. Malim tamen *queis iungitur* sc. vinea.

Restes) Plinius 17, s. 35, no. 6: *iugum fit pertica aut arundine aut crine funiculare, ut in Hispania Brundusiive.* et no. 40: *quum breviores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.* Crescent. IV, 44, ubi palmites velut funes tenduntur, cuilibet viti circa eam tres pali parvi ponuntur medio pede distantes, et vinculum

vites.[e] pertica,[f] ut in Falerno. arundo, ut in Arpino:[g] restes, ut in Brundisino.[h] vites, ut in Mediolanensi.[i] Iugationis species duae, una directa,[k] ut in agro Canusino: altera compluviata, in longitudinem et latitudinem iugata, ut in Italia pleraeque. Haec[l] ubi domo nascuntur, vinea[m] non metuit sum-

in I. B. Br. R. (g) *Arpeno* P. (h) *Brundusino* a. V. In Br. tamen est lectio nostra. (i) *agro* add. a. V. (k) *derecta* P. I. *Canusino* Br. (l) *Hae* I. B. R. Br. (m) *vineae non metuunt* a. V. *vineae: non met. sumptum* Br. (n)

quoddam circa eos velut sertum cingitur, deinde palmites extenduntur, inter vitem et vitem surcula parva ponatur vel baculus ligetur, ne uvae flectantur ad terram, et iam huic vineae — multum proderit si facta prope palum ligatura, extra eam, postquam iam lacrimas effudit, suaviter modicum torqueantur sarmenta; nam ex huiusmodi tortura nascitur infra ligaturam successura materies, nec uvis nascentibus aliquam infert laesionem. et hic modus est apud Ast. at laudatur ab omnibus.

Brundisino) Infra II, 6, 5, ubi iterum ex libris suis Victorius Brundisino dedit, liber Polit. habet *Bryndisino*. Vera scriptura ex graeco Βρενδήσιον est Brendisium. et veteres quidam Brendam vocarunt, teste Festo. Arnobius II, p. 50, *Brundam* habet errore scribarum. A capite cervino dictam urbem tradit Isidorus XV, 1, sed male etiam is *brundam* scribit. Hesychius enim βρένδον ἔλαφον interpretatur.

Compluviato) Plinius 17, s. 35, no. 6: *Quinque genera vinearum. Sparsis per terram palmitibus, aut per se vite subrecta, vel cum adminiculo sine iugo, aut pedatae simplici iogo, out compluviatae quadruplici. Quae pedatae ratio erit, eadem intelligitur eius quoque, in qua sine adminiculo vitis per se stabit. Id enim non fit, nisi pedamenti inopia. Simplici iugo constat porrecto ordine, quem canterium appellant. Melior ea vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoque sole coquitur, et afflatum magis sentit, et celerius rorem dimittit: pampinationi quoque et occationi omnique operi facilior. Super cetera deflorescit utilius Iugum fit pertica aut arundine — compluviata copiosior vino est, dicta a cavis oedium compluviis. Dividitur in quaternas partes totidem iugis.* Compluvia iugorum habet Columella IV, 24, 14, et IV, 26, 3. Compluviata dicitur, quod palmae ab altiore iugo ad humiliores palos descendunt quadruplici serie, ut in aedium compluvio pluvia a quatuor laterum tectis in certam subiectam decidit. Figuram posuit Pontedera in Tabula I. no. 13. Columella IV, 17, s. 7, simplici canterio stipatam vitem opponit quadrato agmine circumfirmatae, quae est compluviata vitis. *Treille à quatre pentes* interpretatur Harduinus. Canteriatas vites, simplici iugo iunctas, vocavit Columella V, 4. Compluviatam etiam sub stella vel in stellam diductam vocat Columella l. c. cameratam dicit, ubi iugum in omnem partem porrigitur. Vide notam ad Colum. IV, 26, 3.

Haec ubi domo nascuntur) Quae? Miror, de vitio neminem admonuisse.

ptum ; ubi multa ex[n] propinqua villa ,[o] non valde. 3
Primum genus quod dixi, maxime quaerit salicta. secundum arundineta. tertium iunceta ,[p] aut eius generis rem aliquam. quartum arbusta , ubi traduces possint fieri vitium , ut Mediolanenses faciunt in arboribus, quas vocant opulos;[q] Canusini[r] in harundulatione[s] in ficis. Pedamentum item fere quatuor generum. Vnum robustum , quod optimum solet afferri 4
in vineam e quercu[t] ac iunipero ,[v] et vocatur ridica. alterum palus e pertica, melior[x] e dura , quod[y] diuturnior ; quem quum infimum[z] terra voluit , puter

et I. B. R. Br. (o) *villam* P. 2. (p) *vincrta* Pol. *vineta* I. B R. Br. *viminets* V. C. Vrs. (q) *populos* I. B. R. Br. (r) *Cannusini* I. B. R. Br. (s) *ardulatione* I. B. R. Br. *hardulatione* Pol. 1. Ryck. (t) *querco* I. B. R. Br. (v) *iunipiro* P. (x) *meliore* iunct. I. B. R. Br. (y) *qui* B. R. *quo* Ienss. Br.

Equidem de rebus, ad iugum necessariis, dicere voluisse Varronem censeo ; igitur verba etiam h. l. ut alibi, sunt transposita. Igitur post verba *rem aliquam* colloco atque ite lego : *haec ubi domo nascuntur , vinea — ubi multa in propinqua villa.* Rationem pete e Columella IV , 30 , 4.

In harundulatione in ficis) Pontedera malebat : *in harum iugatione.* Ficos inter vineas seri non vetari ait Plinius 17, s. 18. Has igitur in erbusto ponebant Canusini , ut Mediolanenses opulum. Sed harundulatio mihi etiam displicet in ficis ; quanquem Gesner putabat, propter infirmitetem et fragilitatem ramorum fici erundine deligata eos firmari potuisse. Succurrit nunc locus Dracontii Hexaemeri 34: *torta per obliquos it vitis in orbe corymbos verberat et palmae calamos fluitante flagello : vinea pampineos subarundinat ebria campos.* Quere melim h. l. *arundiuatione.*

Ridica) Fit ligno fisso. Sed Plinius 17 , s. 35 , no. 10 : *ridicae ex robore oleaque , aut si non sint , pali e iunipero cupresso , laburno , sabuco.* Pedamentum teres , seu palum ex cupresso et iunipero fieri , docet etiam Columella IV, 26, ubi additur : *Haec eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt , partesque eorum putres dedolandae acuendaeque, atque alia convertenda , quae proceritatem habent.* Vnde apparet , vitiosum esse hunc locum. Iuniperi enim lignum non finditur in ridicam. Deinde ut quercum iuxta ridicem nominavit, ita Varro iuxta palum seu perticam nominere debebat genus arbusti ; quod fuisse iuniperum , docent loca allata Plinii et Columellae. Puto igitur , fuisse olim scriptum : *diuturnior, velut e iunipero.*

Terra voluit) Recte Gesner emendabat *solvit.* Sed preeterea *infimum* transponendum est ita : *et fit solum infimum summum.* Ante haec tamen verba quaedam excidisse videntur , unde ratio eppsrebat , cur heac Varro commemoraret. Quid ? quod verba

evertitur, et fit solum summum. tertium quod horum inopiae subsidio misit arundinetum.inde enim aliquot colligatas libris demittunt[a] in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor adventicius transire possit. quartum est pedamentum nativum eius[b] generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit; quos traduces, quidam rumpos, appellant. Vineae altitudinis modus, longi-
5 tudo hominis. Intervalla pedamentorum, qua boves iuncti arare possint. Ea minus sumptuosa vinea, quae sine iugo ministrat acratophoro[c] vinum. Huius genera duo, unum, in quo terra cubilia praebet uvis, ut in Asia multis locis, quae saepe vulpibus et hominibus fit communis. nec non, si parit humus mures, minor fit vindemia: nisi totas vineas oppleris musci-
6 pulis, quod in insula Pandataria[d] faciunt. Alterum genus vineti,[e] ubi ea modo removetur a terra vitis, quae ostendit[f] se afferre uvam. Sub eam, ubi nasci-

(a) in fimum divis. I. R. R. Br. Iunt. (a) Ita a. V. qui dimittunt dedit. Deinceps pertusos Cod. Ryck. (b) cuius generis ubi I. B. Br. R. (c) acratophoron a. V. acratoforo P. Deinceps mures, huius — oppleveris Aldina (d) Pandatharia a. V. pandateria P. (e) viniti P. (f) ostenderit a. V. Deinceps

alterum palus e pertica vitiosa sunt. Voluit dicere, pedamentum e pertica vocari palum. Nonius ex Varrone locum huic posuit: *Quid? tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici?*

Cum fundo pertuso) Vrsinus delebat *cum*. Schoettg. malebat *fictiles fundo pertusos*. Cuspides appellari, quoniam efficiunt, ut arundines innetae in terra defigi possint, recte admonuit Gesner. Alii usui tubos fictiles memorat Columella Arbor. c. 9.

Rumpos) Ex opulis vites traduci in opulos, in arbusto, rumpotino hinc dicto, docui ad Columell. V, 7, 1.

Acratophoro) Vasis genus, dictum etiam Ciceroni de Finibus III, 4. Cf Pollux VI, 6.

Genus vineti) Pontedera malebat deinceps legi: *ubi arbusculae modo* etc. sed a sententia plane aberravit vir doctissimus.

Vbi nascitur uva) Haec verba, et deinceps *vindemia facta*, ut superflua deleri voluit Vrsinus; cui equidem assentior; quid enim huic viti opus, ut vindemia demum facta, discat pendere ex furca, quum uvarum causa furcilla subiiciatur surculis gravidis? Scilicet verba *ubi nascitur uva* adscripta fuerant pro interpretatione

tur uva, subiiciuntur circiter bipedales e surculis furcillae,[g] ne vindemia[h] pereat, et vindemia facta denique discat pendere in palmam[i] aut funiculo aut vinctu; quod antiqui vocabant cestum. Ibi dominus simul ac vidit occipitium vindemiatoris, furcillas reducit hibernatum in tecta, ut sine sumptu earum[k] opera altero anno uti possit. Hac consuetudine in Italia utuntur Reatini.[l] Haec ideo varietas maxime, 7
quod terra cuiusmodi sit, refert. ubi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, quod in partu et alimonio vinum non, ut in calice, quaerit aquam, sed solem. itaque ideo, ut arbitror, primum e vinea in arbores ascendit vitis.

IX. Terra, † *inquam*, cuiusmodi sit refert, et ad quam rem bona, aut non bona sit. ea[a] tribus modis dicitur, communi,[b] proprio, et mixto. Communi, ut

afferre hic at saepe alibi in similibus verbis Brusch. Hic etiam Aldina consentit. (g) *furcularis: vindemia* Pol. 2. (h) *vindemia pereat, et* desunt I. B. R. Br. (i) *palma* P. Ryck. (k) *horum* P. *eorum* I. B. R. Br. (l) *urlatini* P.
CAP. IX. (†) *Terram* Com. sphalma credo. (a) *Et a.* I. B. R. Br. (b) *et*

verborum Varronis: *quae ostendit se afferre uvam*; deinde altera: *vindemia facta* interpretabantur verba Varronis: *simul ac vidit occipitium vindemiatoris*, recte monente Vrsino. Ceterum obiter annotabo locum Iosephi in Antiq. Iudaicis laudatum et cum Plinii funetis comparatum ab H. Stephano in Thes. Gr. L. σχοινία βοτρύων εἰς κύκλον περιηγμένη.

In palma) Ita liber, Pol. et Ryck. ut legendum viderat Vrsinus. Rem puto inte[illegible] eandem de qua Columella IV, 26: *saepe enim notavi, per imprudentiam rusticos subiicere iugo palmam, et ita colligare, ut solo vimine suspendant, quae vinea, quum accipit pampini et uvarum pondus, infringitur.*

Cestum) Pontedera interpretatur circulum, vimine aut scirpo textum, in quo uvas per palmam hinc atque illinc racemorum tenus amputatam suspendebant.

Reatini) Lectionem Polit. *Vriatum* Pontedera referebat ad *Vriam*, Apuliae oppidum.

Natura humida) Crescentius IV, 13: *ubi terra naturaliter humida est, — tollenda est, eo quod — alimonia non ut in calice quaerit* etc.

Itaque ideo) Haec scabra et hiulca esse, nemo non videt.

CAP. IX. *inquam*) Hoc interposito verbo Varro redit ad sermonem superiorem *terra cuiusmodi sit, refert.* Nec Varro desiit loqui inde ab initio c. 8, monente Gesnero et Pontedera.

quum dicimus orbem terrae, et terram Italiam, aut quam aliam.[c] in ea enim et lapis et arena et caetera eius generis sunt in nominando comprehensa.[d] Altero modo dicitur terra proprio nomine, quae nullo alio
2 vocabulo neque cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra, quae est mixta,[e] in qua[f] seri potest quid et nasci; ut argillosa, aut lapidosa, sic[g] aliae; quum in hac species non minus sint multae, quam in illa communi, propter admixtiones:[h] in illa enim, quum sit dissimili vi ac potestate, partes permultae, in queis lapis, marmor, rudus, arena; sabulo,[i] argilla, rubrica, pulvis, creta, glarea, car-

ins. (e) *alia in eam*: *cum* et I. B. R. Br. (d) *comprensa* I. B. R. *comprehensa* Br. (e) *mista* I. I-G. (f) *quo* I. B. R. Br. (g) *sic et a.* V. H. St-D. (h) *admistiones* I. I-G. A. (i) *sint* I. B. R. (k) *sabulum* I. B. R. Br. (l) *ignis*

In nominando) Vrsinus bas duas voces abundare censebat.

In qua seri — nasci) Haec verba iterum supervacua visa sunt Vrsino. In Brusch. et Ald. est *seri quid potest et nasci.*

In illa enim) Vrsinus haec ita distinguit et corrigit: *communi, propter admixtiones enim quum sint dissimilia ac potestates* etc. Equidem malim: *Propter admixtiones enim in illa quum sint dissimili vi ac potestate partes permultae, in queis* etc. Ceterum utraque Gesneriana errore operarum *sint* habet pro *sit.*

Glarea carbunculus) Vnde [illegible]a glareosa at carbunculosa dicitur. Loca reliqua scriptorum nostrorum Index monstrabit. Sed breviter de natura utriusque videamus. Vitruvius de arena fossitia 2, 4: *Arenae fossiciae sunt haec genera: scilicet nigra, cana, rubea, carbulum.* Ita quidem h. l. laudat Vincentius Spec. natur. 8, c. 7, in editione Duacensi, sed editus Vitruvius *carbunculum* nominat hic et cap. 6, Palladius I, 10, ubi Vitruvii locum exscripsit, nigram, canam et rufam nominat, carbunculum omittit. Plinius 31, s. 28, de aquae indiciis: *Sabulum exiles limosasque promittit, glarea incertas venas, sed boni saporis, sabulum masculum et arena et carbunculus certas stabilesque et salubres.* Vitruvius 8, c. unde haec transtulit Plinius et Palladius Augusto 8: *item sabulone soluto tenuis, sed si invenientur, ea erit limosa et insuavis.* Palladius: *sabulo solutus exiles insuaves limosas — glarea mediocres et incertas venas — sabulo masculus et arena et carbunculus certas et ubertate copiosas.* Vitruvius 2, 6, arenae genus ait esse carbunculum, quo[illegible] Etruria adusta nimium vehementia vaporis materia, procreetur. De glarea idem Vitruvius 2, 4: *si autem non fuerit arenaria, unde fodiatur, tamen de fluminibus et e glarea extrahatur. Haec tamen in structuris odiosa est, quia dif-*

bunculus:[l] (id est, quae sole perferve[m] ita fit, ut

carb. l. B. R. Br. *carbonculus* Br. deinde *Ab his.* (m) *perfervet ita*, *ut* a. V.

ficis siccescit. Ita eum locum laudat Vinc. S. N. 8, 7, unde Plinius 36, s. 53: *utilior eadem ex effosso lapide, quam ex ripis fluminum collecta*, qui locus vulgo male ad calcem relatus legitur. Palladius I, 10: *si fossilis arena non fuerit, de fluminibus aut glarea aut litore colligetur*, ubi *aut* omittunt Editiones optimae principes I. B. R. Vincentius autem l. c. habet: *fluminibus autem glarea vel litore colligitur.* Rivos glareosos dixit Plinius 26, s. 56, eosdemque perennes. Idem 22, s. 64, glareosa dixit, quae Diosc. 4, 153, τραχία. Marmoris glareas idem 33, s. 21, postea micas marmoris interpretatur. Glarea est igitur, quod Graeci ψηφίδας, calculos minutos, dicunt, in maris et fluviorum litoribus reperiundos. Viae publicae glarea sternebantur, auctore Livio 41, 27. Stabula saxo aut glarea strata probat Columella 6, 23: sabulo etiam *illa, quod imbres respuant, haec, quod celeriter sorbeant transmittantque.* Idem 2, 2, s. 10, fossis caecis lapides minutos vel nudam glaream substerni iubet, deinde subdit: *si nec lapis erit, nec glarea.* Ausonius in Epistola ad Paulum: *qua glarea trita viarum fert militarem ad Blaviam*, ubi Scaliger laudavit locum Augustini de Civitate 22, 8, ut non excidant animo, quasi glarea, memoriae crebra lectione teruntur. De carbunculo adde Colum. 3, 11, 7. De carbunculo Vitruvius 4, 6, tophus est genus pulveris circa montem Vesuvium, quod calce et caemento commixtum non modo caeteris aedificiis firmitates praestat, sed etiam moles in mari constructas, sub aqua solidat — ignis, per eius materiae venas egrediens, quod molle se terrenum est, exurit, quod autem asperum, relinquit ita, sicut in Campania exusta terra fit cinis vel tophus, sic et in Thuria excocta materia efficitur carbunculus. Ita b. l. laudat Vincentius 8, c. 12. Hinc apparet, tophum et carbunculum esse terrarum vulcanicarum, quas hodie dicunt, genera. De rubrica nunc videamus. Vitruvius 2, 3: *lateres faciendi sunt ex terra albida cretosa, sive de rubrica, aut etiam sabulone masculo — non enim de arenoso, neque calculoso neque sabuloso luto sunt ducendi.* Vnde Plinius 35, s. 49: *lateres non sunt e sabuloso, neque arenoso, multoque minus calculoso ducendi solo, sed e cretoso et albicante, aut ex rubrica, vel si iam ex sabuloso, e masculo certe.* Palladius Maio 12: *lateres faciendi sunt ex terra alba vel creta vel rubrica.* In Plinio lege: *ex sabulone, masculo certe.* Ex his locis arguere debemus naturam sabuli sabulonisque, quae tamen voces fere semper in Codd. permutatae reperiuntur. Praeter locum Palladii est alius Geoponicorum VI, 3, ubi ad genus figularis cretae referuntur ἡ πυῤῥὰ τὸ χρῶμα γῆ καὶ ἡ λευκή. Eadem X, 75, s. 12, ad lutum insitionum commendant πηλὸν ἀργιλλώδη· ἡ γὰρ πυῤῥὰ γῆ εἰς τοῦτο ἀποίητος ἐκκαίει γὰρ τὰ στελέχη. Apparet igitur, *rubricam* latine dici quae graece est πυῤῥὰ γῆ, et ad argillae seu cretae genus pertinere. Superest, ut doceatur, qua nota creta Varronis ab argilla sit distinguenda? quod equidem facere non possum.

Id est quae) Gesner haec verba

3 radices satorum comburat) ab iis, quae proprio nomine dicitur terra, quum est admixta[n] ex his generibus aliqua re, tum[o] dicitur aut[p] cretosa, aut[q] glareosa, et sic ab aliis generum discriminibus mixta. et[r] uti horum varietates,[s] ita genera haec, ut praeterea subtiliora sint[t] alia. nam[v] minimum in singula facies terna,[x] quod alia terra est valde lapidosa, alia mediocriter, alia prope pura. Sic de aliis generibus reliquis admixtae terrae tres gradus ascendunt[y] eosdem.
4 Praeterea hae ipse ternae species ternas in se habent alias, quod partim sunt humidiores, partim aridiores, partim mediocres. Neque non haec discrimina pertinent ad fructus[z] vehementer. Itaque periti in loco humidiore far adoreum potius serunt, quam triticum; contra in aridiore hordeum potius, quam far, in me-

(n) *admista* I. I-G. ut alias semper. (o) *ut cum* I. B. R. Br. (p) *aut* abest I. B. R. Br. (q) *aut glareosa* deest I. B. Br. R. (r) *et uti* omitt. I. B. R. Br. (s) *varietate* I. B. R. Br. (t) *sint. Alia minimum* I. B. Br. R. *aut alia. Nam ad minimum* Ald. in corrigendis, Iunt. G. (x) *terrena* I. B. Br. R. (y) *ascendunt. Eosdem praeterea* I. B. Br. R. (z) *fructus. Veh. itaque* I. B. Br. R. deinceps glossematis suspecta habuit et inclusit.

Mixta, et uti) Vrsino verbum *mixta* abundare videtur.

Genera haec) Vrsinus haec ita corrigit: *genera haec, et praeterea subtiliora sunt; nam minimum in singulis facies terna*, interpretatus *subtiliora* minutiora et magis particularia, ut supra cap. 5.

Facies terna) *terena* antiquum legitur Pontedera in Curis post. pro *terna* dictum, ut *bini, terni, quaterni, quini* pro *bis ἑνοί*, ab εἷς, ἑνός *unus*, bis uni, ter uni, quater uni, quae olim similiter fuisse censet *biseni, tereni, quatereni*.

Humidiore) Plinius XVIII, c. 47, sect. 46: *In loco humili far adoreum potius, quam triticum serunt, temperato et triticum et ordeum — tenue solum ordeo dabitur, minus enim alimenti radix poscit; laetior terra densiorque tritico*, ubi Vrsinus iam monuit, legendum esse *humido*. Idem Plinius ibidem sect. 48: *Hordeum frugum omnium mollissimum est; seri non vult nisi in sicca et soluta terra, ac nisi laeta*. Columella II, 9, 3: *ordeum nisi solutum et siccum locum non patitur — nullam mediocritatem postulat; nam vel pinguissima vel macerrima humo iacitur*; ubi vides, *solutum* dici, quod Plinio est tenue. Ne vero Columellam putes Varroni et Plinio adversari in mediocritate, monendus es, mediocritatem a Columella referri ad pinguedinis et maciei discrimen solum.

diocri utrumque. Praeterea etiam discrimina omnium 5 horum generum subtiliora alia, ut in sabulosa terra. quod[a] ibi refert, sabulo albus sit, au rubicundus: quod subalbus[b] ad serendos surculos alienus, contra rubicundior appositus. Sic magua tria discrimina terrae, quod refert utrum sit macra, an pinguis, an mediocris. quod[c] (ad culturam) pinguis foecundior ad multa, macra contra. Itaque in[d] iis, ut in Pupinia, neque arbores prolixas,[e] neque vites feraces, neque stramenta videre[f] crassa possis,[g] neque ficum mariscam, et arbores plerasque, ac prata retorrida, et muscosa.[i] Contra in agro pingui, ut in Hetruria, licet 6

umido sed far Codex Guelferbyt. Nonii in voc. *ador.* (a) *quot* Herv. (b) *sabulo albus* A. Iunt. G. deinceps *surculos* om. Iuntina. (c) Ita pro *quo* scripsi ex I. B. Br. R. Iunt. Deinceps *multa macra contra* Br. (d) *nux* I. B. Br. R. *nux in viis, ut* P. 2. *in Veiis* A. Iunt. G. (e) *prolixae* I. B. Br. R. (f) *in crassa* Eaedem. (g) *poteris* a. V. (h) *neque* add. I. B. Br. R. (i) *raucosa* Eaedem.

Quod refert) Adiunge his verba *ad culturam*, quae librarius temere hinc retracta posuit deinceps, ubi recte Vrsinus de loco controversiam movit.

Quod — pinguis) Veterem lectionem vulgatam *quo* substitui, suadente etiam Vrsino; et verba alieno loco posita inclusi.

Itaque in iis) sc. terrae discriminibus, quae tria proposui. Ita Pontedera vulgatam defendit, non obnitente Gesnero. Contra recte Victorius vidit, in lectione vitiosa latere vocabulum *macra* vel simile. Vrsinus *in ea* corrigebat Columella I, 4, 2: Pupiniae agrum pestilentem simul et exilem fuisse testatur; ubi vide notam. Circa Tusculum urbem agrum Pupinum fuisse, ex Festo annotavit Vrsinus. Itaque *Veii* huc non pertinent, quos Iucundus in Aldinam intulit ex Codice aliquo, ut puto; ita enim fere liber alter Politiani habet scriptum. Ex Edd. primarum lectione *Itaque nux ut in Pupinia*, quam ignotam habuit Victorius, comparato Columella facile eruo veram: *Itaque in exili, ut id Pupinia.* Pontedera in Curis sec. ex Codice utroque Florentino Polit. annotavit *in nus.*

Quod (ad culturam) Ita cum Edd. pr. Pontedera in Curia post. Deinde *Itaque heic uti in Papinia* praefert. *nus* Pol. et 5 Flor. *in his* Caesen. *in viis* Polit. 2, Flor. 3; deinceps idem *prolixae* ex Edd. pr. Pol. 5, et 4 Flor. probat. Postea *feraces; neque stramenta videre obi crasa poteris — retorrida muscosa* sine copula *et* cum Polit. 5, 4, 3 Florent. praefert. Ad *prolixae* intelligit *proveniunt*; pro *ibi* dedit *obi* antiquum, ut *olli* pro *illi*.

Muscosa) Cato c. 6 oleam Licinianam in agro crasso et caldo ait musco rubro infestari; ideo seri vult eam in solo macriore et frigidiore. Pupiniae

videre segetes fructuosas, ac restibiles, et arbores prolixas, et omnia sine musco. In mediocri autem terra, ut in Tiburti, quo[k] propius accedit, ut non sit macra, quam ut sit ieiuna, eo ad omnes res commodior, quam si inclinavit[l] ad illud[m] quod deterius." Stolo, Non male, inquit, quae sit idonea terra ad colendum, aut non,[o] Diophanes Bithynius scribit, signa sumi posse aut ex ipsa, aut ex[p] iis quae nascuntur ex ea.[q] ex ipsa, si sit terra alba, si nigra, si levis, quae quum fodiatur, facile frietur,[r] naturaque[s] non sit cineritia[t] neve vehementer densa. ex iis autem, quae enata sunt fera, si sunt prolixa, atque ea quae ex iis nasci debent, earum rerum feracia. Sed quod sequitur, tertium illud de modis dice.[v]

X. Ille, Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania ulteriore metiuntur iugis,

Deinceps *Etruria* Br. et *restibilis* Br. (k) Vulgo *quod* Hervag. *quot.* (l) *inclinaverit* a. V. (m) *aliud* I. B. Br. R. (n) *est* add. Eaedem. (o) *an non* a. V. (p) *ex iis* om. I. B. Br. R. (q) *ex eis* I. B. Br. R. (r) *seritur* I. B. R. *feritur* Brusch. (s) *natura quae* I. B. Br. R. (t) *cineraria* Eaedem. Deinceps *ex his* Br. Ald. postea *quae ex his* Ald. (v) *dici* P. 1. *dicite ille* P. 2.

solum sterile et aestuosum fuisse, doceo ad Columellam I, 4, 2. Sed Edd. primae *raucosa* habent, ubi forte *rancosa* latet.

Restibiles) De Campania testatur locus Plinii et Strabonis supra positus ad I, 2, 6.

Quo propius) Ita cum Vrsino correxi vulgatum *quod*. Deinceps *inclinaverit* aut *inclinaret* probabat Gesner. Vrsinus locum Theophrasti C. P. II, 6, recte comparavit, de terris: οὐ μὴν ἀλλ' αὐτῶν γε τούτων ἡ πρὸς θάτερον μέρος ἀποκλίνουσα τῆς ἐναντιώσεως κρείττων.

Aut ex ipsa) Haec verba in utraque Gesneriana exciderunt operarum errore.

Facile frietur) *facile feritur* ex Edd. pr. pro distrahitur, dispergitur, dictum antique, *fertur*, praefert Pontedera in Curis post.

Cineritia) i. e. nimis soluta. In Geoponicis haec distinctionis pars non reperitur; altera tamen ibi exstat.

Atque ea quae) Gesner pleonasmum ait esse similem illi I, 17, 4, *adminiculo hominum, sine quibus rebus.* Contra mihi pronomen *ea* vitiosum h. l. et spurium videtur. Varronianum est: *atque quae ex iis nasci debent, earum rerum feracia.*

CAP. X. *Ille*) Varronem repetere sermonem, monuit Gesner, qui malebat *Ille* abesse, illique substitui *Modos, inquam.*

in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boves uno die exarare possiut. Versum dicunt centum pedes quoquoversum quadratum. Iugerum quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui et latus est 2
pedes cxx, et longus totidem. is modus* acnua Latine appellatur. Iugeri pars minima dicitur scripulum,

Cap. X. (a) *modius ac mina* a. V. *modidus acnua* Pol. 2. deinceps *scrupulum*

Iugum vocant) In loco Plinii 18, s. 3: *Iugerum vocabatur; quod uno iugo boum in diem exarari possit.* Ex h. l. *iugum* restitui voluit Vrsinus, quod fecit Harduinus. Nonius: *Iugeri proprietatem Varro designat de re rustica libro I. Apud nos in — latino metiuntur iugeris; iugum vocant — possunt*, quem locum ex libris suis correxit Mercerius, ut h. l. legitur.

Acnua) Ita in libris scriptum hic et in Columella V, 1, reperit et edidit Victorius. In Columellae Codice Vrsinus reperit *acna* scriptum, quam lectionem h. l. restitui volebat. In Isidori Origin. XV, 15, est *agrum*; Godofredus in Var. Lect. p. 1914, habet *Agnum*. Rigaltius ad *Gramaticos* p. 283, ab Herone ait vocari ἄκαινα. Salmasius ad Solinum p. 481, ita tradit. Idem Hero ἀκίναν similiter facit decem pedum, Philetaeriorum: ἡ δὲ ἀκένα ἔχει πόδας φιλεταιρίους ι, ἤτοι δακτύλους ρξ. Alter Hero Geodaetes acenae tribuit spithamas sedecim, hoc est pedes duodecim. Pedes ergo Italicos intelligit: Η ἀκίνα σπιθάμας 15. Graeci antiqui ἄκαιναν scribunt, recentiores ἄκεναν. Inde acna Columellae pro certa mensura agri. Auctor vetus: Agnua habet pedes XIIII. CCCC. Iugerum habet pedes XXVIII. CCC. Haec Salmasius. Locum Heronis positum reperio in excerptis ex Herone in Montfaucon Anecdot. Graecis T. I, p. 314, ubi additur τὸ δὲ λουγγρον ἀκένας κ. (i. e. 20). Pontedera ex loco Columellae, quem transtulit Isidorus, comparato arguit, locum Varronis esse vitiosum in eo, quod vocabulum latinum esse traditur, quum Columella rusticis Baeticis tribuat. Praeterea Varronem in simili caussa dicere solere, *a nostris*, non *latine* appellatur. Deinde *acnuam* in Varrone, ut formam antiquiorem, tuetur; Columellae *agnam* ex consuetudine temporis et Baeticorum, latinum sermonem imitantium, ductam esse putat. Post Pontederam Schoettgen addidit locum Hesychii ἄκαινα μέτρον τί, et Eustathii ad Iliad. μ. p. 307. In vetere auctore Salmasii numeros pedum quadratorum iugero vitiosos esse monet, et ex ratione acnuae et loco Varronis corrigit Gesner ita: *Iugerum habet pedes* (quadratos) XXVIII. DCCC. i. e. 28800. Pontedera in Curis secundis nomen mensurae sumtum esse suspicatur ab ovillo et suillo pecore, more rusticorum et pastorum, qui et astra nominibus rusticis signaverint. Adde, si lubet nugari, *bubulcam*, a Crescentio dictam pro iugero latino. Sed vide ad Columellam quae dicentur.

Scripulum) Pontedera in Epist. p.

id est decem pedes in[b] longitudinem[c] et latitudinem quadratum. Ab hoc principio mensores non nunquam dicunt in subsicivum[d] esse unciam agri, aut sextantem, aut[e] quid aliud, quum ad iugerum pervenerunt: id[f] habet[g] scripula[h] CCLXXXVIII.[i] quantum[k] as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat.[l] Bina iugera quod a Romulo primum divisa (dicebantur) viritim, quae (quod) haeredem sequerentur. haeredium appel-

Br. Ald. (b) *et* I. B. Br. R. (c) *longitudine et latitudine* a. V. (d) *subcisivum* I. I-G. A. (e) *siquid* I. B. R. Br. (f) *quot* I. B. R. Br. (g) *iugerum* ins. I. B. R. Br. (h) *scripula* P. et Codd. Victorii, *scrupula* al. (i) *ducenta octoginta octo* a. V. CCLXXVIII est sphalma Com. (k) *Quantum autem ad antiquos nostros ante* I. B. R. Br. *Quantum attinet ad antiquos nostros* I. I- G. A. *Quantus as antiquos noster* P. *antiquos* etiam Codd. Victorii. (l) *pendebant bina iug.*

79, 98 docuit, *scriptulum* scribendum esse.

Subsicivum) Forte fuit *subsicivo*. Vide notam seq.

Pervenerunt) Vrsinus corrigebat: *non pervenerunt*, laudato loco Siculi Flacci: *quando minus fuerit quam centuriae modus esse debet, subcisivum vocatur*; atque altero Frontini: *Subsicivorum genera sunt duo, unum quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit.* Gesner in Indice posuit locum Auctoris antiqui de Limitibus p. 293: *Subsicivum est, quod in metiendo modum iugeri excedit.* Ex his locis manifestum fit, id quod iugerum superat, sed ad centuriae modum non pervenit, in subsecivo esse dici. Quare Vrsini coniectura falsa est.

Scripula) Sosipater Charisius testatur, sua aetate iam ita dictum fuisse, quum Varro et antiqui scriptores rectius *scriptulum* appellassent. Scilicet ex graeco γράμμα. Rhemnius de Ponderibus: *Gramma vocant, scriplum nostri dixere priores. Grammata dicta, quod haec viginti quatuor in se uncia habet; tot enim formis vox graeca notatur.* Haec scriptura dominatur in ponderum et mensurarum agri usu et vocabulis, docente Pontedera.

Quantum as) Quum aes grave dicebatur a pondere, auctore Festo, quia asses singuli pondo libras efficiebant. Vide eundem in *Sextantariis asses*, et Plinium 33, c. 3.

Dicebantur) *dicebatur* R. Caesen. deinceps *quae heredem* ex P. R. 4, 3 Flor., postea *Hoc postea* dedit ex le. P. *Hec*, denique *a* ante *centum* cum P. R. 4 Flor. omisit Pontedera, ut sequens *dicta* cum Edd. pr. Pol. R. 4, 3, Flor.

Heredium) Columella Cincinnati agrum quatuor iugerum vocavit *herediolum* I Praef. 13. Festus: *heredium, praedium parvulum.* Nonius: *haeredii proprietatem indicat Varro de re rustica libro I. Bina iugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim, quae quod heredem sequerentur, heredium appellarunt.* ubi Mercerus librorum suorum auctoritate omisit *dicebantur* et deinceps *quod*, eamque lectionem Varroni etiam voluit restitui, probante Gesnero. Sed nunc

larunt. Haec postea [a] centum centuria dicta.[m] Centuria[n] est quadrata in omnes quatuor partes, ut habeat latera longa pedum[o] ∞ ∞ C. ꞵ. Hae porro quatuor

a. V. In sequentibus Nonii Codex Guelferbyt. antiquus habet *sequentur* omissis *hered. appellarunt.* (m) *dicta* deest I. B. Br. R. I. I. *a iugeris centum centuria dicta* Ald. (n) *quae duplicata est* I. I. G. A. (o) *M. M. C. pedes* I. B. Br. R. *duo millia et quadringentos pedes* I. I. G. In Ald. est *longa II. CCCC. pedes:* sed in Corr. est lectio Iuntina. ∞ ∞ *D.* Vict. praet. 1541. de quo errore ipse deinde Victor admonuit, et in Codice antiquissimo esse ait ∞ ∞ C. ꞵ. quam notam restitui; centenarii enim numeri notam omisit Gesn.

demum video, Petr. Ciacconium de Numis et Ponderibus p. 124, corrigere: *Bina iugera quae a Romulo pr. div. dicebantur viritim, quod haeredem seq. heredium appellarunt.* Quam equidem emendationem amplector. Ceterum idem vir doctus vulgatam huius loci ante Victorium distinctionem recte correxit. Mercerius scripta exemplaria bibliothecae regiae Paris. sequi se affirmat.

Haec postea) Mercerus corrigebat: *Heredia centum centuria dicta.* Contra vulgatam tuebatur Gesner praepositione inclusa et damnata.

Centuria) Festus: *centuriatus ager in ducena iugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducena iugera tribuit.* Idem: *centuria in agris significat ducenta iugera.* Plinius 18, s. 12: *bina tunc iugera P. R. satis erant, nullique maiorem modum attribuit.* Idem 19, s. 4: *In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus, in horti vero heredium.* Siculi Flacci locum de centuriae significatione hac posuit etiam Vrsinus. Varro de L. L. IV, p. 10: *Centuria primo a centum iugeribus dicta; post duplicata retinuit nomen.* Itaque vulgatam huius loci lectionem recte tuetur Victorius.

ꞵ) Notam hanc in libris scriptis omnibus Victorius reperit. Gesner ex Commentariis Casp. Bach. Meziriaci ad Plinii 33, s. 3 additis egregio commentario in Ovidii Heroidas p. 9 admonet, virum doctum istum promisisse se demonstraturum alibi, notam hanc non quingentos, sed quadringentos significare. Miror tamen, de priore nota Gesnerum tacuisse, quam Victorius notae primarum Editionum substituit. Scilicet Victorius in Explicat. Castigationum suarum in Ciceronem Lugduni 1560 editis p. 160 monuit, in libris vetustissimis Epistolarum Ciceronis, Livii, Varronis et in Codice Columellae, a Nicolao Nicolo scripto, in Bibliotheca Divi Marci notam huius numeri perscriptam exstare ita, ut h. l. edidit. Eam vero ortam esse docet ex antiquiore nota huius numeri, quam annotavit Priscianus in libello de ponderibus et mensuris his verbis *Mille secundum Atticos per X literam, sed ut sit differentia*, ad X *circumscriptis lateribus* (X). Hinc igitur originem ducere recentiorem hanc notam, recte monuit Victorius; eiusdemque dimidiatae figuram refert nota illa, quam in Codd. vetustis exprimere numerum quingentorum docuit Victorius. Ceterum miror, in Columella numeri utriusque notam recentiorem intactam reliquisse cum Victorio Gesnerum, nec adeo varietatis alicuius meminisse.

centuriae coniunctae, ut sint in utramque partem binae,[p] appellantur in agris divisis viritim publice saltus.

XI. In modo fundi non animadverso lapsi sunt multi, quod alii villam minus magnam fecerunt quam modus postulavit, alii maiorem, quum utrumque[a] sit contra rem familiarem ac[b] fructum. maiora enim tecta et aedificamus pluris, et tuemur[c] sumptu maiore. minora quum[d] sunt quam postulat fundus, fru-
2 ctus solent disperire.[e] Dubium enim non est, quin cella vinaria maior sit faciunda in eo agro, ubi vineta sunt[f] ampliora: ut horrea, si frumentarius ager

(p) *binae. Et sic app.* Brusch. et, ut suspicor, etiam I. B. R. nam in utraque Gesneriana varietas excidit haec.

Cap. XI. (a) *utrunque* Br. Ald. (b) *et* Br. (c) *tuentur* I. B. Br. R. A. (d) *enim si sint* I. B. Br. R. *enim si cum sunt* P. (e) Vulgo erat insertum: *Licinius*. In I. B. Br. R. litera L sola conspicitur. C. L. in Pol. 2. (f) Ita a. V.

Liber tamen etiam Sangermannensis in postremo capite libri IV Columellae hanc antiquam numeri utriusque notam, quanquam paulum variatam, exhibet. Nam pro nota *B* exhibet Q. quae ipsa litera latina quinque significare videtur et quingentos. Opinionem Bacheti satis refellunt, quae de notis numerorum antiquis in monumentis publicis, libris et abacis calculatoriis repertis disputavit P. Ciacconius ad Columnam Duillii p. 31, et de numis p. 157. Ceterum male utraque Gesneriana ante notam quingentorum omiserat alteram, qua centum signabantur, quamque in fidelissimo Codice exstare admonet Victorius, et denique ratio numerorum reliquorum flagitabat, demonstrante Mercerio ad Nonium, cuius totam annotationem apposuit Gesner. Notam numeri 500 *B* ortam ex V Ↄ cum Sexto Medice censet Foggini ad Fastos Verrii Flacci p. 4.

Hae porro) Mercerus delebat *Hae*. De saltus hac significatione Gesner interpretatur locum Catulli Carm. 112, ubi *Firmanus saltus Mentulae* dicitur.

Cap. XI. *Non animadverso)* Haec duo verba glossatoris esse, suspicabatur Vrsinus.

Tuemur) tuentur Edd. pr. sensu passivo ex Nostri I, cap. 4: *bello ab iis tuebantur* defendit Pontedera.

Dubium enim) Vulgo ante haec verba nomen *Licinius* insertum legitur, quod ex nota L Codicum ortum, ut supra cap. 2, 20, plane delevi, ab Vrsino et Gesnero recte damnatum.

Sint ampliora) Recte Edd. primae habent *sunt*; alioquin in sequenti membro debet similiter esse *sit*. Deinde egregie vidit Vrsinus, legendum esse *vineta sunt; ut horrea ampliora*. Ceterum ex h. l. apparet discrimen vineae et vineti. Vinetum enim vineas plures complectitur, ut recte Car. Stephanus animadvertit; nec intelligo, quare

est.[g] Villam[h] aedificandum potissimum, ut intra septa (villae) habeat[i] aquam: si non, quam proxime. primum, quae[k] ibi sit nata; secundum, quae influat perennis. Si omnino[l] aqua non est viva, cisternae faciundae sub tectis, et lacus sub dio, ex[m] altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti possit.

XII. Dandum[a] operam,[b] ut potissimum sub radicibus[c] montis silvestris villam ponas,[d] ubi pastiones sint latae,[e] ita ut contra ventos, qui saluberrimi in agro flabunt.[f] Quae posita est[g] ad exortus[h] aequinoctiales, aptissima,[i] quod aestate habet[k] umbram,

qui dedit *sint.* (g) Hic adest divisio cap. Iuntt. Pol. 2. cui titulus: *De horreo* Pol. 2. *De aqua villae* Iuntt. (h) *In villa aedificanda hoc potissimum* a. V. *Villam aedificandam* rel. *aedificandum* Codd. Vaticani teste Ponted. *aedificandam potissimum infra — proxime, quae ibi sit nata, vel perennis influat* Cresc. I, 5 ubi male Basil. *influatur.* (i) *habeas* I. B. Br. R. (k) *quod* Eaedem bis habent. (l) *si vero* Cr. (m) *et* I. B. R. *divo — uti possint* Cr. ubi tamen antiqua mea *et pecus* habet. Bruschiana bis habet *et* pro *ex* scriptum.

Cap. XII. (a) *Dandam* I. B. Br. *Danda* R. A. Ba. G. H. St- D. *Dandum* Iunt. (b) *opera* A. Ba. G. H. St- D. *dandam operam* Cresc. (c) *radice* Cresc. (d) *ponat* P. Cresc. antiqua mea ubi Basil. *villa ponatur.* (e) *latae* I. B. Br. R. A. Ba. G. Gr. *laeta* Hervag. *laxae* reliquae cum Victorio. *laxae, aut ubi venti saluberrimi flabunt* Cresc. ubi Basil. *latae* habet. (f) *flabunt, posita sit. Ad* I. I- G. A. (g) *sit* I. B. R. Br. (h) *exortos* P. et Cresc. antiqua mea (i) *apertissima* Cr. (k) *habeat* ante Victor. (l) *eurum* ante Victor. *earum* Ienss.

dubitaverit Gesner ad Colum. III, 9, 8. Breviter, vinctum est ager, vitibus consitus, vinea est vineti species arbustoque opponitur. Est ubi utrumque vocabulum locum habeat, alibi librarii perperam permutarunt.

(Villae) habeat) Vrsinus deleri voluit vocabulum, quod inclusi. Alioquin *habeat* ex nullo plane vocabulo pendet, aut *habeas* cum Edd. primis legi debet.

Proxime) Ex analogia apparet, *proxume* scribendum esse. Supra antiquum *utrumque* mutavit Iucundus. Eadem varietas saepius in Edd. primis occurrit, vulgo neglecta.

Cap. XII. *Radicibus)* Colum. I, 5: *sed alio procul editiore situ condere, ut frons eius ad orientem aequinoctialem directa sit.*

Contra ventos) Ex lectione Crescentii Pontedera corrigebat h. l. *laxae, ubi venti sal. flabunt.* Sed vulgatam satis defendit locus Colum. I, 5: *frons aedificii aversa sit ab infestis eius regionis ventis, et amicissimis adversa.*

Villam ponas) Crescentius Basil. *villa ponatur.* Vnde suspicari coepi, verba, quae in fine cap. 13 leguntur, alieno loco posita esse: *item videre oportet, si est collis, nisi quid impediat, ut ibi potissimum ponatur villa.* Scili-

hieme solem. Sin cogare secundum flumen aedificare, curandum ne adversum eum[l] ponas. hieme enim fiet[m]
2 vehementer frigida, et aestate non salubris. Advertendum[n] etiam si qua erunt loca palustria, et propter easdem causas, et quod arescunt, crescunt[o] animalia quaedam minuta, quae non possunt oculi consequi, et per aëra intus in corpus per os ac nares perveniunt, atque[p] efficiunt difficiles morbos. Fun-

adversus eum Cr. qui paulo antea habet *Si cogaris prope.* (m) *fit* Cr. (n) *Avertendum* P. *animadvertendum est si iuxta erunt* Cr. Basil. sed antiqua mea: *si aqua erunt.* (o) *crescuntque* I. B. R. Br. *et quod in iis crescunt* A. I. I-G H. St-D. *et quod in iis alescunt* Popm. *et quia eum arescant, crescunt* Cresc.

cet etiam Columella I, 4, sect. 10, medios colles probat villae collocandae; et cap. 5, sect. 7, editiorem situm villae iterum commendat. Hic igitur est aut in colle, aut in radicibus montis, sylva obsiti. Vtrumque coniungit et probat Varro. Igitur post *flabunt* inserenda censeo verba, quae hinc in alienum locum migrarunt.

Sin cogare) Malim cum Vrsino et Cresc. *si cogare.*

Adversum eum) Antiquam lectionem *eurum* recte improbavit Victorius: ab ortu enim solis eurus flat; igitur opportunissimus ad villae situm. Vrsinus reponebat *cursum.* Alterutrum expressit ex h. l. Plinius 18, c. 6: *convenit nec iuxta paludes ponendam esse nec adverso amne.* Pontedera malebat *eam*, ut ad villam referatur, ut sequentia etiam verba; cui assentitur Gesner. Agnoscit tamen uterque, *eum* referri posse ad fluvium cogitatione, quo schemate saepe utitur Varro. Ceterum h. l. interpretatur Columella I, 5, 4: *cavendum tamen erit, ut a tergo potius, quam prae se flumen habeat.* ubi vide notam.

Advertendum) Intellige, ne ibi ponas villam. — *Advertendum* ex Polit. *Avertendum* Pontedera effecit *Avortundum* et deinceps *arescunt crescuntque* ex Edd. primis revocavit; utrumque recte!

Crescunt) Primus Vrsinus vitium loci indagavit, ex *alescunt* ortum esse *arescunt* suspicatus, cui deinde glossa *crescunt* accesserit. Addidit locum Colum. I, 5, 6: *nec paludem quidem vicinam esse oportet — quod illa caloribus noxium virus eructat et infestis aculeis armata gignit animalia, quae in nos densissimis agminibus involant.* Ex lectione Crescentii supra posita Pontedera corrigebat: *Animadvertendum etiam si qua iuxta erunt lo. pa. — et quia quum arescunt, crescunt in iis animal. q. minuta.* Sed ille Basileensem editionem solam consuluerat, ubi antiqua mea plane diversa abit. Equidem laudo conatus virorum doctorum, sed plura et graviora hic subesse ulcera puto. Quid enim? Credamne, Varroni culices istos minutos morbos efficere difficiles? Hoc nemo medicorum veterum aut recentiorum affirmavit unquam. At vero loca palustria quum arescunt caloribus, noxium virus aëris eructant, ut recte monet Columella l. c. et morbos difficiles

danius, Quid potero, inquit, facere, si istiusmodi
mi[q] fundus haereditate[r] obvenerit, quo minus pesti-
lentia noceat? Istuc vel ego possum respondere,
inquit Agrius. Vendas quot assibus possis: aut si ne- 3
queas, relinquas. At[s] Scrofa, Vitandum, inquit, ne
in eas[t] partes spectet villa, ex quibus[v] ventus gra-
vior[x] afflare soleat;[y] neve[z] in convalli cava. et[a] ut
potius in sublimi loco aedifices. qui[b] quod perflatur,
si quod est quod[c] adversarium inferatur, facilius
discutitur. Praeterea,[d] quod ab sole toto die illustra-
tur, salubrior est, quod[e] et bestiolae si quae prope
nascuntur aut[f] inferuntur, aut efflantur,[g] aut aritudine
cito pereunt. Nimbi repentini, ac[h] torrentes fluvii 4

(p) *et nares — et efficiunt* Cresc. (q) *mihi* ante Victor. omittit P. (r) *haeriditati* P. (s) *Item* Cresc. (t) *eam partem* I. B. Br. R. Cr. (v) *ex qua* Cr. *e quibus* Br. (x) *ex his partibus* ins. I. B. R. Br. *ex iis partibus* P. (y) *solet* Cr. *efflare* ex edit. Lovan. laudat Gesner. (z) *ne* Cr. (a) *sed potius* Cr. (b) *eo quod cum perflatur* Cresc. editiones tres. (c) *si quod est ibi adversarium facilius disc.* Cresc. Basil. sed antiqua mea *inseratur*, addit post *adversarium*. (d) *Propterea locus qui a sole tota die.* Cresc. ex editione Lovan. Gesner laudat haec verba *locus qui ab sole*. (e) *quia et* Cr. (f) Ita I. B. R. Br. Vulgo *et*. (g) *aut flatu* Cr. Basil. sed antiqua mea *aut afflantur*. (h) *fluvii ac torrentes* A.

pariunt. Quare ex Columella corrigam: *et quod quum arescunt, efficiunt difficiles morbos, atque crescunt ibi animalia — consequi — perveniunt.*

Afflare) Gesner malebat *offlare*.

Quod adversarium) Pontedera corrigebat: *si quod sit ibi adversarium aut si quod inferatur*, cui emendationi plus auctoritatis accedit ex verbis deinceps positis, *si quae prope nascuntur, aut inferuntur*, quam ex lectione Crescentii Basileensis; nam antiqua mea aliter habet, ex qua malim *si quod est ibi adversarium aut inferatur.*

Aut inferuntur) Ita recte Edd. primae, quam lectionem confirmat sequens geminum *aut*. Paulo antea in Brusch. est *salubriore*: id est *salubriorem*.

Aritudine) Eadem voce utitur Plautus Rudent. II, 6, 40. Nonius: *Aritudinem pro ariditate. Varro Prometheo lib. I, Humanam quandam gentem stirpis, inquit, frigus calore atque humore aritudinem miscet.* ubi Mercerus p. 74 edidit: *Varro Meteo. lib. I humanarum: Quandam g. st. conquit frigus.* Sed in notis praefert: *Prometheo liberato*; et cum Scaligero corrigit: *humanae quandam gentis stirpem concoquit frigus, calori atque humori arit. miscens.*

Ac torrentes fluvii) Hanc lectionem merito cum Pontedera probavit Gesner, damnata altera *et fluvii ac torrentes*. Torrens enim dum aquarum impetu fertur, damnum semper affert: dum exsiccatur, inutilis existit. At

periculosi illis, qui in humilibus ac cavis locis aedificia habent, et repentinae praedonum manus, quod improvisos facilius opprimere possunt.[i] Ab hoc[k] utroque superiora loca tutiora.

XIII. In villa faciunda[a] stabula, ita ut bubilia sint[b] ibi, hieme quae possint esse caldiora. Fructibus[c] (hu-

I. B. R. Br. *et fluvii ac torrentes* I. I- G. Deinceps *torrentes periculo sunt si illis* Cresc. Basil. sed recte antiqua mea. (i) *possint* I. B. R. Br. (k) *hoc* nm. I. B. R. Br. *hac utraque* P. Post *habent* ita pergit Cresc. *Ob hoc et propter praedonum manus sup. loc. tut.*

Cap. XIII. (a) *sunt* ins. ante Victor. (b) *sint ubi hieme possint* I. I- G. A. *stabula bubula quae in hieme possint esse calidiora* Cresc. *bubilia* ex Lovan. laudat Gesner; eadem *in* nmisit. (c) *Item cellas in loco plano, ubi vasa*

fluvius, hiemalibus pluviis auctus, (unde graece χείμαρρος ποταμός) aut tempestatibus, recte torrens vocatur. Ex Siculo Flacco *torrentes rivos*, et ex Iustino *fretum torrens* annotavit Pontedera.

Torrentes) Cresc. *torrentis periculo sunt si illis.* sed recte antiqua mea: *periculosi illis.*

Improvisos) Malim *improvisi.*

Cap. XIII. *Bubilia)* Vitruvius VI, 9: *in cohorte culina quam calidissimo loco designetur; coniuncta autem habeat bubilia, quorum praesepia ad focum et orientis coeli regionem spectent, ideo quod boves lumen et ignem spectando horridi non fiunt.* Pontedera h. l. legere malebat: *in villa faciundum stabula bubilia et ovilia, ita, ut bubilia sint in hieme quae possint esse calidiora;* quoniam titulus in editione Ienson. et Brusch. exstans habet: *quod in villa primitus facienda sunt bubilia et ovilia et cellae et vasa vinearia et olearia et alia.* Ex titulo editionum nihil arguere licet de vera lectinne, quam praestat locus Columellae I, 6, 4· *pecudibus fient stabula, quae neque frigore neque calore infestentur. Domitis armentis duplicia bubilia sint, hiberna atque aestiva. — Lata bubilia esse oportebit pedes decem vel minime novem* etc. ubi aperte bubilia a stabulis distinguuntur, quia sunt partes seu stationes in stabulis. Vide ad eum locum notam.

Fructibus) De cella vinaria et olearia et horreo, ubi fructus et humidi et sicci recondantur, loqui Varronem, in aperto est. Igitur comparato loco gemino Columellae I, 6, ita h. l. corrigebat Vrsinus: *Fructibus humidis, ut est vinum et oleum, in loco plano cellas faciundum; aridis, ut est faba, lentes, ordeum, far et foenum, in tabulatis.* In lectione vulgari Victoriana, quam retinuit Gesner, multa inesse vitia, statim apparet. Nam, ut taceam verba *et olearia potius faciundum*, quae non habent, quo referantur, nec ipsam sententiam commodam; in cella vinaria et olearia quomodo praeter oleum et vinum vasa vinaria et olearia esse possunt, quae in torculari sunt collocanda? Dolia oleo et vino plena ponuntur in cella, vasis vero fit oleum et vinum. Deinde sequens *aridus fructus* arguit, de humido praecessisse sermonem. Postea faba sola nominatur, recondenda in tabulatis, male

midis), ut est vinum et oleum, loco plano potius cellas faciundum, item ubi vasa vinaria et olearia (stent); aridis, ut est faba, lens,[d] hordeum, far (et triticum) in tabulatis. Familia[e] ubi versetur provi-

vinaria et olearia esse possint. Cresc. sed ex Lovan. Gesner laudat *possunt.* Deinde pergit Cresc. *Item ubi condantur fructus aridi ut granum et foenum in tabulatis.* ubi antiqua mea cum Lovan. *stent fructus* habet, et deinde Lovan. *grana.* Vulgo h. l. legitur *Fructus, ut est vinum et oleum, loco plano in cellis. item ut vasa vinaria et olearia potius faciundum.* Sed I. B. R. Br. ita habent · *olearia potius faciunda* in *locis aridis. Fructus ut est* et cet. I. I- G. sic: *potius sint in locis aridis, quam humidis, fructus, ut est.* (d) *lentes hordeum et far* Edd. ante Victorium, qui haec omisit verba: ut Gesneriana. (e) *Item ubi*

omissis granis nobilioribus. Quanquam primae Editiones rectius cum faba nominant *lentes, ordeum et far*, male tamen omisso tritico. De vitiis multis huius loci monuit etiam Pontedera, contentus, uti videtur, lectione Crescentii Basileensis; nam ipse non satis aperte dixit, quomodo hunc locum emendandum censeret. Equidem vestigiis lectionum Crescentii insistens ita h. l. redintegrandum esse censeo: *Cellas* (faciundum) *in loco plano fructibus humidis, ut est vinum et oleum; item* (i. e. torcularium) *ubi vasa vinaria et olearia esse possint; Aridis, ut est faba, lens, hordeum, far, triticum et foenum in tabulatis.* vel propius ad vulgatam: *Fructibus humidis, ut est vinum et oleum loco plano potius cellas faciundum*, item *ubi vasa — olearia stent; aridis, ut est faba, lens — triticum in tabulatis.* Atque hanc rationem secutus sum in refingenda Varronis oratione. Vulgatam nullo modo tolerandam lector ex varietate lectionum cognoscet. Nunc demum video in Aldina esse: *loco plano in cellis, ita, ut vasa vinaria — potius sint* etc. Pontedera in Curis sec. corrigit: *fructus ut est vinum et oleum loco plano in cellis, item ubi vasa vinaria et olearia esse possint, faciundum; aridus, ut est foenum, in tabulatis.* Vocabulum *faba* in libro Polit. omitti, idem annotavit. Hanc eius annotationem omiserat Ernesti.

Fructibus humidis — et olearia stent) Ex Crescentii Codice in Iustinae Bibliotheca Pontedera laudat: *Item cellas in loco plano, ubi vasa vinaria et olearia esse possint. Item ubi stent fructus aridi ut granum et foenum in tabulatis.*

Ubi versetur) Culinam intelligit, de qua Colum. I, 6: *magna et alta culina ponatur, ut in ea commode familiares omni tempore anni morari queant.* De culinae usu ipse Varro paulo postea ea tradit, unde arguas, culinam in parte villae rustica esse non eum locum, ubi cibus paratur et coquitur (etsi cibus familiae et ibi paratur et capitur, teste Varrone), sed ubi familia, ab opere vacans, aestate versabatur; et hieme operas aliquot antelucanas et vespertinas conficiebat. Respondet igitur loco ei, quem Galli *l'office* vocant. Coquinam veteres, teste Nonio et Palladio I, 37, 4, dixerunt, ubi cibi coquuntur; hinc vasa coquinaria. In Nonii tamen loco Mercerius p. 55 ex libris scriptis edidit: *colinam veteres coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus putat.* Mercerius

dendum, si fessi opere, aut[f] frigore, aut[g] calore, et ubi[h] commodissime possint se[i] quiete reciperare. 2 Vilici proxime[k] ianuam cellam esse oportet, eumque scire, qui[l] introëat aut exeat noctu, quidve ferat:[m] praesertim si ostiarius est nemo. In primis culina videnda, ut sit admota, quod ibi hieme antelucanis temporibus aliquot res conficiuntur, cibus paratur, aç capitur. Faciundum etiam plaustris ac caetero instrumento omni, quibus[n] caelum pluvium inimicum,

versetur familio providendum, ut fessi Cresc. (f) *vel* ante V. (g) *calore possint* Cr. (h) Ita I. B. R. Br. Vulgo *et* deest. *possint*, *commod. se in quietem recipere* Cr. (i) *sese quieti recipere* ante Victor. cuius lectionem habet etiam Arundelianus, teste Wasse ad Sallust. Catil. c. 49. p. 1491. et Ryckianus. (k) *proximum* Pol. *prope* Cr. (l) *quis* Cr. sed antiqua mea *quid*. (m) *ferant* Cr. (n) Verba: *quibus coelum pluvium inimicum* ponuntur post *tecta*

etiam in annotatione addita negat antiquis usitatum vocabulum *coquinae* fuisse, contra Arnobium et Ammianum ita dixisse. In quo tamen fallitur. *Coquinarem* enim *cultrum* ex Varrone laudat Nonius eius p. 195, lin. 47, et *coquinare* pro *coquere* dixit aliquoties Plautus.

Et ubi) Restitui lectionem antiquam. Nam locus diversus nunc significatur, ubi in quietem se recipiant familiares.

Proxime) Columella: *villico iuxta ianuam fiat habitatio, ut intrantium exeuntiumque conspectum habeat.*

Videnda — admota) Recte Vrsinus emendat *videndum — admodum apta.* Sic infra *cellam vinariam et oleariam admodum agri aptam*, et Columella I, 6: *magna et alta culina ponetur — ut in ea commode familiares omni tempore anni morari possint.* Ceterum Pontedera *colina* scribi maluit, quod Festo auctore culina sit locus, in quo epulae in funere comburuntur. Vide ad Colum. II, 15, 7. Sed Varro de L. L. IV, p. 30: *Truae quae o culina in lavatrinam aquam fundunt*; et Lucillius apud Nonium Merceri p. 217: *Pistrinum odpositum, posticum, sella, culina.* Ceterum Br. et Ald. *et capitur*. Deinceps *caetera* Br.

Quibus caelum pluvium inimicum) Vitium vulgatae, ubi haec verba statim post *instrumento omni* posita leguntur, satis arguunt Edd. primae, ubi post *tecta* inserta habentur. Planstris enim qui caelum pluvium inimicum dici potest? Deinceps reliqua etiam verba sententiam plane absurdam non fundunt, sed summa cum violentia torta vix remittunt. Ex loco Columellae, antea laudato, apparet, Varronem primum de horreo loqui seu loco consepto, ubi plaustra possint condi, deinde de loco clauso intra septum, ubi ferramenta recondantur, quibus caelum pluvium noceat. Quare totum h. l. ita corrigo: *instrumento omni in cohorte, ut satis magno sint tecta; et quibus coelum pluvium inimicum, sint intra clausum in consepto.*

in cohorte[o] ut satis magna sint tecta. haec enim si intra clausum in consepto, et sub dio, furem non modo metuunt, sed[p] adversus tempestatem nocentem
non resistunt. Cohortes[q] in fundo magno duae aptio- 3
res. una, ut interdius[r] compluvium habeat locum, ubi aqua saliat, quae intra stylobatas[s] quum venit,[t] fit semipiscina. Boves enim ex arvo[v] aestate reducti hic bibunt, hic perfunduntur. nec minus e[x] pabulo quum[y] redierunt anseres, sues, porci. In cohorte[z]

I. B. Br. R. (o) *chorte* A. Iunt. G. H. St-D. (p) Vulgo *modo non metuunt, adversus*. Ex I. B. R. et reliquis Edd. ante Victor. addidi *sed*. (q) *Chortes* A. I. I-G. H. St. D. (r) *interius* Ald. et eum sequuti Edd., deinde *locum* pro vulg. *lacum* rescripsi, suadente Schneidero in Addendis. *T*. (s) *stilobatas* a. V. Paulo antea vulgo est *qui*. (t) *velit* P. (v) *aratro* I. B. R. Br. *arbo* P. (x) *et a* Nonius A. Ba-G. *hoc loco reficiuntur auseres* I. B. R. Br. (y) Ita

haec enim sub dio furem non modo metuunt, sed adversus tempestatem etc. Interim vulgatam lectionem reliqui, nisi quod *non modo* transpositis vocabulis scripsi, et post *metuunt*, ex Edd. primis inserui *sed* male a Victorio omissum. Miror Interpretes omnes hic tacuisse. Ceterum Aldina hic et alibi *coelum* habet contraquam Varro ipse demonstrat de L. L. IV, p. 9, ubi a *cavo caelum* derivat, etsi graecum κοῖλον in propinquo erat.

Intra clausum) Haec abundare censet Vrsinus. Sequitur enim *in consepto*. Sed clausus locus est diversus a consepto. Colum. I, 6: *sitque utrique proximum horreum, quo conferatur omne rusticum instrumentum; et intra id ipsum clausus locus, quo ferramenta condantur.*

Vna, ut interius) Vrsinus corrigit *una interior in compluvio habeat lacum*. Recte, puto! Nam exterius compluvium nullum erat — *Vna, ut interius — sit semipiscina*) *una uti interdius compluvium — ube aqua saliat, qui intra stilobatas quom velis, sit semipiscina*. Ita ex Edd. primis corrigens Pontedera in Curis post. *interdius* h. l. interpretatur *sub dio*, ut est cap. XI, de hac ipsa cisterna seu lacu

Quae intra) Ita cum Vrsino scripsi pro *qui*; a qua saliens h. l. est decurrens. Et Columella piscinas duas et sterquilinia vult esse devexa leni clivo I, 6, 21.

Sit semipiscina) Haec vitiosa esse puto. Cur enim semipiscinam dixit, quae piscinae verae nomen meretur. Deinde malim etiam *fiat*.

E pabulo) *e pauolo* Polit. *e pano locum* Caesen. *e pavo locum* L. S. unde Ponted. effecit e *pauolo quom*.

Cum redierunt) Ita recte Polit. liber cum Iuntinis Edd. Male vulgo *dum* legitur. Ceterum h. l. Nonius in voce *Cortes* ita laudat: *Nec minus et a pabulo quum redierint anseres, sues, porci in corte exteriore*. Columella de altera piscina: *quae anseribus ac pecoribus serviat*. Nonii Editio Parmensis anni 1480 habet: *cum redierunt anseres suos*

exteriore lacum[a] esse oportet, ubi maceretur lupinum, item alia, quae demissa in aquam ad usum aptiora fiunt.[b] Cohors[c] exterior crebro operta stramentis ac palea,[d] occulcata[e] pedibus pecudum, fit[f] ministra fundo, ex ea quod evehatur. Secundum[g] villam duo habere oportet sterquilinia,[h] aut unum[i] bifariam divisum. alteram enim in[k] partem ferri opor-

P. et Iunlt. vulgo *dum* est. (z) Ita I. B. R. Br. Vulgo *chorte* est. (a) *locum* I. B. R. (b) *sunt* I. B. R. Br. *fiant* A. I. I-G. (c) *Chors* A. I. I-G. H. St-D. (d) *paleis* I. I-G. A. (e) *conculcata* I. B. Br. R. A. Ba- G. (f) *fit* I. B. R. Br. (g) *prope* Cresc. (h) *stercilina* P. *duo debent esse sterq.* Cresc. (i) *sterquilinia, videlicet bifariam divisa, et quod in uno novum est debet dimitti, donec maturescat, alterum vetus in agrum tolli* Cresc. editiones tres. (k) *in* addidi ex Edd. ante Vict. (l) *oportet villam* P. 1. *vallam novum* P. 2.

porci. et sic plane Codex Guelferbyt.

Exteriore lacum) *exteriorem lacum* corrigebat Pontedera, ne lacus iste transferatur ad cohortem alteram, quae deinceps describitur.

Fiunt) Columella: *alteram in qua lupinum, vimina et virgas atque alia, quae sint usibus nostris apta, maceremus.* ubi ex h. l. apparet legendum esse *fiunt.*

Cohors exterior) An pecora ibi per aestatem morantur? Geopon. II, 22, multos aiunt stipulam desectam vel evulsam substernere pecori ἵνα συμπατηθεῖσα καὶ τῷ οὔρῳ συσσαπεῖσα κόπρος γένηται. Ceterum de cohortis scriptura breviter dicam. Aldina et quae eam secutae sunt ubique in Varrone *chortem* dederunt; alibi *cortem* libri praeferunt. Nonius villarum spatia intra maceriam interpretatur. Varro L. L. IV, p. 23: *Cohors, quod ut in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit unum, sic haec ex manipulis copulatur cohors* (militaris) *quae in villa dicta, quod circa eum locum pecus coërceretur. Tametsi cohortem in cella Iphicrates dicit esse Graece χόρτον apud poëtas dictam.* ubi Parmensis editio anni 1480 in Fabricii Ernestiani Bibliotheca omissa, habet: *sic is ex manipulis pluribus copulatur. Cohors quae in villa, quod circa eum locum pecus cohoreretur, tametsi cohortes in villa Isicrates* dicit *esse graece cohorton apud poëtas dictam.* Male recentiores Editiones κούρθον induxerunt, recte monente Scaligero, qui χόρτον Iphicratisque etymologiam locis Homericis egregie comprobavit p. 38. αὐλῆς χόρτον et χόρτους dixit Homerus. Diversam etymologiam male amplectitur Gesneri Thes. L. L. de scriptura vocis securus. Scilicet a χόρτος ducitur *Chors* et *cors;* in forma productiore *coors* inter geminum o interponebatur *h*, ut esset *cohors*, veluti *inoco*, *incoho*. In Columella IV, 3, 1, *ab incohato* dedit Iucundus in Aldina pro *inchoato*. ubi vide notam.

Ex ea quod evehatur) Aldina, Gryph. anni 1535, et alia anni 1528 sine loco, habent *ut sit ex ea quod*, quae lectio non erat contemnenda.

Alteram enim in) Hunc locum ex

tet[1] e villa novum fimum,[m] ex altera[n] veterem tolli in agrum. quod enim[o] infertur recens, minus bonum. id quum flacuit, melius. necnon sterquilinium melius illud,[p] cuius latera et summum virgis ac[q] fronde vindicatum ab sole. Non enim sucum[r] quem quaerit terra, solem ante exsugere[s] oportet. Itaque periti qui possint[t] ut eo aqua influat, eo nomine faciunt.[v] Sic enim maxime retinetur[x] sucus;[y] in eoque quidam

(m) Ita Edd. ante Victor. qui *novam* dedit, omisso *fimum*. (n) Ita A. I. F- G. *altera*, omisso *ex*, I. B. R. Vulgo *alterum*. (o) *quod enim quam recens, quod cum faciunt melius* I. B. R. Br. Pro *cum faciunt* est in P. 1. et Codd. Victorii *confacuit*; in semivetere Victorii libro *conflavit*. Pol. 2 *confluunt*. Buchner Epist. 116, P. II, legit: *quod enim quam recens, quod* (stercus) *confricui, melius*. Cum Victorii Codd. facit Paris. alter vero *quod enim quam recens, quod cum faciunt melius*. (p) *nec non illud sterc. est melius* Cresc. sed antiqua mea omittit ibi *est*. (q) *et fronde vindicatur* ante Vict. (r) *succum* ante Victor. et H. St- D. et sic fere alibi. *succus* Cresc. (s) *exurgere* I. B. R. Br. *exuggere* A. Ba- G. *per solem exugi oportet* Cresc. Basil. sed antiqua mea cum Lovan. *exurgere* habet. (t) *possunt* A. Iunt- G. *periti procurant ut aqua in sterquilinium fluat, quae maxime retinet sucus* Cresc. ubi antiqua mea *quod aqua in eum fluat* habet. (v) *faciant* I. B. Br. R. (x) *retineatur* I. B. R. (y) *sucous in eo. Quid amet* A. Iunt. G. (z) *familiares* I. B. Br. R.

Edd. primis restitui, mire a Victorio vitiatum. Confirmat emendationem Columella I, 6, 21: *Sterquilinia quoque duo sint, unum quod nova purgamenta recipiat et in annum conservet, alterum ex quo vetera vehantur.*

Flacuit) Leetionem librorum *quod enim quam recens, quod confacuit, melius* simpliciter probabat Scaliger, nisi quod *confracuit* malebat, *quod enim melius* interpretatus, utpota quum melius sit; Vrsinus vero inde corrigebat: *quod est quam recens, quod confracuit, melius*. Pontedera etiam probabat *confracuit* vel adeo ipsum *confacuit*, a faecibus derivans, ut a fracibus factum est fracescere, confracescere. Equidem Vrsini rationem lubens sequar. Egregiam I. Fr. Gronovii coniecturam, ex Codd. lectione ductam: *Quod recens, nequam, quod conflacuit, melius*, via mihi temperavi, quin in testu reponerem. Qui *nequam* interpretati sunt, addiderunt *minus bonum*; deinde sublato vocabulo *nequam*, accessit verbum *infertur*, quod tamen Aldus primus intulit.

Exugere) Columella I, 6, 22: *ideoque periti rustici, quicquid ovilibus stabulisque conversum progesserunt, superpositis virgeis cratibus tegunt, nec arescere ventis sinunt, aut solis incursu patiuntur exuri.* ubi libri optimi habent: *superpositis virgis tegunt, nec arescere solis incursu patiuntur*, reliquis omissis. Sed ventus aeque ac sol exsiccat piscinas, etsi leviore discrimine venti. Ceterum ad h. l. pertinent, quae infra in fine cap. 38 alieno loco leguntur verba. — Praetuli *exugere* cum Bipont. *T.*

In eoque quidam) eoque quidam ex

5 sellas familiaricas[a] ponunt. Aedificium facere[a] oportet, sub quod tectum totam fundi subiicere possis messem, quod vocant quidam nubilarium. Id secundum aream faciundum, ubi triturus[b] sis frumentum, magnitudine pro modo fundi ex una parti[c] apertum, et id ab area, quo et in[d] trituram proruere facile possis, et[e] si nubilare coeperit,[f] inde ut[g] rursus celeriter reiicere. Fenestras habere oportet ex ea parti,[h]

6 unde commodissime perflari possit. Fundanius, Fructuosior, inquit, est certe fundus propter aedificia, si potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam dirigas aedificationem. Illi enim faciebant ad fructuum[i] rationem, hi[k] faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villae rusticae erant maioris[l] quam urbanae, quae nunc sunt pleraeque[m] contra. illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam

cellas familiares P. 2. (a) *etiam fieri.* I. B. Br. R. *fieri* etiam habet P. (b) *sit* Eaedem. (c) *parte* a. V. et H. St- D. (d) *intritura* P. (e) *et* om. I. B. Br. R. (f) *aer* add. Eaedem. *coepit* P. (g) *et inde rursus* I. B. Br. R. (h) *parte* a. V. H. St- D. (i) *fructum communem: hi* I. B. Br. R. (k) *Hae* P (l) *precii* add. P. (m) *pleraeque. Contra illic* a. V. *pleraque* P. 2. (n) *prae*

L. 5, 4 Flor. lectione *Eo quae* effecit Pontedera.

Sellas) Ita etiam Vitruvius VI, 10: *sellae familiaricae.* ubi libri alii *cellae* habent, ut in Varrone scriptum. Cato 14, cellas familiae dixit, nisi lectio fallit. Sunt ἀφεδρῶνες graece, ad necessitatem naturae factae sellae.

Aedificium facere etc.) *fieri — tutam fundi supicere* ex lectione *subicere* L. 5, 4, 3 Florent. effecit Pontedera. Deinceps *in tritura* ex Pol. L. 8. *possis si* ex Edd. pr. *coeperit* ex Pol. L. 5 Flor. *reicere* ex L. P. 5, 4, 3, Pontedera praefert.

Secundum aream) Columellae I, 6, 24: *Areae nubilarium applicari debet* et reliqua.

Propter aedificia) Haec verba Vrsino spuria visa sunt esse.

Antiquorum) En tibi disciplinae antiquae exemplum! Populus M. Aemilium Porcinam a L. Cassio accusatum crimine nimis sublime exstructae villae in Alsiensi agro gravi multa affecit, narrante Valerio Maximo VIII, 1, 7. Pertinet narratio ad annum urbis 646.

Maioris) Polit. liber addit *pretii*, quod intelligi potest. Vrsinus *maiores* emendabat, quod et mihi placet.

Culinam) Nonius in *Praesepia* ita h. l. laudat: *Contra hic laudabatur ab illis. Is habebat culinam rusticam, unam praesepiam latam, cellam vinariam* ubi aliae Edit. *praesepim* habent.

bonam, praesepias[n] laxas, cellam vinariam et oleariam ad modum agri aptam, et pavimento proclivi in lacum.[o] quod saepe, ubi conditum novum vinum. orcae ut[p] in Hispania fervore musti ruptae, nec non dolia ut[q] in Italia, ne vinum prolueret.[r] item caetera ut essent in villa huiuscemodi, quae cultura[s] quaereret,[t] providebant. Nunc contra[v] villam urbanam[x] 7
quam maximam ac politissimam habeant, dant operam: ac cum Metelli[y] ac Luculli villis pessimo publico aedificatis certant. quo[z] hi laborant, ut spectent sua aestiva triclinaria ad frigus orientis, hiberna ad

sepes I B. Br. R. *praesepiis* P. (o) *locum* Pol. 2. *in quo, si contigerit, defluens vinum excipiatur, ne pereat* inser. A. Iunt- G. (p) *ut in Hisp.* a. V. *in Hispaniam* P. Victor. qui dedit *neque non et dolia in Italia*. Pol. *non dolea in* habet. (r) *ne vinum proluerct* addidi ex I. B. Br. R. (s) *cultum* Eaedem. (t) *quaererent* Eaedem P. 2. *quaeret* P. 4. (v) *ut* add. A. Ba-G. (x) *suburbanam* A. Iunt-G. (y) *Metalli* P. *et Luculli* Br. Ald. (z) *Quo circa hi* I. B. Br. R. *Quod hi laborent* P. *Quo elaborant* A. Iunt-G. (a)

quod restituit Mercerius, male negans, exstare hodie locum in libris de re rustica, unde libri eius scripti laudabant, quum in Edd. sit de *Republ. lib. I.* Codex etiam Guelferbyt. *praesepim latam* habet.

Vt orcae in Hispania) Lectionem hanc antiquam et veram damnat tamen Nonius, qui haec verba laudavit de Gen. Vasor. et Poculorum, monente Pontedera. Orcas picatas habet Colum. XII, 15, 2. Byzantiam orcam dixit Horatius, ubi salsamenta condi solebant. Angusti colli fuisse, colligitur ex Persio. Forma igitur sola a doliis Italicis diversae fuisse videntur orcae.

Ne vinum proluerct) Haec verba addidi ex Edd. primis; quorum loco Edd. I. I-G. habent post *lacum* inserta haec: *in quo si contigerit; defluens vinum excipiatur, ne pereat.* Palladius etiam I, 18 lacum subdit *ut etiam si ignorata se cupa diffuderit, lacu subdito excipiantur, non peritura vina quae fluxerint.* Pontedera tamen *proluerent* malebat legi, ad dolia referens. Columella VII, 3, 25 proluere ventrem de herba dixit, et II, 18 proluere terras. Sed nec ita satis apta videtur lectio esse sententiae Varronis. Cf. ad Caton. cap. 154.

Metelli) *Metalli* Pol. L. S. deinde *laborent*.

Pessimo publico) Vt bono publico, dixit etiam Livius II, 1, monente Vrsino; quanquam Iuretus ad Symmachum p. 198 malebat *pessimo exemplo* legi, ortum ratus *pessimo* ex scripto per compendium *eplo*. Lucius Lucullus quomodo villae Tusculanae magnificentiam defenderit, vide apud Ciceron. de Legibus III, 13. Metellum puto intelligi Quintum, L. Calvi filium, Numidicum, qui L. Luculli sororem in matrimonio habebat.

solem occidentem, potius quam,[a] ut antiqui, in quam partem cella vinaria aut olearia fenestras haberet,[b] quum[c] fructus in ea[d] vinarius quaerat ad[e] dolia aëra[f] frigidiorem, ita[g] olearia caldiorem.[h] [Item videre oportet, si est collis, nisi quid impedit, ut[a] ibi potissimum ponatur villa].

XIV. Nunc de septis, quae tutandi[a] causa fundi, aut partis[b] fiant, dicam. Earum tutelarum genera IIII.[c] unum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrile. Horum unumquodque species habet plures. Primum naturale sepimentum viva se-

quam orientem. Antiqui non curabant, in quam I. B. Br. R. (b) *habere* Herv. *habeat* P. 2. (c) *dum* I. B. Br. R. (d) *eo* Eaedem et Victoriana. (e) *ut* A. Iunt-G. (f) *aerem* P. 2. *ara* H. Si 2. D. (g) *item* I. B. Br. R. *item ut* A. Iunt. G. (h) *habeat* addit A. Iunt. G. (i) *impediat* I. B. Br. R. A. Ba-G. (k) *ubi potissimum* I. B. Br. R. Iunt.

Cap. XIV. (a) *tut. fundi causa* a. V. *tuendi* P. 2. (b) *patris* B. R. (c)

Haberet) Vrsinus malebat *habeat*, quod est in Pol. libro recentiore. At equidem cum edd. primis *curabant* inserendum et locum ita legendum esse censeo: *quod* (vel *quoniam*) *hi laborant potius, ut spectent — quam ut antiqui qui curabant, in quam* etc. vel ita: *hi laborant ut spectent — quam ut antiqui qui potius curabant — haberet.*

vinarias) Vrsinus omissis vocibus aliquot corrigit: *in ea quaerat, ut ad dolia aëra frig. ita ad serias calidiorem.* Atque omnino sequens *ita* arguere videtur omissum antea *ut*. Ceterum Crescentius Lovaniensis Gesneri V, 49, haec retulit ex h. l. Varro scribit cellam oleariam *ad partem calidam habere debere fenestras, sed vini ad frigidam*, quae nec Basil. nec antiqua mea editio habet.

Ita olearia) *Item* ex Edd. pr. L. P. 5, 4, 3, praefert Ponted. deinceps *calidiorem* L. P. 5, 4, 3 habent.

Item videre) Recte Pontedera vidit, hanc clausulam pertinere potius ad cap. 12, ubi vide notam. Igitur ut spuria haec verba inclusi.

Cap. XIV. *naturale sep. vivae sepis*) Ita egregie h. l. constituit Vrsinus. Vulgo pessime verba *vivae sepis* collocata legebantur post *radices ac.* Gesner tamen suo loco relicta incluserat. Primae Editiones habebant: *radices vivae sepis ac viatoris praetereuntis lascivi.* unde *viatoris* restitui. Pontedera maluit *ac vivas sepes* scribi, interpretatus connexiones, implicationesque spinarum et virgultorum, quibus fit sepimentum. Cum facibus Romanos etiam ambulasse vel iter fecisse, ut hodie magnates faciunt, ex Tacito et Suetonio admonuit Vrsinus. Sepes viva aut satione seminum aut viviradicum provenit. Hoc indicavit Varro geminato illo *quod* — *quod*. Ita deinceps sect. 4. — *Quod*

pes,[d] quod obseri solet virgultis aut spinis, quoniam
habet radices, viatoris[e] praetereuntis [lascivi] non
metuit[f] facem ardentem. Secunda sepes est ex agresti 2
ligno, sed non vivit. Fit aut palis statutis crebris,
ac[g] virgultis implicatis;[h] aut latis perforatis, et per
ea foramina traiectis longuriis fere binis aut ternis:
aut ex arboribus truncis demissis in[i] terram, deinceps
constitutis. Tertium militare sepimentum est fossa et

quattuor Br. (d) *vivae saepis* vulgo post *radices*, *ac* posita leguntur. (e) *viatoris* addidi ex Edd. a. V. quae tamen *ac* omittuut. (f) Ita pro *metuet* scripsi ex A. Iunt- G. Ceterum *saepimentum* et *saepes* ubique Br. (g) Ita pro e scripsi ex Edd. a. V. (h) *implicitis* I. B. Br. R. Deinceps pro *fere binis* I. B. Br. R. *ferreis*. Pol. *fereis*. (i) *et in* H. A. Gr. G. *et in apricis in*

obseri) *Opseri* ex L. Polit. praefert Ponted. *opreri* L. 4. Verba *vivae saepis* post *radicis* collocavit cum edd. primis, nulla *viatoris* mentione facta; *vivet* pro *vivae* Caesen. *agresti e ligno* L. P. 5, probante Ponted. nam *agreste lignum* peculiariter nullum dici posse, sed *sepimentum* esse *agreste ex ligno*. — *Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virg. aut spinis, quoniam habet radices, viatoris praetereuntis [lascivi] non metuet facem ardentem.* Ita nunc hunc locum ex Edd. primis restituendum esse censeo, mutato *vivae sepis* in *vivae sepes* et omisso inutili *ac* copula. Praeterea *lascivus* viator mihi displicet. Ovidius Fast. 4, 167: *semustamque facem vigilata nocte viator ponet*. Idem Metam. I, 493: *ut facibus sepes ardent, quum forte viator vel nimis admovit vel iam sub luce reliquit*. Neutra culpa viatoris iure lascivia dici potest.

Sed non vivit) Hinc apparet, *sepimentum vivae sepis* opponi huic non vivae.

Ac virgultis) Restitui lectionem, a Victorio temere mutatam in *e virgultis*. Palis enim statutis implicantur virgulta, ut omnes norunt, qui tales sepes viderunt.

Latis perforatis) Columella de simili re IX, 1, 3: *et sive teres arboris truncus, sive ut crassitudo postulavit fissilis stipes compluribus locis per latus efforatur et in circuito vivarii certis intervenientibus spatiis defixus erigitur, deinde per transversa laterum cava transmittuntur amites* (vulgo *ramices*) — *Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere serisque transversis ita clatrare*. unde manifestum est, hunc Varronis locum traiectis verbis ita esse concinnandum: *implicatis, aut ex arboribus (arborum) truncis demissis in terram et deinceps constitutis, aut fissis et in lateribus perforatis, et per ea foramina traiectis longuriis binis aut ternis*. Verba *deinceps constitutis* spuria esse censebat Vrsinus; de reliquo vitio nemo admonuit. Ceterum Aldina in Corrig. scribere iubet *demissis et in terram*; deinceps in capite 23, s. 5, *apricus* mutare in *apricis*. Hinc male intellecta correctione Basil. editio *apricis* alieno loco hic inseruit.

terreus ager.[k] sed[l] fossa ita idonea,[m] si[n] omnem
3 aquam, quae e[o] caelo venit,[p] recipere potest,[q] aut fastigium habet,[r] ut exeat e fundo.[s] agger[t] is bonus,[v] qui intrinsecus[x] iunctus[y] fossa,[z] aut ita arduus,[a] ut eum transcendere non sit facile. Hoc genus sepes[b] fieri secundum vias publicas solent,[c] et secundum amnes. Ad viam salariam, in[d] agro Crustumino,[e] videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. Aggeres qui[f] faciunt

terram Ba. (k) *ager* I. B. R. (l) *sed et* I. B. R. Br. (m) *fiat* add. I. I-G. A. (n) *ut* a. V. (o) *a* B. R. *de* I. I-G. A. (p) *veniet* I. B. R. Br. (q) *possit* a. V. (r) *habeat* a. V. (s) *fundo aggeris bos* I. B. R. Br. (t) *aggeris* iunct. quoque Pol. 4. *aggeriis amnis, qui* P. 2. (v) *bonus* deest I. I-G. A. (x) *fit* ins. I. I-G. A. (y) *sit lapsus in fossam*: *sed ita* I. B. R. Br. (z) *fossae ita* I. I-G. A. (a) *sit* add. I. I-G. A. (b) *saepis* I. B. Br. R. *saepis* I. I-G. A. (c) *solet* a. V. (d) *et in* a. V. (e) *crustuminio* a. V. (f) *qui* deest I.

Terreus) Mihi *terrenus* magis placeret; ita enim caeteri scriptores vocant.

Ita idonea) Pontedera malebat: *fossa ea idonea*, ut deinceps *aggeris bonus.*

Fastigium) i. e. declivitatem, recte monente Gesnero. Ita etiam posuit I, 20, 5. Locum Lucani IV, 295, *puteusque cavati montis ad irrigui premitur fastigia campi* recte comparavit ibi cum nostro Burmann.

Aut ita arduus) In Edd. I. I-G. est: *agger is, qui intrinsecus fit iunctus fossae ita arduus.* Vnde Vrsinus emendabat: *agger si intrinsecus ita arduus sit.* Pont. malebat: *ac ita arduus*, vel *sed ita arduus.* Sed vir egregius sententia loci huius aberrasse videtur. Agger enim vel fossae iuugi dicitur, aut sine fossa arduus erigi, ne quis transscendere possit. Sed ecce Nonius p. 146: *Fossa ita idonea fiat, ut omnem aquam, quae de coelo venit, recipere possit, aut fastigium habeat ut exeat e fundo aggeris.* ubi Mercerius in altera editione p. 302, dedit omisso initio: *Aquam quae e coelo — potest — habet — exeat fundo. Aggeris.* Sic ait esse in libris scriptis, etiam Varronis. Editio parmensis 1480, similiter omisso initio habet: *Aquam quae de caelo venit, recipere potest; aut fastigium ut exeat fundo aggeris.*

Salariam) Cicero de Nat. Deor. III, 5, salariam nominat, a porta Collina in Sabinos ducentem, qua salem in Sabinos portari convenerat, teste Plinio 31, s. 41: a mare scilicet sal illuc portabatur, auctore Festo. Vide infra III, 1, 6, et c. 2, 14.

Flumen) Crustumium fluvium vocat Plinius III, s. 20, rapax Crustumium Lucano II, 406. Hodie *Conca* Scilicet idem Plinius III, s. 8: Oppidorum veterum nomina retinent agri Crustuminus Caletrauus. Oppidum igitur ibi periisse iam tunc videtur. Campestrem agri eius situm Varro c. 15 indicat. Foenum ibi natum noxium, extra salubre fuisse testatur Plinius II, s. 98.

Qui faciunt) Haec omitti vult Pon-

sine fossa, eos quidam vocant muros, ut in agro Rea-
tino.[g] Quartum fabrile sepimentum est[h] novissimum,[i] 4
maceria. huius fere species quatuor: quod fiunt[k] e
lapide, ut in agro Tusculano: quod e lateribus cocti-
libus, ut in agro Gallico, quod e lateribus crudis,
ut in agro Sabino: quod ex terra et lapillis compo-
sitis[l] in[m] formis, ut iu Hispania et agro Tarentino.

B. R. Br. (g) *retino* P. (h) *et novissimum est* I. B. R. Br. (i) *notissimum* I. I-G. A. Deinceps *species fere quatuor* Br. (k) *fit* a. V. pro e est ex I. B. R. Br. *e* plane omitt. Pol. *Tusculano* pro *Thusculano* ex Edd. ante Aldinam restitui. Vide III. 3. 8. et III. 4. 3. (l) *compositus* P. 2. (m) *informe* iunct. I. B. Br. R. *informis* I. I-G.

tedera, qui ex P. L. 5, 4, *Retino* praefert, a *Rhetia* derivans. Edd. primae omittunt *qui*. unde Gesner corrigebat: *aggeres quidam f. s. f. eosque vocant muros*. Servius ad Geor. I, 264: *vallos, fossas et muros de terra factos et glebis, qui fiunt in circuitu cohortium et vinearum, aut quibus aquae deducuntur de locis aquosis.*

Novissimum) Edd. I. I-G. *notissimum*. Vnde h. l. emendabat Vrsinus: *Notissimum sepimentum est maceria.*

Crudis) De his dicam ad Palladium Maio 12.

In formis) Male praeferebat Pontedera primarum Edd. *iuforme*, ad sepimentum referens. Recte vero Gesner comparavit locum Plinii 35, a. 48: *quid? non in Africa Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos, quoniam iu forma circumdatis utrinque duabus tabulis infereiuntur verius quam instruuntur, aevis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus omnique cemento firmiores. — Illiui quidem crates parietum luto, et lateribus crudis exstrui quis ignorat?* Columella IX, 7, luto punico frondes illitas habet; et XI, 3, 54, fossam repleri iubet lapidibus et calce, vel punico luto, ne capparis possit perrumpere terrae spatium assignatum; unde Palladius X, 13, luto structos parietes habet. Punicam impensam Palladius I, 13, vocat lutum cannis in camera inducendum. Igitur quicquid operia luto cum paleis, frondibus, lapidibus, cannis etc. mixto facere a Poenis didicerant primum romani opifices, impensa punica vel lutum punicum appellabatur. Terram h. l. Varro dicit lutum. Formacei isti parietes luto cum lapidibus permisto formabantur. Eosdem intelligit Columella IX, 1, 2; et Palladius I, 34, 4: *alii luto inter formas clauso parietes figuratos ex lateribus imitantur. — alii macerias luto et lapide excitant, plerique sine luto congesta in ordiuem saxa componunt*: ex quo loco manifestum esse videtur, male h. l. luto lapillos addi, quoniam ex solo luto Palladius parietes formaceos construit. Isidorus XV, 9: *Formatum sive formatium in Africa vel Hispania parietes de terra appellant, quomodo in forma circumdatis — instruuntur. Aevis durant incorrupti ventis, ignibus, omni cemento fortiores.* Omisit igitur in Plinio *imbribus*, quibus vereor, ut hoc genus resistere possit in terra nostra. Margo Isidori monet, Hispanis audire *Tapias*; Gria-

XV. Praeterea sine septis fines praedii, sationis,[a] notis arborum tutiores fiunt, ne familiae rixentur cum vicinis, ac limites ex litibus iudicem quaerant. Serunt alii circum[a] pinos, ut habet uxor in Sabinis. alii cupressos, ut ego habui[b] in Vesuvio. alii ulmos, ut multi habent in Crustumino:[c] quod ubi[d] id pote,

Cap. XV. (a) *sationibus notis arb.* Ald. et editio anni 1528 sine loci nota; sed Gryphiana 1535 hic deseruit Aldinam. Deinceps post *circum* I. B. Br. R. addunt *saepes*. (b) *habeo* I. I-G. A. (c) *Crustuminio* a. V. (d) *ubi pullulat maxime: vel seritur: et ubi est campus etc.* I. B. Br. R. *ibi pullulat*

lus in notis hodie vocari ait *Hormigon*. In Plinio Pintianus ex Codd. duobus suis malebat *struuntur*. Sed praestat vulgata lectio. Equidem in Lexico meo Hispanico Galli *Sejournant* 1775, reperio *Tapial* formam ipsam, *Tapia* parietem, et *tapiador* opificem dici: *hormigon* vero dicitur esse genus impensae ex calce, lapillis et bitumine compositum. Vtitur his formaceis parietibus etiam Gallia meridionalis, quos descripsit picturisque illustravit *Goiffon, L'art du maçon piseur*. Ipsos parietes *Pizey, Pizay, Pizè* vocavit alter Gallus de cultura Tabaci. Parisiis 1791. Sed hoc genus formatur mista luto arena.

Hispania et agro Tarent.) Hispaniae agro, Tarentino ex Polit. S. Repar. et Laurent. tertio affert Pontedera.

Cap. XV. *Sationis notis*) D'Arnaud Variar. Conicct. p. 19, ita corrigebat h. l. *satius notis arborum tutiores fiant, ne famil. — ac lites ex limitibus iudicem quaerant.* Quam coniecturam assensu suo comprobavit, qui eam retulit ad h. l. Ernesti. Mihi *satius* aeque displicet atque *sationis*; itaque malim *fines praedii satione arborum*; caetera in ista emendatione probo. Agrum, in confinio consitum, habet noster infra c. 16, et de iure harum arborum copiose disputat Arnaldus l. c.

Rixentur) Nonius in antiquis Editionibus h. l. laudat ex libro I, de rerum natura, sed *rixent* cum aliis testimoniis ponit. Victorius vidit, eum locum hinc ductum esse. Deinde in Merceriana editione locus ex admonitione Victorii correctus fuit, sed male *rixentur* repositum. Editio Paris. 1583 habet locum p. 231, b. scriptum ita, ut laudavit Victorius ad h. l. Etiam Lipsius Var. Lect. III, 21, in Nonio correxit *de re rustica*; neutrum nominavit Merceri editio.

Pinos) Silius VIII, 597: *et undique solers arva coronantem nutrire Faventia pinum.*

Vxor) Monet Gesner, Fundanium loqui, nisi librariorum culpa sit omissum indicium personae. Certe Fundanius supra cap. 13, 6, interpellavit.

Vlmos) Gesner ex Ciceronis Oratione pro Caecina 8, addit oleas. ubi est: *eius autem fundi extremam partem oleae directo ordine definiunt.* Hic fere mos fuit Atticae regionis. Vide Victorii V. L. 31, c. 10. Iidem etiam myrtos in finibus agri serebant, ut testantur Geoponica XI, 7.

Quod ubi id pote, ut ibi quod est campus) Ita ex libris suis edidit h. l. Victorius, qui notam mendae his ibi

ut ibi, quod est campus, nulla potior arbor serunda,[e] quod[f] maxime fructuosa, quod et sustinet[g] sepem, ac colit aliquot corbulas uvarum, et frondem iucundissimam ministrat ovibus ac bubus, ac virgas praebet sepibus et foco ac furno. Scrofa, igitur primum haec, quae dixi, quatuor videnda agricolae, de fundi forma, terrae natura, de modo agri, de[i] finibus tuendis.

XVI. Relinquitur altera pars, quae est[a] extra fundum. Cuius appendices[b] vehementer pertinent ad culturam propter affinitatem. Eius species totidem:

maxime, et ubi est campus A. Iunt-G. Sed etiam Br. *ibi pullulat.* (e) Ita pro *fcreuda* addito indidem *arbor* scripsi ex I. B. Br. R. *arbor seritur* A. Iunt. G. (f) *quo* I. B. R. sed *quod* Br. (g) *sustineat* a. V. (i) *et* I. B. R. Br.

Cap. XVI. (a) *est* om. I. B. Br. R. Post *fundum* ponit Aldina (b) *et*

appositam reperit. Duriusculam locutionem ipse agnovit. Gesner *quod ubi* dictum interpretatur, ut *quodsi*, hac sententia: *quod ubi id fieri potest, quemadmodum in Crustumino, quia est campus.* Crescentius, ut postea docebo ex h. l. habet *quodsi est campus* vel *ager*. Ex hac varietate et lectione primarum editionum: *ubi pullulat maxime vel seritur: et ubi est campus*, veram lectionem huius loci erui posse spero. Scilicet Crescentius l. c. ante haec verba ita habet de stirpibus, sepibus commodis: *vel sicut plantae ulmorum vel salicum vel populorum et citoniorum — et similium arborum et praecipue pullulantium a radice.* Suspicor igitur, h. l. legendum esse: *qui pullulant maxime a radice. et ubi* (vel *quodsi*) *est campus.* Scilicet si lectio *sepem sustinet* vera est, ulmus, a radice pullulans, optime sepis usum praebebit.

Sustinet sepem) Nonius in Corbes p. 94 b. ex h. l. laudat *cogit*, quam lectionem reiicit Victorius, probat Scaliger, Vrsinus, Gronov. Observ. IV, 3. Comparavit Vrsinus locum nostri supra c. 6, 3: *celerius hic quam illic coguntur*, i. e. colliguntur. Alia exempla dabit Index. Ecce nunc tibi Crescentium II, c. 27, *quodsi est campus (alias ager* addit antiqua mea) *ulmus est utilior omnibus aliis plantis, quod et sepem sustinet et attollit uvas et frondem iucundissimam ministrat ovibus et bubus, ac sepibus praebet virgas ac foco ac furno et est multis operibus optimus.* Legit igitur *attollit uvas.* Forte fuit *vitem*. Columella V, 6, 5: *ulmus, quod et vitem commodissime patitur, et iucundissimum pabulum bubus affert, variisque generibus soli provenit* etc. nec video, qua ratione ulmus sepem sustinere dici possit.

Terrae natura) Pontedera corrigebat: *de terrae natura*. recte! Quod vero ait, in Iensoniana esse scriptum

Si vicina regio est infesta. si quo neque fructus nostros exportare expediat, neque inde quae opus sunt, apportare. Tertium, si viae aut fluvii qua portentur, aut non sunt,[d] aut idonei non sunt. quartum, si quid ita[e] est in confinibus fundis,[f] ut nostris agris prosit
2 aut noceat. E queis quatuor, quod est primum, refert, infesta regio sit necne. multos enim agros egregios colere non expedit propter latrocinia vicinorum, ut in Sardinia quosdam qui sunt prope Celiem,[g] et in Hispania prope Lusitaniam. Quae[h] vicinitatis[i] evectos[k] habent idoneos, quae[l] ibi nascuntur

ins. I. B. R. Br. (d) *sunt* deest I. B. R. Br. (e) *ita* omitt. Cod. Arundell. ap. Wassium ad Sall. Iug. 45. (f) *fundi* a. V. Deinceps *egregios* omitt. Ryck. (g) *Oeliem* P. *et* Ryck. *qui sunt* om. Ald. (h) *secundum quae* I. I-G. A. (i) *vicinitates* I. B. Br. R. *vicinitatis* reliqui. (k) *invectus* Herv. *in vectos* div. Bo. *invectos* reliqui omnes. (l) *Quae ubi* I. B. R. Br. *ut*

T terrae, omisit annotare Gesneri librarius minister; nec magni res momenti est.

Cap. XVI. *Si vicina*. Crescentius II, 26: *Item ait Varro quod quatuor extra fundum consideranda sunt, quibus fundus utilior vel minus utilis redditur. Primum est, si regio proxima est infesta. quamvis fertilis sit fundus, inutilis tamen est propter latrocinia. Secundum est, si in regione propinqua sunt homines qui emant, quae in fundo sunt venalia, vel ne care vendant, quae fundo sunt opportuna. fructuosior enim fundus est. Tertium si nimis longinqua est, ut ex ea difficile necessaria portentur ad fundum, minus* (antiqua mea *nimis*) *fructuosior censetur. Quartum eundem fundum fructuosiorem faciunt vecturae, si viae sunt, quibus plaustra vel naves portare ac exportare necessaria possunt.*

Si quo) Si ea vel talis, quo.

Celiem) *Caralim* Vrsinus, *Ioliem* emendat Popma. Iolienses latrociniis infames Graeci. Ἰολαεῖς, recentiore nomine Διαγήβρεις Strabo vocari ait montuosae regionis incolas. Antiquissimos populorum Sardiniae Ilienses vocat Mela II, 7; eosdem nominat Plinius libro III, sect. 13, ubi *Iolenses* iam olim Salmasius reponi iussit. Iolenses gentem ne sua quidem aetate pacatam refert Livius libro 50. Pulcherrimum insulae tractum et maxime campestrem excoluisse Iolaenses, refert Diodorus IV, quum Strabo illis montes assignet. Iolai in Sardiniam adventum tradit Aristoteles Auscult. e. 104, et Silius XII, 364, qui oram insulae Italiae obversam montuosam esse docet.

Vicinitatis invectos) Cum Vrsino Cuper et Schoëttgen probabat formam *invectus*, deinde *evectus* vel *avectus*. Schoëttgen praeterea corrigebat: *quae vicinitates evectus habent idoneos — ubi vendunt, et illinc invectus opportunos* etc. sed ita verba *propterea sunt fructuosa* non habent, quo referantur.

ubi[m] vendant, et illinc[n] evectos[o] opportunos ad[p] ea quae in fundo opus sunt, quod[q] propterea sunt[r] fructuosa. Multi enim habent in[s] praediis, quibus frumentum aut vinum aliudve quid desit importandum. contra non pauci, quibus aliquid sit exportandum. Itaque sub urbe colere hortos late expedit, sic[t] 3
violaria, ac[v] rosaria, item multa,[x] quae urbs recipit, quum eadem in longinquo praedio, ubi non sit quo deferri possit venale, non expediat[y] colere. Item,[z] si ea[*] oppida aut viciniae aut etiam divitum copiosi agri ac villae, unde non care emere possis, quae opus sunt in fundum, quibusque[a] quae supersint venire possint; ut quibusdam[b] pedamenta, aut[c] perticae, aut arundo; fructuosior fit fundus, quam si longe sint importanda, nonnunquam etiam, quam si colendo in tuo ea parare possis. Itaque in hoc 4
genus coloni potius anniversarios habent vicinos. quibus imperant[d] medicos, fullones, fabros quam in

quae Iunti. *ut quae in agris nascuntur* A. I. I-G. (m) *ibi* a. V. (n) *illic* I. B. R. Br. (o) *avectus* Herv. *invectos* rel. (p) *ad ea* deest I. B. R. Br. (q) *quod* deest I. B. R. (r) *sunt* abest I. B. R. Br. (s) *habent praedia* A. I. I- G. nobiscum Ryck. (t) *sicut* a. V. *sicubi* P. (v) *aut* I. B. R. Br. (x) *alia multa* Aldin. (y) *expedict* I. B. R. Br. *expedit* I. I-G. A. (z) *tertium est* ins. I. B. Br. R. omitt. A. Iunt. G. (a) *quibus* I. B. Br. R. Iunt. (b) *quibus* I. B. Br. R. (c) *et* I. B. Br. R. (d) *imperent* a. V. et H.

Equidem puto, sententiam postulare hunc fere ordinem verborum: *Quae* (praedia) *vicinitatis evectus h. id. quae nascuntur* (in fundo) *ut ibi vendant, et illinc invectus opportunos, ut ea, quae in fundo opus sunt, evcant, propterea sunt fructuosa*. Ceterum huic membro anteponendum *Secundum* esse ex edd. quibusdam, monuit etiam Gesner; ad alteram enim divisionis partem Varro nunc transit. *Evectus* confirmat ipse Varro sect. 6. Igitur non dubitavi recipere.

Habent in) Id est habitant. Exempla alia dabit Index.

Viciniae) Vrsinus malebat *vici*, ut deinceps sect. 4, recte!

Vt quibusdam) Supersunt, intellige. Vrsinus tamen *quibusdam* spurium censet.

In hoc genus) Agro, seu villa tali.

Anniversarios) Id est in annum mercede conductos. Ita etiam Gesner; itaque post *imperant*, distinguendum est. Contra Vrsinus ob annuum stipendium putat anniversarios dictos esse.

villa suos habeant: quorum [e] nonnunquam unius artificis mors tollit fundi fructum. quam partem latifundii divites domesticae [g] copiae mandare solent. Si enim ab fundo longius absunt oppida aut vici, fabros parant,[i] quos habeant in villa: sic caeteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet feriata potius, quam
5 opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. Itaque ideo Sasernae liber praecipit, ne quis de fundo exeat praeter vilicum et promum,[k] et unum, quem vilicus legat. si quis contra exierit, ne impune abeat. si abierit, ut in vilicum animadvertatur. Quod potius ita praecipiendum fuit, ne quis iniussu vilici exierit, neque vilicus iniussu domini longius, quam ut eodem die rediret, neque id crebrius, quam opus esset fundo.
6 Tertio [m] eundem fundum fructuosiorem faciunt vecturae, si viae sunt, qua plaustra agi facile possint: aut flumina propinqua, qua navigari possit. quibus utrisque rebus evehi atque invehi ad multa praedia

St-D. (e) *quod* a. V. et H. St-D. (g) *domestica copia* P. (i) *parant* P. *procurent* I. B. Br. R. Vulgo erat *parent*. (k) *patronum* I. B. Br. R. A. Ba-G.

Quam partem) Sensum hunc esse facilem video, quem expressit Gesner: sed divites haec artificia omnia habent in familia. Mihi legendum videbatur: *quam partem* (artificiorum necessariorum) *latifundii divitis domesticae copiae suppeditare solent*. Velim meliora edoceri! — *Domestica copia* ex Polit. L. 5, 4, praefert Ponted. interpretatus: ex domestica copia sive propter dom. copiam divites eam partem id est artifices mandare.

Fabros parant) Ita ex Polit. dedi pro *parent*. Latifundii divites Vrsinus interpretatur, qui magna latifundia habent. Ceterum in Geoponicis II, 49, sub Varronis nomine idem consilium datur, ibique monetur, fabros ferrarios, lignarios et figulos praecipue esse in villa habendos.

Tertio) Cresc. *quarto — sunt quibus plaustra vel naves portare ac exportare necessaria possunt*. Columella I, 3, 3: *multum conferre agris iter commodum — deinde ad invehenda et exportanda utensilia; quae res frugibus conditis auget pretium, et minuit impensas rerum invectarum, quia minoris apportentur eo quo facili nisu perveniatur*. Haec ille velut e Catone refert, in quo hodie nihil tale exstat.

scimus. Quarto[n] refert etiam ad fructus, quemadmodum vicinus in confinio consitum agrum habeat. si enim ad limitem querquetum[o] habet, non possis recte secundum eam silvam serere oleam, quod usque eo est contrarium natura, ut arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiant, ut introrsum in fundum se reclinent,[p] ut vitis adscita[q] ad olus facere solet. ut quercus, sic iuglandes magnae et[s] crebrae finitimae, fundi[t] oram faciunt sterilem.

XVII. De Fundi IIII partibus, quae cum solo haerent, et alteris IIII, quae extra fundum sunt,[a] et ad culturam pertinent, dixi. Nunc dicam agri quibus rebus colantur. quas res alii dividunt in duas partes, in homines et adminicula hominum, sine quibus rebus

(m) *Quarto* I. B. Br. R. (o) *Quarto* omitt. Eaedem et *fundi fructus* habent cum Aldina. (o) Ita pro *quercetum* P. (p) *declinent* I. B. Br. R. (q) *adsista* P. (s) *et* deest I. I- G. A. (t) *foecundiorem faciunt* I. B. R. Br.

Cap. XVII. (a) *sunt*, *et* omitt. I. B. R. Br. (b) *scilicet in vocale* A. I. I-

Quarto) Crescent. *refert etiam ad fundi fructus spectandum.* sed antiqua mea omittit *spectandum*.

Ad multa praedia) Ad omnia praedia multa invehuntur et avehuntur inde; igitur malim *multa ad praedia.*

Limitem) Cresc. *limina quercum habeat, non possis recte sub eam quaedam serere.* ubi antiqua mea: *ut possis recte sub eam silvam.* Formam antiquam *querquetum* restitui ex Pol. libro. Hinc *Querquetulanae Nymphae* et *porta.* Varro apud Nonium p. 199: *tum ut si supernus cortex aut cacumina morientum in querqueto arborum aritudine.* ubi vulgo est *altitudine* vel *amaritudine.*

Oleam) Cresc. *oleamque — reclinent et in confinio vitem et fundum faciant sterilem.* De noxa oleae, positae in loco, unde quercus effossa, dicemus ad Colum. V, 9. Plinius 24, s. 1: *quercus et olea tam pertinaci odio dissident, ut altera in alterius scrobe depactae moriantur, quercus vero et iuxta iuglandem nucem. Pernicialia et brassicae cum vite odiu; ipsum olus, quo vitis fugatur, adversum cyclamina.*

Vt introrsum) Vrsinus malebat *et introrsum se reclinent*, omissis *in fundum*, quae verba spuria esse censebat.

Adsita) Apposita, iuxta brassicam. Hanc enim praecipue olus Latini vocabant, docentibus ad h. l. Scaligero et Vrsino.

Fundi oram — sterilem) Haec verba spuria censebat Vrsinus; at habuit Crescentius in libris suis.

Cap. XVII. *Sine quibus rebus)* Vrsinus deleri volebat *rebus*, quod tamen Varronianum equidem puto esse cum Gesnero.

colere non possunt. Alii in tres partes instrumenti[b]
genus, vocale, et[c] semivocale, et mutum. vocale, in
quo sunt servi. semivocale, in quo sunt boves. mu-
2 tum in quo sunt plaustra. Omnes[d] agri coluntur homi-
nibus servis aut liberis aut utrisque. Liberis, aut quum
ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie:
aut mercenariis, quum[e] conducticiis liberorum ope-
ris[f] res maiores, ut vindemias, ac foenisicia[g] admi-
nistrant:[h] iique quos obaerarios[i] nostri vocitarunt,
et[k] etiam nunc sunt in Asia, atque Aegypto, et in
3 Illyrico complures. De quibus universis hoc[l] dico:
Gravia loca utilius esse mercenariis colere,[m] quam
servis, et in salubribus quoque locis opera rustica
maiora, ut sunt in condendis fructibus vindemiae aut
messis. De his cuiusmodi esse oporteat, Cassius scribit
3 haec: Operarios parandos esse, qui laborem ferre

G. *tres in vocale* Codices Vrsini. (c) *et* deest I.B.R. Br. (d) *ii* ins. I B. R. Br. (e) *et á.* V. (f) *operis: Res* I. B.R. *operis, res* I. I-G. (g) *foenicisia* Herv. *foenificia* Ba. *et foenis.* B. A. Deinceps *in Aegypto* A. (h) *ad ministrantii, quos* a. V. (i) *obaeranos* P. 1. *ob ea aerarios* P. 2. *obaerarios* Codd. Victorii. Vulgo *obaeratos.* Paris. *obaerarios* et in margine *obaeratos.* alter Paris. *oberarios* (k) *ut* a. V. (l) *hic* I. B. Br. R. (m) *quam servis*

Tres partes) Edd. I. I-G. *tres partes scilicet in vocale.* ubi Vrsinus verba *partes scilicet* tolli volebat. Vulgatam equidem non satis intelligo, nisi distinguas *instrumenti genus*, scil. dividunt, *vocale et semivocale* etc.

Iique quos) Vnde haec pendent? Malim *iisque*.

Obaerarios) Varro L. L. VI, p. 82: *Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debeat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab aere obaeratus.* ubi Gesner malebat *quam debebat, dabat.* De nexis vide Interpp. ad Livium II, 23; Columella I, s. 12: *nexu civium et ergastulis tenere agros* hinc dixit. Antiquae lectioni *obaeratos* recte hanc ex libris scriptis substitui iussit Pontedera. Si enim *nexos*, a mercenariis diversos, intelligi voluisset Varro, dicendum erat *iisque quos.* Sed nexos eiusmodi liberos sub Augusto vix in agris habebant Romani, ut libera republica. Varro scilicet obiter, ut solet, etymologiam vocabuli *operarius* tradere voluit, monente Pontedera. Ab *ob aera* fit *opera*, hinc *operarius*, quasi *obaerarius.* Est vero *iique* pro *iique sunt.* Muretus ad Taciti Annal. III, 42, et Fruterius p. 346, corrigunt *quos operarios.*

De his cuiusmodi) Scil. de servis.

possint, ne minores annorum XXII, et ad agriculturam dociles. Eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum imperatis, et uno[a] eorum e novitiis requisito, ad priorem dominum quid factitarent. Mancipia esse oportere neque formidolosa, neque animosa. Qui 4

coli I. B. Br. R. (a) *in eo eorum* e. P. Codd. Victorii; et duo Parisini, quorum alter margini adscriptam habet vulgatam *et more incolarum*. Codex

Imperatis) Id est, imperiis, rebus imperatis. *imparatis* Ponted. praefert ex lectione *impatis* L. 5. *impetratis* Caesen. et Venet. Codd. Esse enim ex *in* et *parare* factum *imparare*.

Vno eorum) Gesner interpretatur vulgatum antea *more incolarum*, unde ad nos venerunt requisito ex novitiis, et requisito, quid apud priorem dominum factitarent. Antiquam Codd. lectionem Scaliger ita corrigebat *et in eo eorum e uovitiis reii, quis itio ad priorem dominum: quid factitareut.* Idem *imperatis rerum* interpretabatur imperitos rerum, eosdemque quos deinceps vocet *novitios reii*, i. e. rei, antiquo more; verba *quis itiv ad p. d.* explicat: an saepius ad priorem dominum eant ad opus faciendum et quid apud eum factitarint, cessatoresne an labori intenti fuerint. Sed haec mihi interpretatio vaticinii speciem habere videtur. Vrsinus corrigebat: *imperatis et requisitione ad pr. d.* Popma lectionem *et in eo eorum e novitiis requisito* interpretatur: et si quaesiveris in opere rustico e novitiis, quid factitarint apud priorem dominum. Pontedera: *in eo eorum e nov. rediuquisito.* Equidem egregiam et facilem I. Fr. Gronovii emendationem posui.

Neque formidolosa neque animosa) Hoc praeceptum cum quibusdam aliis omisit, qui cetera repetiit Columella. Ipse Varro duxerat ex Aristotele, cuius in Oeconom. I, c. 5, haec et plura leguntur, quae Varro in usum suum convertit. Haec igitur hoc in loco collecta ante oculos lectorum ponam. Primum igitur Philosophus graecus: *γένη δ' ἂν εἴη πρὸς τὰ ἔργα βέλτιστα μήτε δειλὰ μήτε ἀνδρεῖα ἄγαν· ἀμφότερα γὰρ ἀδικοῦσι· καὶ γὰρ οἱ ἄγαν δειλοὶ οὐχ ὑπομένουσι· καὶ οἱ θυμοειδεῖς οὐκ εὔαρχοι.* Vides rationem a Varrone non bene omissam praecepti! Alter locus est infra sect. 5: *neque eiusdem nationis plures parandos esse. ex eo enim potissimum solere offensiones domesticas fieri.* Quae sic tradidit Aristoteles l. c. *καὶ μὴ κτᾶσθαι ὁμοεθνεῖς πολλούς, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν.* quae integriora legisse videtur Varro. Idem praeceptum posuit Philosophus Politic. VII, c. 11: *τοὺς δὲ γεωργήσοντας μάλιστα μὲν δούλους εἶναι, μήτε ὁμοφύλων πάντων μήτε θυμοειδῶν. οὕτω γὰρ ἂν πρός τε τὴν ἐργασίαν εἶεν χρήσιμοι καὶ πρὸς τὸ μηδὲν νεωτερίζειν ἀσφαλεῖς.* Offensiones igitur causatur Varro, ubi Aristoteles timebat, ne plures eiusdem nationis servi consentientes seditionem fugamque molirentur. Tertium praeceptum est Varronis: *Praefectos alacriores faciundum praemiis, dandaque opera, ut habeant peculium et coniunctas conservas, e quibus habeant filios, eo enim fiunt firmiores ac coniunctiores fundo*: quod repetiit

praesint esse oportere, qui literis[q] et aliqua sint humanitate imbuti, frugi, aetate maiore, quam operarios, quos dixi. Facilius enim his, quam[r] minore

unus Vrsini additum habebat *more venalium*. alter cum Pol. sentit. (q) *litteris sint aliqua* Br. *lit. sint et aliqua* A. Ba. G. H. St. D. Vulgo deerat *et.* (r) *quamvis minores* I. B. Br. R. *quam maiore* P. *ii quam minore* Codd. Victorii *ii quam minore* probabat, interpretatus *ii* antiqui dictum

Columella. Sed idem non de praefectis seu ἐπιτρόποις, sed de servis omnibus tradidit Philosophus l. c. δεῖ δὲ καὶ ἐξομηρεύειν ταῖς τεκνοποιΐαις; admirabili brevitate! Ad reliquos tamen servos etiam referri voluisse praeceptum hoc videtur Varro quum addit, Epiroticas familias propter has cognationes illustriores ac cariores esse. Quartum est praeceptum: *Studiosiores ad opus fieri liberalius tractando aut cibariis aut vestitu largiore aut remissione operis*: quae sic graece docentur: διόπερ δεῖ ποιεῖσθαι σκέψιν καὶ διανέμειν τε καὶ ἀνιέναι κατ' ἀξίαν ἕκαστα καὶ τροφὴν καὶ ἐσθῆτα καὶ ἀργίαν καὶ κολάσεις. Porro in capite XIII sunt quaedam praecepta, quae ex Aristotele ducta videntur, quamquam ea a Varrone sunt accuratius definita; velut illud sect. 6, *illi enim* (antiqui aedificationem villae) *faciebant ad fructuum rationem*: comparare licet cum hoc Aristotelico l. c. 6: οἰκίαν δὲ πρός τε τὰ κτήματα ἀποβλέποντα κατασκευαστέον καὶ πρὸς ὑγιείαν καὶ πρὸς εὐημερίαν· λέγω δὲ κτήματα μὲν οἷον καρποῖς καὶ ἐσθῆτι ποία συμφέρει, καὶ τῶν καρπῶν ποία ξηροῖς καὶ ποία ὑγροῖς καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων ποία ἐμψύχοις καὶ ποία ἀψύχοις, καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι καὶ ξένοις καὶ ἀστοῖς. Vnde fructus aridi et humidi distinctionem duxisse Varro initio huius capitis 13 videtur: κτήματα ἔμψυχα καὶ ἄψυχα Varro cap. 17, interpretatus esse videtur *instrumentum vocale ac mutum*. Postea quod ait Varro cap. XIII, s. 2: *villici proxime ianuam cellam esse oportet, eumque scire, qui introeat aut exeat noctu quidve ferat, praesertim si ostiarius est nemo*: convenit cum hoc Philosophi praecepto: δοκεῖ δὲ ἐν ταῖς μεγάλαις οἰκονομίαις χρήσιμος εἶναι θυρωρὸς, ὃς ἂν ἄχρηστος ᾖ τῶν ἄλλων ἔργων, πρὸς σωτηρίαν τῶν εἰσφερομένων καὶ ἐκφερομένων.

Formidolosa) Liber Polit. *formidulosa*. Ita alibi *rutundа*. Ita in Nonio p. 465, *sanguinulentus* ex Codd. posuit Mercerius.

Literis et) Interim ex Edd. aliquot addidi *et* suadente Gesnero; Scaliger *literis* delebat; Vrsinus corrigebat *qui literis, qui sint aliqua* etc. Scaligeri ratio plane inepta est. Literae enim hac sunt plane diversae ab iis, quas humanitatis vocabulo complecti solent veteres scriptores. Quas Varro postulat nunc, pertinent ad rationum librum conficiendum. Compara Columellam I, 8, 4.

Quam — dixi) Has quatuor voces a glossatore esse censebat Vrsinus.

Maiore) Columella XI, 1, 3, villicum probat annos triginta natum usque in sexagesimum.

Iis quam minore) Pontedera corrigebat *ii quam minores*. Villicos enim ipsos natu maiores magis ait esse dociles et dicto audientes domino, quam minores. Sed recte Scaliger scripturam Codd. Victorii *ii quam minore* probabat, interpretatus *ii* antiqui dictum

natu sunt dicto audientes. Praeterea potissimum eos praeesse oportet, qui periti sint rerum rusticarum. non solum enim debere imperare, sed etiam facere, ut facientem imitentur, et ut animadvertant eum cum causa sibi[t] praeesse, quod scientia praestet et[v] usu. neque illi[x] concedendum ita imperare, ut verberibus coërceat potius quam verbis, si[z] modo idem efficere possis. Neque eiusdem nationis plures parandos esse. ex eo enim potissimum solere offensiones domesticas fieri. Praefectos alacriores faciundum[b] praemiis:[c] dandaque opera, ut habeant peculium, et coniunctas conservas, e quibus habeant filios. eo enim fiunt firmiores, ac coniunctiores fundo. Itaque propter has cognationes Epiroticae familiae sunt illustriores.

ctorii. *hi quam minores natu* Cod. Caesenas et Venetus ap. Ponted. Edd. reliq. omnes *his quam minoribus*. Deinceps *dicto seu audientes* Br. Ald. (t) *ibi* I. B. R. Br. (v) *et usu* deest I. B. Br. R. Ryck. (x) *illis* P. teste etiam Victor. (z) *Et (si modo id efficere possis)* a. V. deinceps *pluris* Br. (b) *faciundos* I. B. R. Br. *premiis* Br. (c) *ad faciunda* inser. P. I. B. R. Br.

pro *ei*. Atque omnino verum vidit Scaliger. Ecce enim Columella I, 8, s. 3: *iamque is transcenderit aetatem primae iuventae — ne auctoritatem detrahat ad imperium, quum maiores dedignentur parere adolescentulo.* Iterum XI, 1, s. 3, eiusdem praecepti causam reddens: *nam servitia sic tirunculum contemnunt, ut senem.* Ceterum recte monuit Scaliger, latine dici *fratrem maiore et minore natu*; itaque lectionem *minore natu* h. l. probavit etiam Gronov. ad Suetonium T. I, p. p. 317.

Et usu) Cum Edd. primis haec verba damnat Vrsinus.

Possis) Legendum esse *possit*, vidit etiam Gesner. Paulo ante Aldinum *cohereeat* eiici, nulla Varronis aut librorum scriptorum auctoritate munitum. Plures Aldinae lectiones Victorius admisit in suam, quam debebat, aut quam fecisset, si primarum Editionum scripturam ante oculos habuisset. Alioquin infra cap. 65 *cohaerescant* scribendum fuerat; et III, 16, s. 15, *cohangustet*. Similiter *incohare* pro *inchoare* in Columella primae Editiones saepius dant, quam annotavit Gesner. Vide ad IV, 3, 1, de vocabulo *cohors*, *chors* ad Varron. I, 13. In loco Varronis apud Nonium p. 478, in verbo *murmurari* Codex Guelferbyt. *eoherceam* dat. In Plinii Epistol. V, ep. 5, s. 4, *incohatum* dat Editio Romana anni 1490, a solo I. M. Heusingero comparata.

Firmiores) De quibus, ne aufugiant, minus timeas.

Epiroticae) Loquitur scilicet Epiroticus pecuarius.

6 striores ac cariores. Ad[d] iniiciendum voluptatem his[e]
praefecturae,[f] honore aliquo habendi[g] sunt: et de
operariis, qui praestabunt alios,[h] communicandum
quoque cum iis, quae faciunda sunt opera. quod ita
quum fit, minus se putant despici, atque aliquo nu-
7 mero haberi a domino. Studiosiores ad opus fieri
liberalius tractando, aut cibariis, aut vestitu lar-
giore, aut remissione operis, concessioneve, ut pecu-
liare aliquid in fundo pascere liceat, aut[i] huiusce-
modi rerum[k] aliis, ut quibus quid gravius sit impe-
ratum, aut animadversum, qui consolando eorum
restituat voluntatem, ac benevolentiam in dominum.

XVIII. De familia: Cato dirigit ad duas metas, ad

(d) *Ad* deest P. (e) *his* deest P. (f) *Praefectorum* P. (g) *habendo: et* P. (h) Ita pro *aliqui* P. et Codex Vrsini. Deinceps *cum his faciunda sint* Brusch. (i) *aut* om. I. B. Br. R. (k) *rerum. Aliis* I. B. Br. R. A.

Ad iniiciendum) Cum libro Polit. faciunt libri Victorii, qui malebat *voluntatem*. Scaliger hinc corrigebat: *Iniiciendam voluntatem, praefectos in aliquo honore habendo, et de operariis, qui praestabunt, aliquot.* Vrsinus: *ad iniiciendam voluntatem praeceptorum, aliquo honore habendi sunt.* Idem tamen ex scriptura Codicis: *ad iniiciendam voluptatem praefectorum* malebat: *ad elicendam voluntatem praefectorum.* Popma legebat: *Iniiciendum voluptatem, praefectos in honore aliquo habendo*: Pontedera *ad iniiciendum voluntatem praefectorum, honore aliquo habendo, et de operariis, qui praestabunt alios, communicandum.* Etiam I. Fr. Gronov. *ad iniciendam voluntatem* coniecerat. — *Iniciundum* ex Victorii Codice (*iniciendam* L. 5, 4, 3) *voluptatem praefectorum* ex P. L. 5, 4, 3, *honore aliquo habendo et de — alios* ex iisdem P. L. 5, 4, 3, praefert Pontedera.

Et de operariis) Vrsinus deletis verbis *de operariis* malebat: *et qui praestabunt alios.* Sed operariorum mentionem esse necessariam, docebit locus Columellae I, 8, s. 15.

Peculiare) Quod ad peculium eorum pertineat, recte monente Vrsino. Plautus Asinar. III, 1, 36: *etiam opilio, qui pascit, mater, alienas oves, aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.* Idem Aulul. I, 17, *peculiarem gallum.*

Aut huiuscemodi) aut cum Edd. pr. P. L. 5, 4, 3, omittit Ponted. qui notionem eandem inesse censet syllabae ce in vocabulo *huiusce modi.*

Qui consolando) Vrsinus malebat; *ut sit qui consolando.* Cui assentior, eamque lectionem interpretor, ut habeat, quo consolari vilicum eiusque voluntatem sibi reconciliare possit.

Cap. XVIII. *dirigit)* In libro Victorii antiquissimo hic et alibi fuit *derigit*, ex qua forma antiqua superesse

certum modum agri, et genus sationis, scribens de olivetis, et vinetis,[b] ut duas formulas. unam, in qua praecipit quomodo olivetum agri iugerum[d] CCXL instruere oporteat. Dicit enim in eo modo haec mancipia XIII habenda, vilicum, vilicam, operarios V, bubulcos III, asinarium I, subulcum I, opilionem I. Alteram formulam scribit de vinearum iugeribus centum, ut dicat haberi[e] oportere haec XV mancipia, vilicum, vilicam, operarios X, bubulcum,[f] asinarium,[f] subulcum.[f] Saserna scribit, satis esse ad iugera VIII 2
hominem unum: ea debere eum confodere[g] diebus XLV, tametsi quaternis operis singula iugera possit. sed relinquere se operas XIII, valetudini, tempestati, inertiae, indulgentiae.[h] Licinius, Horum neuter satis dilucide modulos reliquit[i] nobis. Quod Cato si voluit 3

CAP. XVIII. (b) *vineis* I. B. R. Br. (d) *iugera* P. (e) *habere* B. R. (f) *unum* add. a. V. (g) *fodere* a. V. H. St- D. (h) *indiligentiae* I. B. R. Br. *valitudini* Br. (i) *reliquit* P. (k) *ut proportionem* I. B. Br R. *ut pra portione*

monet *derectarios* in libro Pandectarum XLV. De extraordin. crim. Leg. *Saccularios*.

Haec mancipia) Distinctionem, vulgo post *haec* positam, sustuli, monente Pontedera. Idem paulo postea feci.

Opilionem) Scaliger monet, vocabulum esse derivatum ex graeco οἰπόλος, οἰπολίων. Sic αἰπόλος etiam dicitur caprarius.

XV *mancipia*) Cato vulgatus cap. XI, numerat XVI, praeterea salictarium nominans. Vrsinus monet, in vetere codice post *subulcum* sequi *Salictarium unum*, cuius notam Gesner male retulit ad formulam oliveti. Ceterum Nonius p. 501, ex h. l. laudat: *Centum iugeribus vinearum opus esse quindecim mancipia*.

Quaternis operis) Vide Colum. II, 4, 8.

Indulgentiae) Edd. primae *indiligentiae*. Vulgata ad dominum refertur, si vera est. Indulgentiam proprie de parentum in liberos affectu dixere veteres, seu potius *indulgitatem*; in Virgilio enim indulgentiam caeli nove dictum vult Servius ad Georg. II, 345, qui ex Coelio *indulgitate liberum* ponit; Sisennae locum habet Nonius. Ceterum pro *Licinius* in Brusch. est sola L. litera. Demum capite XXII, sect. 3: *Itaque, Stolo inquit*. unde arguo, eo usque Stolonem esse locutum.

Quod si Cato etc.) *Quod Cato sei voluit, uti debuit, sit proportione, ad maiorem fundum et meinorem adderemus et demeremus. Praeterea extra familiam* ex Edd. pr. et Codd. restituit

(ut debuit) uti[k] pro portione ad[l] maiorem fundum vel[m] minorem adderemus, vel[m] demeremus, extra[n] familiam debuit dicere vilicum et vilicam. Neque enim, si minus CCXL iugera oliveti colas, non possis minus uno vilico habere: nec si bis tanto ampliorem fundum aut eo plus colas, ideo duo vilici aut tres
4 habendi fuere. Operarii modo, et bubulci pro portione demendi[p] vel addendi, ad minores, maioresve[q]

div. Iuntt. *sit proportione* Pol. 1. et Caesen. *sic* Pol. 2. (l) *ut ad* Ba-G. A. (m) *et* I. B. Br. R. I. I. *ut* Cod. Caesenas, probante Pontedera, quasi sit pro *vel*. (n) *Praeterea extra* I. B. R. Br. (p) *demendi vel* deest I. B. Br.

Pontedera hae sententia: Quod si Cato voluit, ut modulus sit proportione; *sit* pro vulgato *ut* est in Polit. Laur. 5, 4, 3, Caesen. geminum *et* pro *vel* habent Edd. princ., Polit. Laurent. 5, 4, 3. *ut minorem* Caesenas, non improbante Pontedera.

Vti pro portione) Lectio Victoriana *uti proportione, ad maiorem fundum* et cet. in errorem induxerat Scaligerum, ut a Varrone positum crederet vocabulum *proportionis*; itaque corrigebat: *uti proportione*: *ad maiorem fundum vel minorem addere vel demere*. Quin adeo verba *ad maiorem — demere* ex glossemate, voci proportionis addito, orta putabat. Vrsinus lectionem Ba-G. ante oculos habuit: *uti proportione, ut ad maiorem*, alterumque *ut* tolli voluit, recte monens, *uti* esse adverbium, non infinitum verbum. Cum Vrsino Gesner etiam monuit, *uti* esse coniunctionem, distinctionem tamen pessimam reliquit. Pontedera a sententia loci plane aberravit, dum nimis argutabatur in verbis. Male etiam *uti proportione* phrasin esse putavit.

Extra) Ex Edd. antiquis Ponted. *praeterea* addi malebat.

Tres habendi fuere) *tres habendi. Fere operari modo et bubulcei proportione addundei. Ad minoris, ad maioris modos: fundorum iei quoque, sei similis est ager*; ita h. l. ex Polit. et 5, 4, 3, Laurent. distinguit Ponted. id est plerumque operarii et bubulci agri modo pro portione addendi: ii quoque ad minores maioresque fundorum modos sunt parandi, si ager est similis. In L. Polit. altero, Laur. 5, 4, reperit *ii*, Pontedera pro vulgato *hi*. Sequentia legit ita: *Sein autem ita deisimilis, uti arari non possit, quod sei confragosus atque arduis cleineis, meinus multei opus sont boves et bubulcei*. Ex Edd. pr. Polit. Laur 5, 4, 3, additum est *autem*, iisdemqua auctoribus relegatum *totus*, et restitutum *quod si* ex Edd. pr. Polit. 5, 3, Laur. ut *arduis* es Edd. pr. Polit. Laur. 5, 4. Quod si malit *quod sit*, Pontedera non repugnat; eamque lectionem ipse praefero. Denique reliqua: *Inicio eilud quod modum neque unum neque modicum proposuit: CCLX iugerum*: ubi *inicio* est ex Caesen. *initio* Edd. pr. Polit. 4, 3, Laur, *mitio* sive *initio* Laur. 5, *illut* Polit. Laur. *neque modicum* Ienson. B. vulgo *nec*. Iniicere interpretatur inter loquendum inserere vel addere.

modos fundorum. hi quoque si similis est ager. sin[r] est[s] ita dissimilis, ut totus[t] arari non possit, ut si sit confragosus,[v] atque arduus[x] clivis, minus multi opus sunt boves et bubulci. Mitto[y] illud, quod modum, neque unum nec modicum proposuit CCXL iugerum. Modicus[z] enim centuria, et[a] ea CC iugerum, e quo[b] quum[c] sexta pars sit ea XL, quae de CCXL demuntur,[d] non video quemadmodum ex eius praecepto demam sextam partem (et) de XIII mancipiis: nihilo magis, si vilicum et vilicam removero, quemadmodum ex[e] XI sextam partem demam. Quod autem ait in C iugeribus[f] vinearum opus esse XV mancipia, si quis habe-

R. (q) *ad maioris* P. (r) *nam si* Ba-G. A. (s) *autem* I. B. R. Br. (t) *totus* deest I. B. R. Br. (v) *Quod si confrag.* I. B. Br. R. et Codd. Victor. (x) *arduis* I. B. Br. R. et Codd. Victorii. (y) *Initio* I. B. Br. R. *Iniicio* I. I-G. Ald. (z) *Modica* a. V. *Modicus* P. *Modius* caeterae. (a) *et* deest I. B. R. Br. (b) *qua* I. I-G. A. (c) *ni* a. V. (d) *diminuitur* I. B. R. Br. *demitur* I. I-G. A. (e) *centum viginti sextam* I. B. R. Br. ex quo sic CXX scripto vi-

Vt si sit) Ex antiqua lectione *quod si confragosus et arduis clivis* Scaliger efficiebat *quod sit confr. atque arduis.* Vrsinus etiam *arduis* probabat. Infra c. 20, s. 5, confragosum et difficilem agrum ad solum fastigium soli refert iterum; sed Columella II, 2, 8, locum lapidibus confragosum habet; sed VI, 17, s. 2, simpliciter *confragosis locis* habet pro montanis; ubi tamen libri quidam antiqui simplex *fragosis* praeferunt. Festus: *conflages* loca dicuntur, in *quae undique confluunt venti.* ubi recte Dacerius *conflant* emendat. A *conflatum* fiunt *conflages.* Isidorus Orig. XIV, 58, *confrages* in Festo legit; unde confragosus ducitur. Contra confluges loca, in quae diversi confluunt rivi apud Nonium, graece μισάγκειαι. Ita flaces et fraces dicuntur.

Modicus) Gesner interpretatur mensuram mensurantem seu normam normantem. Reliquarum Editionum lectionem *modius* vitio operarum adscribit.

Pars sit) Pontedera legi voluit *absit.*

Sextam partem (et). Vulgarem interpunctionem *partem: et de XIII mancipiis nihilo magis* et cet. intelligere sibi visus est Gesner, quia de loco hoc nihil monuit. At sententia auctoris ita plane aboletur; quare eam correxi, et sententiam ita explanavi. Docet, de neutro numero sextam partem pro modo agro demi, vel addi posse. Copulam *et* ut inutilem inclusi.

In C iugeribus) Nonius libro de numeris h. l. laudavit, sed ab initio praepositionem *in* omisit. In Catone sunt mancipia XVI. Formam *iugeribus* ex Varronis libro I. R. R. laudavit etiam Charisius grammaticus libro I. monente Vrsino.

bit centuriam, quae sit[f] dimidium vineti,[g] dimidium oliveti, sequetur,[h] ut duo[i] vilicos, et duas vilicas
6 habeat:[k] quod est deridiculum. Quare alia ratione modus mancipiorum generatim est animadvertendus,[l] et magis in hoc Saserna probandus,[m] qui ait singula iugera quaternis operis uno operario ad conficiendum satis esse. Sed si hoc in Sasernae fundo in Gallia satis[n] fuit, non continuo idem in agro Ligustico[o] montano.[p] Itaque de familiae magnitudine et reliquo instrumento commodissime scies, quantum[q] pares, si
7 tria animadverteris diligenter. In vicinitate praedia cuiusmodi sint, et quanta,[r] et quot quaeque hominibus colantur; et quot additis operis aut demtis melius, aut deterius habeas cultum.[s] Bivium enim nobis ad culturam dedit natura, experientiam et imitationem. Antiquissimi agricolae tentando pleraque constituerunt, liberi eorum magnam partem imitando.
8 Nos utrumque[t] facere debemus, et imitari alios, et[v] aliter ut faciamus[v] experientia tentare quaedam; sequentes non aleam, sed rationem aliquam: ut si altius repastinaverimus, aut minus, quam alii, quod mo-

detur nostra lectio orta esse. *undecim item* Ald. (f) *sit* abest I. B. R. Br. (g) *et* ins. a. V. H. St-D. (h) *sequeretur* I. B. R. Br. (i) *duos* a. V. H. St-D. *duo* etiam Codex Vrsini. (k) *habere deberet* I. B. R. Br. *habere debeat* Ba-G. A. (l) *advertendus* I. B. R. Br. *animadvertendum* P. Deinceps *maius* Br. (m) *aprobandus* P. *approbandus* I. B. R. Br. (n) *satis* deest I. B. R. Br. (o) *ligusco* P. teste etism Victorio. (p) *nomentano* I. B. R. Br. (q) *quantum* I. B. R. Br. (r) *quanta quotque hominibus* I. B. R. Br. (s) *cultum bivium. Nobis enim* I. B. Br. R. *habcas. Nobis enim cultum bivium* I. I-G. A. *dempertis* pro *demtis* Br. *demptis* Ald. (t) *utrunque* Br. A. (v) *taliter ut* A. Ba.

Ait singula) Vrsinus corrigit *ait ad singula iugera quaternas operas*. Recte[1]

Fundo in Gallia) Parum de vita Sasernae, minus etiam de fundo eius Gallico constat; quod tamen scire intererat eorum, qui libros eius de re rustica legere et comparare volebant. — *in Galia* ex Polit. Laur. 5, 4, legit Pontedera reiecto *satis*; deinceps *Ligusco* cum Polit. Laur. 5, 4, et *quantam* cum Edd. pr. Pol. Laur. 5, 4.

Quam alii) Haec verba spuria censel Vrsinus.

mentum ea res habeat. ut fecerunt ii in sariendo iterum et tertio, et[y] qui insitiones ficulnas[z] ex verno tempore in aestivum contulerunt.

XIX. De reliqua parte instrumenti, quod semivocale appellatur,[a] Saserna ad iugera cc arvi boum iuga duo satis esse scribit; Cato in olivetis CCXL iugerum[b] boves trinos.[c] ita si Saserna dicit[d] verum, ad centum iugera iugum opus est,[e] si Cato, ad octogena. Sed ego[f] neutrum modum[g] horum ad omnem agrum convenire puto, et utrumque ad aliquem. alia enim terra facilior aut difficilior est.[h] Aliam terram[i] boves[k] 2

G. (x) *et* add. A. Ba. G. (y) *ut* I. B. R. Br. (z) *ficulneas* I. B. R. Br.

Cap. XIX. (a) *appellamur* P. (b) *iugeris* P. (c) *ternos* A. Iunt. G. Deinceps vulgo erat *ita fit ut Saserna.* (d) Ita pro *dicat* Polit. (e) Ita pro *esse* scripsi ex Polit. (f) *ego* om. I. B. Br. R. (g) *Sed neutrum modum horum* I. B. Br. R. Vulgo deerat *modum*. Deinceps *utrumque* Br. A. (h) *aliam Terram* P. Vulgo erat *alia. Terram.* Hinc (i) *duram* addunt A. Iunt. G. (k) *proscindere nonnisi boyes magnis vir. pos.* I. B. Br. R. *proscindere nisi boves*

Ex verno tempore) Geoponica X, 52: ἡ δὲ συκῆ ἐγκεντρίζεται οὐ μόνον τῷ ἔαρι, ὥσπερ τὰ ἄλλα δένδρα, ἀλλὰ καὶ θέρους μέχρι τροπῶν χειμερινῶν," ὡς Φλωρεντῖνος φησί.

Cap. XIX. *Cato*) Cap. X, ubi vide notam.

Trinos) Varro recte tria iuga interpretatur, non opus igitur eum Pontedera post *octogena* addere *unum bovem*, sed intelligendum ex superioribus iugum, recte monente Gesnero.

Vt Saserna dicat) Gesner interpretatur quasi dictum sit *si Sasernae credimus.* Sed nullo exemplo novam hanc dicendi formam confirmavit. Debebat esse *fit ut — opus sit.* Sed statim sentis, deesse aliquod, cui respondeat membrum alterum *si Cato.* Vrsinus corrigebat: *opus esse, Cato ad octogena.* Sed vel ita sententia imperfecta relinquitur, et uterque scriptor verum dixisse perhibetur; quod falsum esse Varro convincit ipse. Liber Politiani viam monstravit mihi ad veram lectionem investigandam; itaque lego: *Ita, si Saserna dicit verum, ad— opus est, si Bato, ad octogena.* Ceterum recte Vrsinus monuit, concinnitatem postulare praeterea, ut *centena* legamus.

Sed ego neutrum modum) *Sed ego neutrum modum horum omnem ad agrum* legit Pontedera ex Edd. pr. In Polit. Repar. et Ambros. est *morum* pro *modum*; deinceps *omnem ad agrum* dedit Polit. liber.

Aliam terram) Ita suadente Gesnero ex Polit. libro dedi pro vulgato: *est alia. Terram,* quod Vrsinus corrigebat: *facilior, alia difficilior est. Alte terram* et cet. Pontedera, nihil in vulgata lectione deesse affirmans, docere debebat ignaros illos agriculturae, quos dicit, quomodo Varro terram aliam alia difficiliorem dicere potuerit, si bubus ad eam proscindendam

proscindere nisi magnis viribus non possunt, et saepe fracta bura relinquunt vomeres in arvo. Quo[l] sequendum nobis in singulis fundis, dum sumus novicii, triplicem[m] regulam, superioris domini institutum,[n]
3 et vicinorum, et experientiam quandam.[o] Quod addit asinos, qui stercus vectent, treis, asinum molarium; in vinea iugerum c iugum[p] boum, asinorum[q] iugum, asinum molarium;[r] in hoc genere semivocalium, adiiciendum de pecore, ea[s] sola, quae[t] agri colendi

A. Iunt-G. (l) *Quod* I. B. Br. R. (m) *triplex regula* A. Ba. G. Vulgo *triplici regula*. (n) *institutio* Eaedem. Vulgo *instituto*. (o) *quaedam* Eaedem. Vulgo *experientia quadam*. (p) *iugus* P. (q) *asinorum iugum, asinum molarium* om. A. Iunt-G. (r) *molendarium* I. B. Br. R. et sic Codex vetus Victorii, recentior *molendinarium* habebat et Victorio approbabat. (s) *quod ea* A. Ba-G. (t) *quae dixit* Eaedem. (v) *peculiaria* P. *quae* add. A.

ubique viribus magnis atque aequis opus est.

Vomereo) Nonius in Bura ex h. l. laudat *vomerem in arvo*. Nescio unde Pontedera duxerit Nonii lectionem, ubi deesse ait *in*. Editio Parmensis 1480 habet *in agro*. De bura vide ad Varr. II, 1, 10. Hoc loco satis erit annotasse, buram esse aratri partem posteriorem curvam, olim latine *urvum* dictam, graece γύης, quae si cum temone fuerat ex eadem materia continuata, nulla intercedente iunctura, aratrum graece dicebatur αὐτόγυον. Etymologiam habet Varro L. L. IV, p. 33: *bura a bubus, alii hoc a curvo urvum appellant*. Burae ab anteriore parte iungitur dens cum vomere, a posteriore et superiore stiva, haec graece ἐχέτλη, dens cum vomere ὕννις vocatur. Virgilius Georg. I, 170: *magna vi flexa domatur in burin et curvi formam accipit ulmus aratri*. Hodie vocamus *Krümel*, simili notione Burae inferius iungitur dens cum vomere; dentem Graeci ἔλυμα vocant. Etymologiam *burae* ex Varrone, ni fallor, integriorem habet Isidorus XX, 14: *buris est curvamentum aratri, dictum quasi bosoiru* (i. e. βοὸς οὐρὰ) *quod fit in similitudinem caudae bovis*. Sed rectius haec Servius ad Virgilium ita: *dictum quasi* βοὸς οὐρὰ, *quod sit in similitudinem caudae bovis. Alii Burin curvaturam temonis quae supra est, et quod est infra urvum dicunt; buris enim ut curvetur, ante igni domatur et amburitur; unde et quae naturaliter inveniuntur curvae ita dicuntur*. Vides, Varronem urvum derivasse ab ruendo, atque ita, quicquid urendo vel natura curvatum est, urvum seu curvum dictum voluisse.

Molarium; in vinea) Vulgo *molarium; in*. Distinctionem mutavi, admonente Vrsino. Ita etiam deinceps vulgatum *molarium: in hoc* correxi, mutata distinctione. De priore vitio admonuit etiam Pontedera, qui in libro Caesenate esse ait priore loco *molarium*, altero *molendinarium* scriptum.

causa erunt (ut solent esse pecuaria,[y]) pauca habenda, quo facilius[x] mancipia, quae solent se tueri, et assidua esse[y] possint.[z] In eo numero non modo 4
qui prata habent, ut potius oves quam sues habeant, curant,[a] sed etiam qui prata[b] non habent, quia non solum pratorum causa habere[c] debent, sed etiam propter stercus.[d]

XX. Igitur de omnibus quadrupedibus[a] prima est

Ba. G. (x) *quo facilius tueri possint, quoniam mancipia, quae solent esse assidua, esse non possunt.* A. Ba. G. (y) *assidua esse, possint* Iunt. (z) *non possunt* I. B. Br. R. (a) *curent* I. B. Br. R. A. Ba. G. (b) *prata non habent, quia* om. I. B. Br. R. Iunt. et libri Victorii, cui non sunt obsecutae Edit. Lugd. 1541 et R. Stephani 1543 quae receperunt Aldinum supplementum. (c) *habent, propter stercus* I. B. Br. R. Iunt. (d) *Decanibus vero utile, quod villa sine iis parum tuta* P. addit.

Cap. XX. (a) *quadripedibus* P. Deinceps *rudes — minores — maiores* Ald.

Pecuaria) In Polit. et Cod. Paris est *peculiaria*, quod etiam Vrsinus in Codice suo scriptum reperit, interpretatus: *ex peculio servorum quae sunt*. Ita supra cap. 17: *ut peculiare aliquid in fundo pascere liceat*. Itaque h. l. ita corrigebat: *quae solent esse peculiaria, pauca habenda*. Sed omisit vir sagacissimus docere, quem verba haec cum sententia reliqua nexum habeant. Mihi probatur opinio Gesneri, verba *ut solent esse pecuaria* velut aliena includentis. Forte exciderunt quaedam, in quibus Cato de pecuariis dixerat, ubi scilicet non pauca agri colendi causa domi aluntur pecora, sed quam plurima mercaturae causa libera pascuntur. Sed vide notam ad sect. 4.

Tueri et) Pontedera corrigebat: *se tuerier, assidua esse possint.* Contra vulgatam Gesner interpretatur: ut mancipia, quae ipsa se tuentur, nec opera aliena indigent, ut pecora, et esse possint plura in fundo, et esse assidua in opere faciundo. Equidem Pontederae correctionem cum interpretatione Gesneriana probo unice.

In eo numero) Quo? pecorumne, quae agri colendi causa aluntur? de quibus praecessit sermo. At hoc ineptissimum. Interpretes tacent. Mihi videtur esse manifestum, excidisse hinc verba, in alienum locum a librario relata et vitiata: *Vt solent esse pecuaria*. Quae retracta hic colloco: *Vbi solent esse pecuariae, in eo numero non modo* et cet. Varro enim pecuarias, ovarias et equarias dixit II, Praef. 6. Ceterum in Varrone exempla plura alia habemus talium translocationum.

Prata non habent etc.) Aldinum supplementum reiicit Pontedera cum Edd. pr. et Codd. Polit. 3 Flor. Amb. Caesenate.

Pratorum causa) Alioqui alienum pecus vendito pabulo pascendum in fundo monet infra cap. 21, in fine.

Stercus) suillum enim ad agriculturam contemnebant.

probatio, qui idonei sint boves, qui arandi causa emuntur, quos rudis, neque minoris trimos, neque maioris quadrimos parandum, ut viribus magnis[b] sint ac pares, ne in opere firmior imbecilliorem[c] conficiat: amplis cornibus, et nigris potius quam aliter: ut sint lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis co-
2 xendicibus. Hos veteranos ex campestribus locis non emendum[d] in dura ac montana: nec non, ita[e] si incidit ut[e] sit, vitandum. Novellos quum quis emerit

probatio est Br. Ald. (b) *magni sint et* I. B. Br. R. (c) *imbeciliorem* Br. Gesneriana utraque *imbelliorem*. (d) *emendum: non in* omnes ante Gesn. qui auctore P. omisit *non*. (e) *ita* om. I. B. Br. R. ut sequentia *ut sit* om.

Cap. XX. *Qui idonei sint. Boves*) Vulgo inepte distinguebatur *qui id. sint boves. — parandum. ut.* Ceterum in libro Polit. hic et pluribus in locis legitur scriptum *quadripedibus* et sic ex libris scriptis apud Nonium p. 69, edidit Mercerius in fragmento Varronis, quod ponam ad II, 6. Ibidem p. 144. Nonius Mercerii ex Accii Thebaide habet: *nitidantur vulgo, quadripedantur sonipedum*. Mercerius corrigit *quadripedantum sonipedum*. Editio Paris. 1583 habet: *pripendantur soni* et in varia lectione. *qua praepediantur soni pedum*. Sed Parmensis 1480· *qua pripedantur in sonipedum*, unde Mercerii correctio confirmatur.

Minoris trimos) i. e. minores quam trimos. Ita saepe scriptores nostri loquuntur cum aliis. De verbis quae Pol. liber adiicit fini capitis, vide infra ad initium cap. 21.

Naribus simis) In Nonio p. 94 Merc. ubi h. l. laudatur, Editio Parmensis 1480 habet: *simulato pectore classis coxend*. De re vide ad II, 5, sect. 7.

Nec non) Columella VI, 3, 12: *longeque omnis bos indigenus melior est quam peregrinus, nam neque aquae nec pabuli nec caeli mutatione tentatur, neque infestatur conditione regionis, sicut ille qui ex planis et campestribus locis in montana et aspera perductus est vel ex montanis in campestria*. Atque ita etiam ex Columella Palladius Martio XI, 3. Ex Columella Vrsinus h. l. legi volebat: *locis emendum, non in dura ac montana. nec contra. Novellos* et cet. In Codice Victorii vetustissimo fuit: *nec nostra si incidit*. unde Victorius legebat: *nec contra si incidit ut sit vitandum*. quasi non sit reformidandum agricolae emere boves ex duris et asperis locis in campestria. Ita Varro plane discesserit a sententia Columellae, nulla ratione edita, quam excogitare nec ipse possum. Contra Popma amplectitur quidem emendationem Victorii, sed aliter interpretatur: *nec contra ex montanis locis in plana et campestria. Itaque si ita fert, ut sint emendi boves, id vitandum*. Is itaque ita distingui volebat: *nec contra; si incidit ut sit vitandum*. Hanc rationem equidem cum *Dicksono* Vol. II, p. 474 sequi malim. Pontedera sequitur rationem Victorii et quasi ex Bruschiana laudat *nec contra si*.

iuvencos, si eorum colla in furcas destitutas[f] inclu-
serit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt man-
sueti, et ad domandum proni. Tum ita[g] subigendum,
ut minutatim assuefaciant, et ut tironem cum vete-
rano adiungant.[h] imitando enim facilius domatur.[i]
et primum in[k] aequo loco, et sine aratro, tum[l] eo
levi[m] simul gradi faciant, ut principio per arenam
aut molliorem terram leniter procedant.[n] Quos ad 3
vecturas item instituendum, ut inania primum ducant
plaustra, et si possis, per vicum aut[o] oppidum.[p]

Eaedem, A. Ba. G. *si ita* A. Ba. G. (f) *destinata* A. Iunt. G. *et dederit* Br. (g) *ita ab sub. ut* continue I. B. Br. R. (h) *adiungunt* Eaedem. (i) *domantur* a. V. H. St. D. (k) *eos aequo in* I. Br. R. A. Ba. G. (l) *aut* I. B. Br. R. (m) *leni* Iunt. Verba *simul gradi facios* Editionum I. B. Br. R. revocavi et *faciant* dedi de meo ut deinceps *ut* pro vulgato *et* A. Ba. G. habent *simul orare faciant*. (n) Verba *leniter procedant* ex I. B. Br. R. revocavi. A. Ba. G. horum vice habent addita: *dum consuescant*. (o) *aut per* A. Ba. G. (p) *oppidum, ubi creber* I. B. Br. R. A. Ba. G. (q) *sit* inter-

Destitutas) Ita in libris suis omnibus reperit scriptum Victorius, et in suo Vrsinus, qui recte interpretatur fixas et statutas. Furcae quae sint h. l. intelligendae, dicimus ad Columellam VI, 3. Virgilius Georg. III, 166 vimineis circulis colla innectit; quos eosdem esse cum furcis Varronis voluit Pontedera in Curis sec.

Eo levi) Edd. principes legunt *levi simul gradi facias; et principio — terram leniter procedant*. quod supplementum non solum probavit, sed comparatione etiam Virgiliani loci confirmare voluit Pontedera. Ait enim in poëtae verbis *coge gradum conferre iuvencos* apparere vestigia lectionis *simul grodi facias*. Virgilius tamen, diversam iuvencorum domandorum rationem docens, vix potuit Varronis locum exprimere. Mihi quidem pariter necessarium videtur id supplementum. ita tamen, ut totum h. l. ita legas: *assuefacias — adiungos — eo levi simul grodi facias, ut principio — terram leniter procedant*. Secunda enim persona melius verbo *subigendum* convenit, eamque statim in seqq. addit Varro, et alibi. Interim ne vim Varroni factam clament religiosi nimis homines, leniore medicina usus supplementum correxi.

Per arenam) Crescentius IX, 63: *subacto prius solo exercendi sunt in arena. Quos ad vecturam* et cet. Priora verba sunt Palladii IV, 12, 3. Ex Cresc. *paras* addi volebat Pontedera; quod facere ne necesse esset, comma post *vecturas* positum omisi cum Brusch. invectum ab Aldina.

Instituendum) Cresc. *Quos ad vecturam paros fac primum inania ducere plaustra, — oppidum ubi sit strepitus, ducas et quem feceris dextrum, fac etiam sinistrum, et sic laboranti requies erit*. Vnde *ubi* inseri h. l. vo-

Creber crepitus,[q] ac varietas rerum consuetudine ce-
lerrima[r] ad utilitatem adducit.[s] Neque pertinaciter,
quem[t] feceris[v] dexterum, in eo manendum. Quod si
alternis fit[x] sinister, fit laboranti in alterutra parte
4 requies. Vbi terra levis, ut in Campania, ibi non
bubus gravibus, sed vaccis aut[y] asinis quod arant,
eo facilius ad aratrum leve[z] adduci possunt. Ad
molas, et ad ea, si quae[a] sunt, quae[b] in fundo con-
vehuntur, (in qua re) alii asellis, alii vaccis ac mulis
utuntur, exinde ut pabuli facultas est. nam facilius
5 asellus, quam vacca alitur; sed fructuosior haec. In[d]

ponunt Eaedem. (r) *celeberrima* a. V. praeter Iunt. et P. quae *celeberrime*. (s) *adducito* I. B. R. A. Ba. G. *addutio* Br. (t) *quem* om. I. B. Br. R. (v) *dextrum* Eaedem, A. Iunt. (x) *sit* I. B. Br. R. Iunt. (y) *et* I. B. Br. R. (z) *lene* Eaedem. deinceps *et ad molas* Ald. (a) *si qua* a. V. (b) *quae* om. I. B. Rr. R. (c) *convehunt* Eaedem. Vulgo erat *convehuntur*. *In qua*

lebat Pontedera, annuentibus Edd. primis; quo tamen ne opus esset, post *oppidum* punctum posuit Gesner. Equidem malim *oppidum*; *ubi creber — celerrime ad utilitatem adducit eos.*

Celerrima) Malim *celerrime*. Ad utilitatem adducere est ad usum, seu domare. Ita Plautus Epidico V, 1, 28: *Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincere an parum?* i. e. satisne ego oculis utor?

Vt in Campania) Gesner malebat: *ibi non bobus gravibus ut in Campania*, quia de Laborino, Campaniae campo Plinius XVII, s. 3: *idem solum ubicunque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius pene, quam vitiis posset, affligit agricolam*. At vide tu mihi locum Cat. c. 135 aratra *in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campanica*. Columella II, 10, 18, Campaniae solum putre vocat.

Bubus gravibus) Cresc. *levis est, non fortibus bobus sed vaccis et asinis uti possumus* (antiqua mea habet *pot*) *et in levi plaustro similiter et ad molam olei facile, ut novus labor* et cet. quae sunt Palladii. Vrsinus h. l. malebat *grandibus*. Varro de L. L. VI, p. 77 *e queis ut dicti valentes glebarii, qui facile proscindunt glebas*. ubi Scaliger comparabat Hesychii χαμίνους ἐυπλεύρους βόας, ἰσχυροὺς καὶ εὐισχίους.

Asinis) vili asello arari Byzacii solum in Africa testatur Plinius XVII, s. 3.

Ad molas) Hucusque de bove domando ad usum aratri. Quae sequuntur alio aperte pertinent; quis enim sanus bovem ad molam vertendam adhibebit, quum asinus operi sit aptior et viliori constet? Igitur post *possunt* posui punctum. Novam enim sententiam exorditur Varro; deinceps post *convehuntur* sublato puncto incisionem posui, verbaque *in qua re*, quae sententiam turbant et supervacanea sunt, inclusi.

Exinde) Ita etiam infra cap. 24.

eo agricolae hoc spectandum,[d] quo[f] fastigio sit fundus. in confragoso enim[g] ac difficili haec valentiora parandum, et potius ea, quae plus[h] fructum reddere possint,[i] quum idem operis faciant.[k]

XXI. Canes potius cum dignitate et acres paucos habendum, quam multos. quos consuefacias potius noctu vigilare, et interdiu clausos dormire[a] catena

re. (d) *Cauto agricolae* A. Ba-G. (e) *spectant* I. B. Br. R. (f) *quod* P. (g) *enim haec ac* Brusch. et forte I. B. R: *haec* transposuit Aldina, omisit Iunt. (h) *per se* I. B. Br. R. Iunt. (i) *possunt* A. Iunt. G. (k) *faciunt* Eaedem.

Cap. XXI. (a) Verba *et catena vinctos, ut soluti acriores fiant* Edd. I. B. Br. R. omisit Victorius, Iuntina copulam *et* detraxit, Aldina *et cathena*

Male igitur Vrsinus corrigi volebat *proinde.*

Quo fastigio) i. e. qua inclinatione, positione aequali, an inclinata. Vide ad l. 14, 2.

Haec valentiora) Pontedera putat, ex caeteris praeceptis Varronis de pecore et re ipsa patere, locis montanis et siccis non apta esse pecora maiora; neque enim satis fructus ferre, nec commode ali. Igitur corrigebat *nec valentiora*. At, bone, qui pecora invalida in loco difficili opus facient melius quam in campo facili? Instat vir doctus, supra Varronem cap. 18, a. 4 praecipere, si fundus sit confragosus atque arduis olivis, pauciores boves et bubulcos opus esse. Recte; addit enim ibidem: *si ita dissimilis est, ut totus arari non possit.* De difficili simul et confragoso agro Varro nunc dicit: deinde Pontedera aliud affert argumentum. *Quum id operis faciunt* (ita enim h. l. laudat) Quod si, inquit, id operis faciunt boves validi ac vaccae asellique pro loci conditione, nunquam profecto illos expedit habere, quum pluria parentur atque alantur. Praeterea vaccae lacte prosunt, asini ad molas et clitellas adhibentur. Sed una est ad haec omnia responsio, Varronem non loqui de pecoribus, ad aratrum adhibendis, sed de iis, quae molis et vecturis serviunt. In loco igitur confragoso et difficili vacca potius eaque valentior adhibenda est, quam aselli mulive, quod vacca idem opus facit, et maiorem fructum affert, quam asellus mulusve.

Cap. XXI. *clausos dormire*) Codices Victorii omittunt, quae deinceps Edd. principes habent, et restitui. Ecce enim Cato c. 124: *Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores et vigilantiores sint.* quae quidem verba, loco plane alieno ibi posita, forte ex h. l. translata fuerunt. Admonebo praeterea lectorem, supra in fine capitis XIX, Politiani librum haec inserere: *De canibus vero utile, quod villa sine iis parum tuta.* quae, undecunque sumta, arguunt, locum de canibus domesticis parum integrum ad nos pervenisse. De pastoriciis copiose tradit Varro II, 9. Argumentum antiquum habet: *De canibus: sine quibus utique villa parum tuta sit.* Vnde ca-

vinctos, ut soluti acriores fiant. De[b] indomitis quadrupedibus,[c] ac[d] pecore (faciundum).[e] Si prata sunt[f] in fundo, neque pecus dominus[g] habet, danda opera ut pabulo vendito, alienum pecus in suo fundo pascat, ac stabulet.

XXII. De reliquo instrumento muto, in quo sunt corbulae, et[a] dolia et[b] alia, haec[c] praecipienda. Quae nasci in fundo ac fieri a domesticis poterunt,[d] eorum ne quid ematur, ut[e] fere sunt, quae ex viminibus et materia rustica fiunt, ut corbes, fiscinae, tribula, mallei,[f] rastelli. Sic quae fiunt de cannabi,

vinctos esse, *ut* dedit cum Ba. G. (b) *Dein domitis* I. B. Br. R. P. (c) *quadripedibus* P. (d) *et pecore instructo*, *et canibus hoc faciundum* a. V. (e) *quod dixi* add. Ald. Gryph. Turicensis. *ut dixi* ex Ba-G. laudat Gesner. (f) *sint* I. B. Br. R. (g) restitui ex Edd. primis quod Vict. omisit *dominus*.

Cap. XXII. (a) *et* deest P. (b) *sic* Com. sola. (c) *sic praecipiendum* a. V. (d) *potuerunt* utraque Gesneriana errore. (e) *ut* om. Iunt. *ista* A. Ba-

put totum ita ordinaverim: *de canibus*, *quod villa sine iis utique parum tuta sit*, *canes potius* et cet.

Faciundum) Primum Scaliger damnavit, inclusit Gesner. Scaliger verba haec ad sequentia refert, et indomitas pecudes dici ait oves, capras, sues, quae non domentur, ut boves et equi. Lemma Iens. et Brusch. antea posui. Victorius inter lemma cap. XXI: *De canibus* et XXII: *de muto instrumento*, medium aliquod posuit, nulli annexum capiti: *Si prata sunt in fundo*, *pecus non est*, *quid sit faciendum*. Quae potius est clausula peractae narrationis cap. XXI: *de indomitis quadr. de pecore instructo ac canibus hoc faciundum*, *quod dixi*. Itaque hinc Pontedera arguebat, hoc breve caput ex duobus conflatum esse, et probabat verba *quod dixi* quae H. Steph. ex Codice addidit. Sed pecus instructum quale sit, non explicavit Pontedera.

Dominus habet) Admonitus a Pontedera restitui *dominus*, sine quo postrema vacillant. Noster II Praef. 5, *pabulum in fundo compascere quam vendere plerumque magis expedit domino fundi*.

Cap. XXII. *Materia rustica*) Etsi nemo adhaesit, mihi tamen rustica materia displicet. Speciem nominari oportebat, alioquin omnis materies rustico usui servit. Igitur corrigo *ruscaria*. Sic in Catone et deinceps sect. 5: *falces rusticariae* vel *rustariae* pro *ruscariae* irrepserant per librariorum ignorantiam. *Ruscum* Castor apud Plinium 22, s. 83: *oxymyrsinem myrti foliis acutis*, *ex qua fiant ruri scopae*, vocabat; et sic Festus: *Ruscum est*, *ut ait Verrius*, *amplius paulo herba et exilius virgultis fruticibusque*, *non dissimile iunco*, *cuius coloris rebus uti mulieres solitae*, *commemorat*. Virgilius Georg. II, 413: *nec non aspera*

lino, iunco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes. 2
Quae e fundo sumi non poterunt, ea si empta erunt potius ad utilitatem, quam ob speciem, sumptu fructum non extenuabunt. eo magis, si inde empta erunt potissimum, ubi ea et bona, et proxime,[g] et vilissimo[h] emi poterunt. Cuius instrumenti varia[i] discrimina ac multitudo agri magnitudine finitur, quod plura opus sunt, si fines distant late. Itaque, Stolo inquit, proposita magnitudine fundi, de eo ge- 3
nere Cato scribit. Oliveti iugera CCXL qui coleret, eum instruere[k] ita oportere,[l] ut faceret vasa olearia[m] iuga V, quae membratim enumerat. ut ex aere ahenea,[n] urceos nasiternam,[o] item alia. Sic e ligno et ferro, ut plostra[p] maiora tria, aratra cum vomeribus sex, crates stercorarias quatuor, item alia. sic de ferramentis quae sint et quot opus ad multitudinem, ut furcas[q] ferreas octo, sarcula[r] totidem, dimidio minus palas, item alia. Item alteram formulam instrumenti 4
fundi vinarii fecit, in qua scribit, Si sit[s] centum iu-

G. (f) *malei et rastelli* Br. *et* etiam reliquae a. V. addunt. (g) *precio vilissimo* I. B. Br. R. (h) *vilissimo* Iunt. *utilissime* A. Ba. G. (i) *ad* addit Herv. (k) *instituere* A. Ba. G. omittit Iunt. (l) *oportet* I. B. Br. R. (m) *instruere* Iunt. *instructa* A. Ba. G. inserunt. (n) *ahena* a. V. H. St. D. (o) *et nasiternam* a. V. nisi quod *et* om. Iuntin. Gesner. cum Victor. *nassiternam* dedit. (p) *plaustra* Br. et deinceps *quattuor*. (q) *furcas* ex Edd. a. V. et Pol. libro restitui. In Pol. tamen est: *furcas rectas*. (r) *et sarc.* a.

rusci vimina per sylvam et ripis fluvialis arundo caeditur. Columella XII, 38, 4: *et scopulis aridae myrti seria suffricatur*. ubi myrtum silvestrem seu ruscum intelligit.

Palmo scirpo) Quoniam iuncus apud veteres scriptores idem sit cum scirpo, Pontedera *scirpo* mutabat in *sparto*, quod iungit reliquis cap. 23, etsi vulgatum exstat etiam in Nonio, qui h. l. laudat in vocabulo *Tegetes*, ubi Editio Parmensis anni 1480 habet *cannabili lino — tegetes quoque fundo sumi non potuerunt*. Codex Guelferbyt.: *si quae fiunt — tegetis quaeque fundo s. n. potuerunt*.

Cato) Cap. X et XI, ad quem satis dictum fuit de singulis verbis.

Ad multitudinem) Spurias has duas voces censebat Vrsinus.

gerum, habere oportere vasa torcularia instructa trina,[t] dolia cum operculis culleorum octingentorum, acinaria xx, frumentaria xx. item eiusmodi[v] alia. quae minus multa quidem alii, sed tantum numerum culleorum scripsisse puto, ne cogeretur quotannis[x] vendere vinum. Vetera enim quam nova, et eadem alio[y]
5 tempore quam alio pluris. Item sic de ferramentorum varietate scribit permulta, et genere, et multitudine qua sint, ut falces, palas, rastros. sic alia, quorum nonnulla genera species habent plures, ut falces. nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticae opus esse sex, sirpiculae[z] v, silvaticae v, arborariae III, et ruscariae[a]
6 x. Hic haec. At Scrofa, instrumentum et supellectilem rusticam omnem oportet habere scriptam in urbe[b] et rure dominum. vilicum contra ea ruri omnia certo suo quaeque[c] loco ad villam (debent[d] esse) posita. Quae non possunt esse sub clavi,[e] quam maxime facere ut sint in conspectu oportet. eo magis ea, quae in rariore sunt usu, ut quibus in vindemia utuntur, ut[f] corbulae, et sic alia. quae enim res quotidie[g] videntur, minus metuunt furem.

V. *surcula* Victor. (s) *sit ager* A. Iunt. G. (t) *trima* P. (v) *eiusdem* I. B. Br. R. *alia: Duae Mirus* Br. Deinceps *culeorum* ut antea Br. (x) *quod annis* P. (y) *alio eadem* Br. (z) *scirpiculae* a. V. (a) *rusticariae* a. V. qui ex libri sui *rustariae*, quod Gesneriana retinuit, effecit *ruscariae*. (b) *urbe dominum et ruri villicum, atque ea omnia* A. Ba-G. (c) *quoque* P. (d) *debent* abest I. B. Br. R. Iunti. (e) *etam* P. (f) *et* P. (g) *cotidie* P.

Torcularia) Vrsinus malebat *torcula*. Vide ad Caton. XI.

Ferreas octo) Furcas ferreas probavi ad Caton. c. 10, 3.

Esse sex) In libro vetustissimo Victor. reperit *esse exi*; unde efficiebat *esse XL*. quem numerum liber Polit. et Vict. habet in Catone; ubi tamen Pontedera XI. satis esse numero operariorum, a Catone posito, censet.

Ruscariae) Hoc dare voluit Victorius, et, ut suspicor ex nota ad Caton. XI, 4, Gesner.

In urbe) Vrsinus malebat: *in urbe dominum, villicum contra ea ruri omnia suo quaeque loco posita.* Sed malim cum Aldina *urbe dominum et rure vilicum, atque ea omnia suo quaeque loco posita*; etsi *certo* abesse poterat melius.

Debent esse) Verba haec admonente Vrsino inclusit Gesner; Edd. principes omittunt *debent*.

Oportet) Deleri voluit Vrsinus.

XXIII. Suscipit Agrasius, Et quoniam habemus illa duo prima ex divisione quadripartita,[a] de fundo, et de instrumento, quo coli solet; de tertia parte exspecto. Scrofa, Quoniam[b] fructum, inquit, arbitror esse fundi eum, qui ex eo satus nascitur utilis ad aliquam rem: duo consideranda restant,[c] quae, et quo quidque loco maxime expediat serere. Alia enim loca apposita sunt ad foenum, alia ad frumentum, alia ad vinum, alia ad oleum. Sic ad pabulum quae pertinent, in quo est ocimum, farrago, vicia, Medica, cytisum, lupinum. Neque in pingui terra 2
omnia seruntur recte, neque in macra[d] nihil. Rectius enim in tenuiore terra ea[e] quae non multo indigent suco, ut cytisum et legumina, praeter cicer: hoc enim quoque legumen, ut[f] caetera, quae velluntur[g] e terra, non[h] subsecantur: quae quod ita leguntur, legumina dicta. in pingui rectius, quae cibi[i] sunt maioris, ut holus, triticum, siligo, linum. Quaedam 3
etiam serunda[k] non tam propter praesentem fructum, quam in annum prospicientem, quod ibi[l] subsecta[m]

Cap. XXIII. (a) *quadripertita* P. (b) *Quonium* Br. (c) *restant* addidi ex I. B. Br. R. A. Ba. G. (d) *macras nihil* I. B. Br. R. (e) *quam ea* Eaedem et *succo*. (f) *et* A. Ba. G. (g) *evelluntur* I. B. Br. R. (h) *neque* A. Ba. G. Post *subsecantur* I. B. Br. R. addunt *ut fruges*. Ald. Ba. G. *succum tollunt*. (i) *ibi* I. B. Br. R. et Codd. Victorii, nisi quod recentior *virtutis* habebat scriptum, unde *cibi* dedit ipse. Ald. Ba. G. *succi*. Deinceps *olus* Br. (k) Ita Br. pro *serenda*. Deinceps *non iam* P. (l) *ubi* B. R. (m)

Cap. XXIII. *Et quoniam*) Vrsinus *et* delet, Schoettgen defenditur ex loco simili infra c. 27.

Quadripartita) Vide supra c. V, 4.

Praeter cicer) Plinius XVII, a. 46: *Subtilis et illa sententia, serenda ea in tenuiore terra, quae non multo indigent succo, ut cytisus, et, cicere excepto, legumina quae velluntur e terra, non subsecantur; unde et legumina appellata, quia ita leguntur. In pingui autem, quae cibi sunt maioris, ut olus, triticum, siligo, linum.* Ita enim ex correctione Vrsini edidit Harduinus, ubi antea legebatur *et cicer exceptis leguminibus.*

Quoque legumen) Intellige *est*; alioquin reliqua vacillant. Quod quum auctor Edd. Ba-G. sensisset, dedit: *subsecantur, succum tollunt.*

Prospicientem) Graeca phrasis σπαρτίον — ἀποσκοπούμενον.

atque relicta[m] terram faciunt meliorem. Itaque lupinum quum necdum[o] siliculam cepit, et nonnumquam[p] fabalia,[q] si ad siliquas[r] non ita pervenit ut fabam legere expediat, si ager macrior est, pro stercore
4 inarare solent. Nec minus ea discriminanda[s] in conserundo, quae sunt fructuosa,[t] propter voluptatem, ut quae pomaria ac floralia appellantur. Item illa quae ad hominum victum ac sensum delectationemque non[v] pertinent, neque ab agri utilitate sunt diiuncta.[x] Idoneus locus eligendus ubi facias salictum et arundinetum, sic alia, quae humidum locum quae-
5 runt. Contra ubi segetes frumentarias, ibi[y] fabam potissimum seras. Item alia,[z] quae arida loca sequuntur:[a] sic[b] ut umbrosis locis alia[c] seras, ut corrudam,[d]

subsectam P. *subiecta* A. Iunt. G. (n) *relictam* P. (o) *dominus* I. B. R. Br. R. Codd. Victorii, Venetus et Caesenas ap. Ponted. *nec dum* divisim A. Iunt. G. *coepit* Br. (p) *nunquam* I. B. Br. R. (q) *fabulia* P. teste etiam Victor. (r) *silicas* P. 2. (s) *discriminunda* I. B. Br. R. *discrimenda* P. (t) *ab iis quae fiunt* addit A. Bs. G. (v) *non* om. I. B. Br. R. (x) *disiuncta* A. Iunt. G. (y) *ubi* P. (z) *olcta* Iens. Br. *olera* B. R. (a) *secuntur* P. (b) Ita B. Br. R. Vulgo *sicut*. (c) *alta* I. B. Br. R. Iunt. (d) *coruda* habet.

Cum necdum) Ex lectione librorum optimorum *cum dominus* Popma *cum non nimis*, Salmasius *quando minus*, Pontedera *donicum* efficiebat. In Catone 146, s. 2, similiter *donicum* a librariis fuit mutatum in *domino cum*. Plinius in eadem re XVII, 9: *antequam siliquetur*. Capere radices Plinius, granum Cato dixit.

Fabalia) Codex Pol. *fabulia*. infra cap. 31, 4: *fabuli seges* est. ad quem locum Scaliger Catoni cap. 7, 3 restituere voluit *fabulium alarum* pro vulgato *uti stabilia mala fiant* ex lectione Codicum. Ex Catone 37, 2, fabalia retulit Plinius XVII, sect. 6; ex Columella II, 10, 9; idem XVIII, s. 12. Fabatia prisco ritu in sacro est diis apud eundem XVIII, sect. 30. ubi Codices *fabata*. Vincentius *fabacia* habet. *Fabacias virides* Apicius V, c. 6; Fabulos albos Catonis 70, 1; Columella VI, 4 repetiit, sed ibi Codices *balbulos erui* ali *balbulos albos* habent. Sunt *fabalia* caules cum foliis, graece χλόη κυάμων qua boves pascere iubet Aristoteles H. A. VIII, 7, cf. infra ad cap. 31.

Fructuosa, propter) Haec vitiosa esse sensit auctor Aldinae Iucundus; qui dedit: *fructuosa ab iis, quae fiunt propter vol.* Pontedera corrigebat *fructuosa praeter vol.* quem sequor.

Diiuncta. Idoneus) Haec usque ad *sic alia* una oratione continuanda et copulanda esse censebat Scaliger.

Ibi fabam) Polit. *ubi*, atque ita legi volebat Vrsinus.

Sic ut — corrudam) Vulgatum *sicut* ex Edd. B. R. correxi propter se-

quod ita petit asparagus: et[e] apricis,[f] ut ibi seras violam et hortos facias, quod ea sole nutricantur. Sic alia[g] et alio loco serunda,[h] ut habeas vimina. unde viendo[i] quid[k] facias. ut sirpeas,[l] vallos,[m] crates, Alio loco ut seras ac colas silvam caeduam, alio ubi

non noceat I. B. Br. R. Vulgo erat *corruda*. (e) *et* om. Iunt. *et apricis* om. P. (f) *aprica sit terra, ubi seras* I. B. Br. R. (g) *ut alia* Eaedem. A Ba G. H. St. D. (h) *seranda* P. (i) *utendo* I. B. Br. R. et Codd. Victor. qui literam L interserunt cum Caesen. et in margine mendi notam apponunt. (k) *aliquid* I. B. Br. R. Comm. *quid* P. teste etiam Victorin. (l) *scirpeas* a. V. (m) *vallus* P. *qualos* Codd. Vrsini. Deinceps *et colas* Br. Ald. (n)

quens *et apricis, ut ibi seras violam*, monente Vrsino, quocum mutavi etiam vulgatum *corruda*. Edd. primae habent *corruda non noceat*. Gravius igitur ulcus latere videtur; neque enim corruda eadem est cum asparago, quod lectio vulgaris videtur arguere. Verum licet etiam asparagum interpretari turionem corrudae, quam umbra arundineti gaudere asserit Cato cap. 6. ubi vide notam. et infra ad c. 24, 4. Quum et sequentia verba in Edd. primis aliter legantur, suspicor, fuisse olim: *ut corrudam, quod ita non nocent; contra petit asparagus ut aprica sit terra, ubi seras et violam et hortos facias. — Sic uti umbrosis locis alta seras, uti coruda*, ex Edd. pr. et Codd. repetit Pontedera *alta* ex positu in porca interpretatus ex Columellae XI, cap. 3.

Ea sole) Vrsinus malebat *a sole*.

Viendo quid) Hanc lectionem habet etiam Nonius in *viere*. Sed Editio Parmensis 1480 ibi habet: *ut habeam aut minam viendo*. Codex Guelferb. *habeam ut minam inveniendo quod*. Victorius in Codice vetustiore scriptum reperit *utendo L. quid*. ubi literam L varie interpretati sunt viri docti. Pontedera ortam putabat ex reliquiis vocis *aliquid* quam principes Edd. habent. Ceterum malim h. l. *ut vimina, ut habeas unde* et cet. A *viere* verbum factum *viescere* restitui ex libris Columellae XII, 15, 1; Vietus est rugosus, flexuosus per senectutem, mollis, caducus; Servius ad Aeneid. III, pag. 264, ed. Danielis: *lentum vimen molle et flexuosum, unde et vietos dicimus curvos per senectutem*. Augustinus de principiis Dialectic.: *Via dicitur a flexu, quia flexum, velut incurvum vietum veteres dixerunt; unde vitos, quod cantho ambiantur, rotarum ligna vocant*. Servii locum correxit Zinzerling Promulsid. cap. 5. Ad Augustini *vitos* facit locus Marii Victorini, laudatus a Scaligero Epistol. 333. Glossae Gr. Lat. *Vitus*, κανθὸς τροχοῦ, laudante Cangio. In Plauti Rudente IV, 3, 51 libri scripti cum Glossis *vitorem* habent pro *vietorem*. Indidem dicuntur *vimina, vitilia, vitis* ipsa, et *vitex*.

Vallos) A vanno derivat cum Scaligero Gesner. In Codicibus quibusdam *qualos* esse monuit Vrsinus.

Crates) Ex ligno stercorarias crates ex Catone c. X, 3 habet ipse Varro I, 22, 3.

6 aucupare. Sic ubi cannabim, linum, iuncum, spartum, unde[n] nectas bubus paleas, lineas,[o] restes, funes. Quaedam loca[p] eadem alia[q] ad serundum idonea. nam et in recentibus pomariis desitis seminibus, in ordinemque arbusculis positis primis annis ante quam radices longius procedere possint, alii conserunt hortos, alii quid aliud. neque quum convaluerunt[r] arbores, idem faciunt, ne violent radices. Stolo ad
7 haec,[s] Quod ad haec pertinet, Cato non male, quod scribit[t] de sationibus, ager crassus et laetus, si sit sine arboribus, eum agrum frumentarium fieri opor-

unde nectar. Br. Eadem *canabin*. B. G. *unde lineas, restes, funes facias, quibus nectas, boves, paleas, et alia quaedam etc.* (o) *lineas restis* I. B. Br. R. I. I. sed Br. post *lineas* duo puncta ponit. (p) *loco* Herv. (q) *et alia* A. Ba-G. deinceps *serundum* ex Br. Ald. restitui pro *serendum*. (r) *convaluerint* I. B. Br. R. (s) *ad haec* om. Br. A. deinceps *pertinent* P. (t) *de*

Aucupare) Gesner malebat *aucupere* recte!

Bobus paleas) Vitium loci sensit Iucundus. Pontedera ex *paleas* efficiebat *palmam* et sic legebat: *iuncum, palmam spartum*. De reliquis verbis non dixit, quid sentiret. Ita supra cap. 22, 4: *sic quae fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes*. Nihilo tamen minus probo emendationem Guilandini, legentis: *unde nectas bobus soleas*. Sparteam soleam habet Columella VI, 12, 2, et Galenus De Alim. Facult. I, 9: καθάπερ ὁ σπάρτος ὀνομαζόμενός ἐστιν, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις. Varro de Liberis educandis apud Nonium, p. 234 b.: *Non in suarum manuum opificio, quibus almo lino quid faciunt aut palma. Nam lib. II: Quaestuis caussa deridebant suas res pueris.* ubi A. Iunius corrigebat: *Nam liberti quaestuis — diribunt*. Editio Parmensis posteriorem loci partem tantum habet ita: *M. Cato lib. II, Quaestuis causa* et cet. Mercerius p. 483 ex Codd. posuit: *Non insinuarum manu opificio quibus almelino quid faciunt. — nam liberti — diribebant*. Corrige *quibus cannabi lino quid — diribebant*. In Codice Guelferbyt. est *nam lib. u quaestuis causa deribant* i. e. *libro II*.

Lineas) Quid faciam *lineis* nescio; Aldina: *unde lineas, restes, funes facias, quibus nectas boves*. Sed ad usum pecorum vix linum seri voluit Varro. Forte fuit *unde lineas vestes facias*. Sed locum non expedio. Lineae possunt etiam esse funiculi tenuiores.

Eadem alia) simul ad alia et diversa serenda interpretatur cum Pontedera Gesner.

Desitis) In libris scriptis Victorius reperit *dessitis*, quod cum Vrsino Pontedera interpretatur dissitis, per intervalla separatis. Scaliger vulgatam interpretabatur depositis satis.

De sationibus) Has duas voces spurias censebat Vrsinus. Catonis locus est cap. 6.

tere. idem ager si nebulosus sit, rapa, raphanos,[v] milium, panicum.[x]

XXIV. In agro crasso et calido oleam conditaneam, radium maiorem, Sallentinam,[a] orchitem,[b] poseam, Sergianam,[c] colminiam, albicerem: quam earum in his locis optimam dicent[d] esse, eam maxime serere. Agrum[e] oliveto conserundo, nisi qui in ventum favonium spectet, et soli ostentus sit, alium bonum nullum esse. Qui ager frigidior et macrior sit, 2
ibi oleam Licinianam seri oportere. Si in loco crasso aut callido posueris, hostum nequam fieri, et ferendo[f] arborem perire, et muscum rubrum molestum esse. Hostum vocant, quod ex uno facto olei reficitur, 3
Factum dicunt, quod uno tempore conficiunt. quem alii CLX[g] aiunt esse modiorum, alii ita minus magnum ut ad CXX descendat: et[h] exinde, ut vasa olearia quot

sat. scribit Br. (v) *raphanum* a. V. Deinceps *milium* H. St. Zw. D. (x) *fert* additur a. V..

Cap. XXIV. (a) *Salentinam* a. V. (b) *orcitem* P. *horcitem* Nonii Codex Guelferbyt. qui antea etiam *oleo condit.* deinceps *pausiam* Nonii Mereeriana prior, *puscam* sec. *pusscam* Codex Guelferb. (c) *sargianam* B. R. *Serginam* Nonius. Postea *abicurem* Codex Guelferb. (d) *dicant* P. (e) *Agro* P. *caldo* deinceps Br. et A. (f) *foecundo* I. B. R. Br. *efferendo* P. (g) *centum qua-*

Cap. XXIV. Caput hoc temere a praecedente separatum fuisse agnovit etiam Gesner cum Pontedera.

Conditaneam) Cato cap. 7, unde hoc caput totum est translatum, habet *conditivam — colminianum.* Sed Nonius ex Varrone *conditaneam* habet, monente Vrsino. Scilicet Nonius Mercerii p. 94 habet ex h. l. *conditaneam — puscam Serginam — colmineam.* Ita etiam editio Paris. 1583, nisi quod *Rausiam* et *Salentinam* habet. Sed Parmensis 1480, *crasso et calido oleo conditaneum — salentinam horti: tempus causa Serginam abituram colmineam.* ubi latet antiqua scriptura *horcitem.* Ita supra c. IV, 2, *horcho* Edd. primae dant pro *orcho* vel orco. In Codice Guelferbyt. postea similiter *oleo condit. — horcitem, pusseam — abicurem* scriptum reperi.

Oportere) Codex Vrsini *oportet.*

Ferendo. Ex Edd. primarum *foecundo* recte Pontedera elicit *ferundo.* — *Ei ferendo* Polit. alius Florent. Ambros. *ei serendo* tres alii Florentinus Laurentianus, Caesenas, S. Reparatae; unde Pontedera legit: *Sei in loco craso et caldo poseiveris, hostom nequam fieri, et exferundo arborem perire.*

Reficitur) Gesner malebat *conficitur* vel *efficitur.*

Exinde) Ad proportionem referri,

et quanta habeant, quibus conficiunt illud. Quod Cato ait circum fundum ulmos et populos, unde frons[i] ovibus et bubus sit,[k] et materies, seri oportere. sed hoc neque in omnibus fundis opus est, neque in quibus est opus, propter frondem maxime. Sine detrimento ponuntur ab septentrionali plaga,[l] quod
4 non officiunt soli. Ille adiicit ab eodem[m] scriptore, Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda et arundinetum. id prius bipalio verti,[n] ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seri, ibi[o] quoque corrudam, unde asparagi fiant; aptam esse utrique eandem fere culturam. salicem Graecam circum arundinetum seri oportere, uti sit, qui vitis alligari possit.

draginta I. B. R. Br. (h) *discedat. Exinde* I. B. R. Br. (i) *frondes* Eaedem. *fros* Pop. (k) *sint* Eaedem. et deinceps cum A. *est opus.* (l) *parte* Eaedem et Caesen. Codex. (m) *eo* Iens. (n) *vortito* I. B. Br. R. (o) *ibi quoque corrudam, unde asparagi fiant* des. I. B. Br. R.

ut *perinde*, etiam I, 20, 4 admonuit Gesner.

Frons) Charisius ex h. l. laudat: *ulmos ac populos, unde est fros.* alia quoque Varronis et Plinii exempla addit, ut doceat, veteres dixisse *fros* pro *frons.* Igitur et Popma et Pontedera h. l. maluerunt restitui veterem lectionem. Sed in Nonio Mercerii p. 114, *frons* ex h. l. laudatur; antiqua Parmensis 1480 habet: *ulmos populos — bobus sit.*

Sed hoc) Pontedera monet, rectius abesse *sed*; aut ab initio omitti debere *quod.*

Sine detrimento) Pontedera hoc membrum a praecedentibus maiore distinctione separari volebat; contra Gesner post *ponuntur* inseri malebat *nisi*; ut sententia sit haec: nec in omnibus fundis opus est fronde ulmorum et populorum, nec, ubi ea opus est maxime, arbores istae sine detrimento ponuntur, nisi a septentrionali plaga, ne calorem solis intercipiant. Equidem hanc Gesneri rationem probo; quia in Pontederae distinctione non apparet, quid sit illud alterum, quod Catoni apponit Varro. Nisi dicas, Varronem in altero argumento opponere istud, ut non ubique fronde maxime opus esse dicat, sed materia tamen; itaque eum ob usum si serantur, monet, ut a septentrionali plaga collocentur. Facilior est Pontederae ratio; quia alieno non eget adminiculo; igitur eam secutus sum.

Plaga) Edd. primarum *parte* praefert Pontedera.

Ille adiicit) Licinius Stolo, qui huc usque locutus fuerat; recte monente Gesnero.

Eandem) Vrsinus malebat: *apta esse utrique eadem.* Temere! Verba Catonis diversa sunt, sed eadem sententia cap. 6.

XXV. Vinea, quo in agro serunda sit, sic observandum. Qui locus optimus vino sit, et ostentus soli, Amineum[a] minusculum, et geminum eugeneum,[b] helveolum[c] minusculum seri oportere. qui locus crassior sit, aut nebulosus, ibi Amineum[d] maius, aut Murgentinum, Apicium,[e] Lucanum seri. caeteras vites, et de his miscellas[f] maxime, in omne genus agri convenire.

XXVI. In omni vinea diligenter observant,[a] ut ridica vitis ab[b] septentrione versus tegatur.[c] et si cupressos vivas pro ridicis[d] inserunt, alternos ordines

Cap. XXV. (a) *ammineum* [Br. cum Ald. Victor. *aminaeum* dedit et Gesn. (b) *et* add. a. V. H. St. D. (c) *helutum* P. (d) *Ammineum* Iens. Br. *amineum* B. R. *aminneum* P. Vulgo *Aminaeum*. (e) *aut apicium luc.* A. Iunt. G. (f) *misellas* a. V.

Cap. XXVI. (a) *observa* I. Br. R. (b) *a sept.* Br. *ad septentrionem* A. Iunt. G. *vorsus* Br. (c) *figatur* A. Ba-G. (d) *ridicis: quas inserunt* I. B. Br. R.

Cap. XXV. Caput hoc ex Catone cap. VI translatum est, ubi de varietate lectionis vide notas.

Ostentus) Laudat haec verba Diomedes Grammaticus p. 372; Virgilius Georg. II, 260: *aquiloni ostendere glebas.* Nemesianus 208 *tepidoque ostendere soli* dixit.

Cap. XXVI. *Observant*) Vrsinus malebat *observatur*. Praeceptum ipsum habet etiam Columella IV, 16, 2: *isque palus sic ponendus est ut frigorum et aquilonum excipiat violentiam vitemque protegat.* unde habet Palladius IV, 17, 2. Vide etiam Geoponica V, 22, 3.

Ab septentrione) Rectius, ut puto Edd. I. I. G. *ad septentrionem versus.*

Cupressos vivas) Columella IV, 26, pedamina teretia vinearum ex lauro et cupresso fieri tradit. et Plinius 17, s. 35, no. 10. Hunc vero usum cupressorum vivarum pro ridicis satorum nemo praeterea commemoravit, Sed ecce Plinius 16, s. 60: *utraque autem immittitur in perticas asseresve amputatione ramorum, qui XIII anno denariis singulis veneunt.* quem locum male interpretatur Harduinus. Hanc cupressum puto fuisse vulgarem seu semper virentem Linnaei, alteram contra caeduam in palorum seu pedaminum usum horizontalem Linn. de quibus dixi ad Caton. 48, et 151.

Alternos ordines) Plinius 16, s. 60: *Diti sacra et ideo funebri signo ad domos posita. Femina sterilis diu, metae demum aspectu non repudiata, distinguendis pinorum ordinibus. nunc vero tonsilis facta.* ubi recte emendavit Pintianus: *femina spreta diu.* deinde malebat ex hoc Varronis loco: *vinearum ordinibus.* De altera emendatione dubito cum Harduino; bene enim distinguere ordines pinorum in

imponunt, neque eas[e] crescere altius, quam ridicas patiuntur;[f] neque propter olus[g] adserunt vites, quod inter se haec inimica. Agrius Fundanio,[h] vereor, inquit, ne ante aeditimus veniat huc, quam hinc[i] ad quartum actum accedamus. vindemiam enim expecto. Bono animo es, inquit Scrofa: fiscinas[k] expediet ac urnam.

XXVII. Et quoniam tempora duorum generum sunt, unum annale, quod sol circuitu suo finit; alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit: prius dicam de sole. Eius cursus annalis primum fere

(e) *ea* B. R. *eos* P. et Codd. Victorii. (f) *patiantur* I. B. Br. R. (g) Vulgo *eas* erat. *eos ut* P. Ryck. et Codd. Victorii. (h) *Fundani* A. Iunt. G. (i) Ita libri a. V. qui dedit *hic* et *accedamus* omisit. (k) Ita libri a. V. qui dedit *ac fiscinam expedi et urnam.*

viridariis dicuntur cupressi, quod fit hodieque.

Neque eas) Lectionem librorum *eos* sc. ordines probabat Scaliger, et *imponunt* interpretabatur *interponunt.*

Propter eas adserunt) Libri scripti *eos ut adserunt.* quam Scaliger interpretabatur: non esse adserendas tam prope cupressis vites, ut ulmis quum maritantur, sed ut cupressos scandant vites, ut in rumpis et traducibus solent. Quam interpretationem repetiit Gesner, etsi plane Varronis verbis contrariam, si pro ridicis quidem vivae cupressi inseruntur vineae. Quare probo egregiam Pontederae emendationem *propter olus*, id est, caules, seu brassicam, cuius cum vite inimicitiam post Theophrastum aliosque scriptores tradidit ipse Varro cap. 16, 6: *ut vitis adsita ad olus facere solet.* In verbis *eos ut* vestigium verae lectionis indagavit praeclare vir doctus.

Veniat huc) Vrsinus deleri malebat *huc.* Ceterum locum hunc esse lacunosum, monuit Gesner, qui quartum actum intelligi putabat membrum quartum divisionis, supra I, 5, 4, propositae, de temporibus, in quibus quartum tempus vel gradus (ut loquitur I, 37, 5) sit legendi, in eoque esse vindemiam. de qua cap. 54 praecipitur. Itaque nimis mature fiscinam et urnam hoc in loco iam expediri. Praeterea tertiam hanc libri partem a capite 23 ad 26 multo esse ceteris negligentius tractatam. Nullum enim verbum legi *de his, quae ad quamque rem sunt praeparanda*, quod promittitur I, 5, 4. Ex Catone etiam plura fuisse inculcata, quam ad rem facere videantur. Ex his argumentis colligit vir doctus, luxatum esse hac in parte aut truncatum Varronis librum. Sed incommoda inprimis h. l. erat vulgata lactio, quam Victorius posuit; antiquam restitui, quae magis ad rem pertinet, hac sententia: deinceps de vindemia tradet.

Cap. XXVII. *Cursus annalis)* Vox *annalis* Vrsinu abundare videtur.

circiter ternis mensibus ad fructus est divisus[a] in iiii partes,[b] et idem subtilius sesquimensibus in viii. In quatuor, quod[c] dividitur in[d] ver, et[e] aestatem, et[e] autumnum, et hiemem. Vere sationes quaedam[f] fiunt, terram rudem proscindere oportet, quae sunt ex ea enata, priusquam ex iis quid seminis cadat, ut sint[g] exradicata, et simul glaebas[h] ab sole percalefactas aptiores facere[i] ad accipiundum imbrem, et ad opus faciliores, relaxatas.[k] neque eam[l] minus bis[m] arandum, ter melius. Aestate fieri messes oportere. Autumno[n] siccis tempestatibus vindemias, ac silvas excoli[o] commodissime: tunc[p] praecidi arbores oportere[q] se-

Cap. XXVII. (a) *divisos* P. *quattuor* Br. bis h. cap. (b) *totis* add. a V (c) *tempora* a. V. (d) *in* deest Herv. (e) *et* deest I. B. R. Br. deinceps *auctumnum et hyemem* Br. (f) *quae* P. Antea *stationes* vulgo erat, quod ex Codice Vrsini cum Pontedera corrigi voluit Gesner; et in altera editione *sationes* posuit Ernesti. (g) *sit rradicata* P. (h) *cavis* ante Vict. *claevis ac* P. *claebis* Codex Victorii *glebis* Cod. Vrsini. Vulgo legitur *glebis — percalefactis.* (i) *fieri* A. Iunt. G. Deinceps *accipiendum* vulgatum correxi ex Brusch. (k) *relaxatis* A. Iunt. G. (l) Ita pro *ea* ex Vrsini correctione scripserat Gesner. (m) *binis* P. (n) *auctumno — et silvas* Br. (o) *excoli. Commodissime tunc* I. B. Br. R. (p) *tunc vel* A. Iunt. G. (q) *sec: ter-*

Sationes quaedam) Pol. libri *quae* probo; ita enim oratio dissoluta vincitur. — Verba *sationes quae fiunt* ut leguntur scripta in omnibus Codd. plane veluti ex marginali interpretatione Italici librarii orta reiicit, aut in *arationes quae fiunt* mutat. In Caesen. etiam est *sationes* ut in Vrsini libro. Ratione nititur Pontedera praecipue ea, quod Varro nullibi sationes vernas hoc in loco commemoraverit.

Glebas — percalefactas) Vrsinus vulgatam plane ineptam ita voluit corrigi, ut legeremus *glebas — percalefactas aptiores fieri — et ad opus faciliores reddi. Neque eam.* Omisit igitur *relaxatas*, quod ego vocabulum adiungendum censeo alteri *percalefactas, et relaxatas.* Quum in edd. I. I. G. sit *fieri*, Vrsinus ei lectioni accommodavit sequens *reddi*, quod de suo addidit. Hanc meam rationem probavit etiam ipse Pontedera; nam altera, quam ille proposuit, ut *segetes* interponeremus et *neque eas* legeremus, longe est difficilior, et minus apta. Ceterum *claevam*, ut est in Codd. scriptum, derivat Pontedera a graeco κλᾷν frangere et αἶα pro γαῖα, ut a αἰών fit *aevum*.

Messes oportere) Vrsinus omitti maluit *oportere*.

Commodissime) Pontedera cum edd. primis hoc vocabulum ad se-

cundum terram. Radices autem[r] prioribus imbribus ut effodiantur, ne quid ex his nasci possit. Hieme putari arbores duntaxat his temporibus, quum gelu cortices et[s] imbribus careant, et glacie.

XXVIII. Dies primus est[a] veris in Aquario, aestatis in Tauro, autumni[b] in Leone, hiemis in Scorpione.

ram oportere Br. et Ald. (r) *autem* om. I. B. Br. R. *radiecs ut pr. imbr. effodiantur* Br. *Hyeme* eadem. (s) *ex* P. Iunt. *imbribusī careant* Br.

Cap. XXXVIII. (a) *veris est* Br. Aldin. (b) *actumni* Br. (c) *quattuorum*

quentia refert; contra Vrsinus sequens *oportere* delendum aut in *opportune* mutandum esse censet.

Cap. XXVIII. Rationes astronomicas et chronologicas, hic traditas, non solum non explicavit Gesnerus, sed etiam contemsit. Itaque quae Pontedera quum in annotationibus prioribus tum in Antiqq. p. 365 seqq. accurate ad hunc Varronis locum disputavit, omnia huc in usum lectorum translata suis locis disponam. Ante omnia igitur scire oportet, Varronem hic sequi rationem anni a Iulio Caesare A. V. 708 ordinati, correctis fastis; itaque scripti esse debent hi de re rustica libri post annum urbis 708. Ex Eusebii rationibus Vrsinus annum urbis 717 collegit, eique hos libros assignavit. Iuliani sationem aperte respexit Varro his verbis: *quae redacta ad dies civiles nostros qui nunc sunt*, ubi post *sunt* incidendam esse orationem, recte monuit Pontedera.

Numeri, inquit Pontedera, quibus anni tempora et octo anni partes describuntur, in excusis libris variant. Iens. et Brusch. aestatem 95 dies habere ostendunt; reliquae editiones 94. Autumnum illi 91 diebus constare faciunt cum Gryph. Steph. Commel.; contra Aldus Iunt- Gymn. 92. Hiems apud illos 89 dies complectitur, quibus cum Gryph. Steph. Commel. conveniunt; sed Ald. Iunt Gymn. 88 hiemi attribuunt. Quare anni summa apud Ienson. et Brusch. 366 dies fit, apud alios, ut rationi est consentaneum, 365. Item anni partes octo apud Iens. et Brusch. perperam recensentur; quarum summa est dies 364, quum esse debeant 365, quot Aldus eumque sequuti Editores ponunt. Gryphii quoque Commel. et Steph. editiones vitiosae, ex quibus colligitur summa 362. Vaticanorum porro Codicum lectiones praetermitto; sunt enim omnium mendosissimae.

Ipsam anni Iulii ordinationem ita exponit Pontedera Antiqq. p. 353, tabulaque etiam apposita illustravit quam huc translatam volui in usum lectorum. Temporibus, inquit, in antiquam rationem redactis, admonitus Caesar, male anni cardines in octavis signorum partibus constitui et haberi, qui ad primas spectant, quum ab inveterata italica et romana consuetudine recedere nollet, cardines quidem ad signorum principia traduxit, sed signa ad superiora ita protusit, ut bruma et solstitium atque utrumque aequinoctium in partibus octavis essent. Id vero ita praestitit, diebus XIV, quibus romanus annus a sole subsidebat, per menses digestis: primum duobus decembri

Quum uniuscuiusque horum quatuor[e] signorum dies tertius et vicesimus quatuor temporum sit primus;[d] efficitur, ut ver dies habeat XCI, aestas XCIV,[e] autumnus XCI,[f] hiems XXCIX.[g] Quae[h] redacta[i] ad dies civiles nostros, qui nunc sunt, primi verni temporis ex[2]

I. B. R. *quattuor* Br. (d) *et* inser. P. (e) *nonaginta quinque* I. B. Br. R. (f) *nonaginta duos* A. Iunt. G. *auctumnus* Br. (g) *octaginta octo* A. Iunt. G. Ceterum vulgo erat *hyems* ut ubique in Brusch. est in hoc capite. (h) *Quae divisio* I. B. Br. R. A. Ba. G. (i) *ad dies reddacta civilis* I. B. Br. R.

annexis, bruma a Cal. Ianuariis ad III Cal. easdem traducitur; subinde totidem Ianuario datis, ad V Cal. mox IV cumulato Februario, ad IX. A quo principio annus solaris exordium capit. Quamquam autem ab a. d. IX Cal. Ianuar. ad Calendas easdem dies est nonus, non octavus, hanc tamen sedem Aegyptiam maluit Caesar aut Sosigenes. Quod emendavit deinde Augustus, atque annum Italo coelo accommodavit, in a. d. VIII Cal. Ianuar. retracta bruma, ut postea ostendam. Interea Caesaris tabulam retineamus. XVI Cal. Ianuar. sol in Capricornum introitum habet, et die octavo post bruma, ut dixi, collocata. Quumque aequinoctium vernum anno II Pompilio IX Cal. April. conficeretur, diebus a bruma XC, id est, retentum. Nono autem die tradito Aprili, solstitium, quod eo anno veteri in a. d. IV Cal. Quint. incidebat, pridie eius diei fixit, ut dies XCIV inter solstitium et aequinoctium primum convenirent. Ita factum est, ut, quum decimo die Iunium amplificasset, VI Cal. Quint. annotaretur solstitium. Tum diem undecimum et duodecimum Sextili adiecit et tertium decimum Septembri. Quare, ut dies XCII inter solstitium autumnique aequinoctium serventur, aequinoctium a Cal. Octobr. per quinque dies contrahitur, sistiturque VI Cal. Octobr. Supersunt in brumam dies XXCIX, decimo quarto intercalario die Novembri concesso. Ne vero inveterata Mercedino mense solvendi nomina consuetudo omnino tolleretur, quatuordecim Mercedini diebus per annum dispositis, alios Caesar substituit, *Mercedoniosque* vocavit, ut in antiquis fastis excusum videmus. Sex enim mensi Quintili attribuuntur, signanturque *Merk.* videlicet prid. Id. Quint. XVII, XVI, XV, XIV, XIII Cal. Sextil. quatuor Septembri XII, XI, X, IX Cal. Octobr. totidemque Novembri XIV, XIII, XII Cal. Decembr. nam extremus, qui XI Cal. easdem notabatur, vel aevo de marmore extritus est, vel ab operis exscribendo praetermissus. Quos dies Tertullianus libro, quem de Idololatria edidit, describit; et quosdam Christianos, quasi superstitioni addictos, obiurgat, quod dies solvendis nominibus atque exigendis insignes observarent.

Tertius et vicesimus) Et tamen Florentinus in Geopon. I, 4, ex h. l. retulit: ἡλίου ἐν ὑδροχόῳ ὄντος καὶ τριῶν ἢ πέντε μοιρῶν γενομένου, τουτέστι τρεῖς ἢ πέντε ἡμέρας ἐν τῷ ζωδίῳ ἔχοντος ubi esse debet τριῶν καὶ εἴκοσι. Similiter vitiatus Plinius, ubi vere aperiri ait navigantibus maria,

a. d. VII Id. Feb. aestivi ex[l] a. d. VII Id.[m] Maii. autumnales[n] ex[o] a. d. III Id. Sext. hiberni ex[p] a. d. IV Id. Novemb. Subtilius discretis[q] temporibus observanda quaedam sunt, eaque[r] in partes VIII dividuntur. Pri-

(k) *extat ad septem* Eaedem. *extant ad septimum Idus* A. Iunt. G. (l) *ad septem Idus* I. B. Br. R. *extant ad septimum* A. Iunt. G. Vulgo IV. (m) *Idus* a. V. reliquae *Ibid.* (n) *auctumnalis* I. B. Br. R. *autumnalis* A. Iunt. G. praeter Ba. (o) *ad septem Idus* I. B. Br. R. *extant ad tertium Idus* A. Iunt. G. Vulgo a. d. VII. Idib. (p) *ad quartum Idus* I. B. Br. R. *exstant ad tertium* A. Iunt-G. (q) *descriptis* I. B. Br. R. *descretis* Codd. Victorii. (r) *eaque* vulgat. ex

cuius in principio Favonii libernum coelum molliunt, sole Aquarii XXV obtinente partem.

Aestivi ex a. d. VII Idus) Hunc numerum ex Edd. primis restitui monente Pontedera. Sic etiam initium aestatis ponitur sine varietate in Columella XI, 2, s. 39. Male iterum Florentinus ex nostro refert: συμπληροῦσθαι τὸ ἔαρ εἰς νόνας μαΐας, θέρος δ' ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν μαΐων, τοῦ ἡλίου ἐν ταύρῳ ὄντος.

Autumnales ex a. d. III Id.) Hunc numerum recte posuit Aldus quem ex rationibus Ponteder ae reduxi. Hiemis initium Aldus iterum vitiavit, verum habent Edd. primae. quod ex Sangerm. restitui Columellae XI, 2, sect. 84. Florentinus ex nostro: θέρος πληροῦσθαι εἰς τὴν πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν αὐγούστων· ἔτι δὲ μετόπωρον ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς πρὸ ἓξ εἰδῶν αὐγούστων, ἡλίου ὄντος ἐν λέοντι. Verum numerum servavit Plinius, vitiosum tamen sect. 69, no. 4, et Columella XI, 2, s. 57, ubi vide notam. Ceterum *autumnalis* malebat Pontedera, ad *temporis* referens. Formulam *ex a. d.* in primis Edd. obscuratam primus h. l. ex Codd. restituit Victorius ad Cicer. Epist. ad Div. VIII, 8, et in Castigat. suarum Explicat. p. 636.

Quaedam sunt) Pontedera malebat *quidem*; equidem lectionem antiquam restitui. Vulgata enim nullo modo ferri posse mihi videbatur.

In partes VIII) Intervalla haec octo quamquam in Graecis scriptoribus nondum a me observata, ab iisdem tamen translata esse a Varrone suspicor. Vulgaris enim antiquissimis iam temporibus Graeciae fuit anni divisio in septem partes facta et rationibus rei rusticae praecipue accommodata, quam commemoravit et sequutus est Hippocrates in Libro de Hebdomadibus, copiosius autem interpretatus est Galenus initio Commentariorum in Epidemic. Hippocratis, cuius locum posuit etiam Mercurialis V. Lect. I, p. 30. Ver (ἔαρ) inchoabant ab aequinoctio usque ad exortum Pleiadum; ab hoc aestas (θέρος) erat ad canis ortum; a cane usque ad Arcturi exortum ὀπώρα durabat; (ἄχρι μὲν ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς ἐκτείνουσι τὸ θέρος, ἐντεῦθεν δὲ μέχρις ἀρκτούρου τὴν ὀπώραν verba sunt Galeni.) dehinc sequebatur φθινόπωρον vel μετόπωρον usque ad Pleiadum occasum. Hiemem in tres partes dividebant, cuius mediam (τὸν περὶ τὰς τροπὰς χρόνον) circa brumam tempus χειμῶνα proprie vocabant, priorem, autumno continuam, σπορητὸν, quasi

mum a favonio[s] ad aequinoctium vernum dies XLV.[t] hinc ad Vergiliarum exortum dies XLVI.[v] ab hoc ad

Commel. in *ea quae* mutavit Gesner. (s) *ab favon.* Br. Ald. *aequinotium* Br. (t) Vulgo XL sunt. A. Iunt. G. *quadraginta duo.* (v) Vulgo XLIV.

sementivum tempus, tertiam φυταλιὰν appellatam fuisse apparet a plantatione. Postremum hoc tempus idem est, quod Varro primum posuit intervallum inter Favonium et aequinoctium vernum, ubi seminaria et salicta seruntur, putantur, vites ablaqueantur. Hoc tempus Graeci hiberno, Romani verno attribuebant. Alterum intervallum ab aequinoctio ad Vergiliarum exortum Graeci ἔαρ vocabant; tertium dehinc intervallum ad Caniculae exortum Graeci θέρος appellabant, Romani vero in duas partes dividebant, quarum priorem ad solstitium perducebant, alteram ad Caniculae signum. Quintum Varronis intervallum usque ad aequinoctium autumnale describit Varro, Graeci vero ὀπώραν a Canicula ad Arcturi exortum definiebant. Sextum intervallum Varronis, usque ad Vergiliarum occasum decurrens, Graecorum μετόπωρον et φθινόπωρον complectitur. Septimum, ad brumam usque durans, Graecis σπορητὸς vocabatur; octavum, Favonio conclusum a Varrone, Graecorum χειμῶνα seu hiemem definit. Vides igitur, Graecorum disciplinam a romana nulla alia re discrepare, nisi quod Varro aestatem in duas partes divisit, atque ita septenarium Graecorum numerum uno auxit. Σπορητὸν apte Graeci dixerunt, quoniam post brumam nisi quae necessaria causa coëgerit, non serere censebat etiam Varro I, c. 34. Ceterum hoc quasi rudimentum ephemeridis rusticae fuit, quam deinde Columella curiosius per menses diesque expolivit, ita, ut demum Palladius omnem rusticam disciplinam per menses digereret, cui similem rationem Geoponica habent; sed recentioris aetatis ea pars libri videtur esse. Haec temporum (ὡρῶν) intervalla cum disciplina rustica, in tot partes descripta, Varro I, 36, villicum iubet scripta et proposita in villa habere, ne quid operis omittetur suo tempore.

Vernum dies XLV) Hunc numerum postulabat Iulii anni ratio. XV enim Cal. Mart. sol in pisces transitum facit, et XVI Cal. April. in arietem. IX igitur Cal. April. aequinoctium vernum in octava Arietis parte diebus XC a bruma. Quod spatium aequo discrimine per ver separatur. Igitur recte Varro deinceps *a bruma ad favonium dies XLV.* Priorem hunc numerum librarii vitiarunt.

Vergiliarum exortum dies XLVI) Hunc numerum verum esse, demonstrant rationes, a Pontedera deductae: igitur veterem XLIV correxi. Ceterum Plinius ait, Robigalia a Varrone determinari, sole tauri partem decimam obtinente, et Floralia, decimam quartam. At a tauri principio ad Robigalia diem nonum, ad Floralia decimum secundum haberi, monet Pontedera. Contra Pfaff de Ortibus et Occasibus Siderum Goëtting. 1786, p. 48, monuit, vulgarem numerum cum Euctaemonis aevo et caelo graeco convenire. At quid haec ad annum Iulium, quem Varro sequitur? Scilicet et sero Pfaffius librum Pontederae inspexerat, ut ipse p. 76 fatetur, nec omnino anni Iulii, Augustei vel veteris romani rationes chronologicas et

solstitium dies XLIIX.[x] inde ad Caniculae signum dies XXIV.[y] dein ad aequinoctium autumnale dies LXVIII.[z] exin ad Vergiliarum occasum dies XLV.[a] ab hoc ad brumam dies XLIV.[b] inde ad favonium dies XLV.

XXIX. In primo intervallo, inter favonium et aequinoctium vernum, haec fieri oportet. Seminaria omne genus ut serantur, putari in primis,[a] circum

(x) Ante Victor. *quadragiuta novem*. (y) Vulgo XXIX. I. B Br. R. *viginti septem*. Pol. XXVII. Postea a. Victor. erat *Deiude*. (z) Vulgo LXVII. postea *exinde* a. V. *ab aequinotium auctunale*. Brusch. (a) Vulgo XXXII. (b) Vulgo LVII.
Cap. XXIX. (a) *In pratis* P. et Codices Victor. *uequinotium* Br.

discrimina curavit, astronomicae veritati uni intentus. Hinc eius dissensus a Pontedera nullum plane in hac critica disputatione potest habere momentum.

Caniculae — dies XXIV) Hunc numerum posui cum Pontedera. Solstitium enim anni Iulii est VI Cal. Quint. Canicula mane oritur XIII Cal. Sextiles. Columella IX, c. 14, s. 5: *peracto solstitio usque ad ortum caniculae, qui fere dies trigiuta sunt.* ubi numerus pariter vitiosus; minus in Plinio, qui caniculam diebus XXIII, a solstitio prodire ait. ubi tamen Germanici antiquus interpres verum numerum XXIV, ex Codice suo Plinii posuit, monente Pontedera.

Autumnale dies LXVIII) Vulgarem numerum LXVII cum Pontedera correxi. In octava enim librae parte VI Cal. Octobr. autumnale aequinoctium confici, docet, p. 360. Augustus deinde apposuit ad V Cal. Octobr. Ceterum ex Charisio monet Pontedera, in Varrone hic et infra cap. 34 et 35, *autumnal* restituendum esse.

Vergiliarum occasum dies XLV) Hunc numerum restituit Pontedera in Antiqq. p. 362 in Annotatione ad h. l. Gesnerus numerum XLIV prodidit. Contra Pfaff p. 48 monuit, antiquum numerum XXXII aevo Iulio et coelo romano proxime convanire, opposuitque locum Columellae II, 8, 2, ubi vide notam.

Ad brumam dies XLIV) Hunc numerum vulgato LVII substitui cum Pontedera. Quomodo enim Varro potuisset antea hiemi dies XXCIX assignare, quae occupat intervallum inter Vergiliarum occasum matutinum et Favonium?

Cap. XXIX. *Inprimis*) Ex librorum lectione *putari in pratis* Scaliger h. l. legi volebat: *putari, circum v. abl. vipretas radices, quae — praecidi.* Popma inde efficiebat *in paratis*, vineis intelligens. Pontedera, improbata Scaligeri emendatione, vulgatam lectionem egregie tuebatur; sed deinde in Curis secundis ex lectione antiqua efficiebat *putari imputata*, vel *putari in pratis* dictum putat pro *prata purgari*. Equidem vulgatam teneo, et vinearum vel adeo seminariorum putationem intelligo. Dickson II, p. 304 corrigebat: *ut serantur parari in primis* ad seminaria referens. Pontedera in Curis sec. verba Polit. *putura in pratis* glossam esse censebat verborum: *purgari prati.* — *Putari*

vites ablaqueari,[b] radices,[c] quae[d] in summa terra sunt, praecidi, prata purgari, salicta seri,[e] segetes sariri.[f] Seges dicitur, quod aratum[g] satum est: arvum,[h] quod aratum, nec dum[i] satum est. Novalis,

(b) *ablacuari* P. (c) *radicesque summa terra praecidi* I. B. Br. R. (d) *quae* om. P. (e) *fieri* B. R. (f) *sarrire* a. V. *sartire* B. *sarire* P. Victor. (g) *sed necdum* add. I. B. Br. R. (h) *arvum quod aratum necdum satum est* om. I. B. Br. R. *Seges dicitur quod aratum nec dum satum est* Vatic. duo et Venetus liber·

in temperatis nunc efficit et probat unice, confirmatus scriptura Codicis S. Repar. *putarim in pratis.*

Seges) In Edd. primis est: *Seges dicitur quod aratum, sed necdum satum est. Novalis* etc. reliquis omissis atque ita arguere videntur, segetem esse arvum, nondum satum; quod innuit etiam locus infra c. 69, ubi est de farre promendo ad sationem: *quum segetes maturae sunt ad accipiendum.* Multa praeterea scriptorum loca congessit Pontedera, ut doceret, *segetem* dici agrum, qui vel ad surculos vel ad fruges vel ad utrumque accipiendum praeparetur; nunquam vero *segetem* dictam fuisse agrum aratum et satum. Fruges etiam ipsas *segetem* dici, res nota est. Solus superest Festi locus: *Seges dicitur ea pars agri, quae arata et consita est, a serendo videlicet.* quem vitiosum esse pronunciat Pontedera. Pontederae in sententiam facilis concessit Gesner, quod a me ipse impetrare nondum potui. In loco enim Varronis I, 50 verba *stramenta relinquunt in segete, ut tollantur in acervum*, item eodem loco reliqua: *et stramenta stantia in segete relinquit ut postea subsecentur*, quid aliud significant, nisi agrum, frugibus consitum et iam demessum? Quod qui negare potuerit Pontedera, ipsum hunc locum afferens, equidem plane non video. Permansit tamen vir doctus in sua sententia, et in Curis secundis h. legi maluit *quod aratum satui est.* Ego vero segetem dici censeo agrum, ad frumenta et surculos praeparatum, sed etiam frugibus consitum, denique ipsas fruges, auctoremque ipsum Varronem et Festum sequor. Dubius est locus Attii apud Nonium in *Seges*: *quod beneficium haud in sterili segete rex te obsesse intelligis.* Alterum Attii locum, in Oenomao a Vossio proditum, ita corrigit Pontedera: *Cum e somno in segetem agrestis — cornutos cient Vt rorulentas terras terant ferro infidas Proscindant glebas arvoque molli excitent. Infidas* enim a verbo findere derivat, unde bifidus et similia; terere interpretatur arare, unde boves sunt *triones.*

Arvum) Operose docuit Pontedera, arvum dici agrum seu terram nec aratam nec satam, deinde terram et *aratam et consitam* frugibus vel surculis, denique terram aratam, sed nondum satam. Atque inde concludere conatur, arvi nomine contineri etiam agrum novalem, itaque verba *arvum — satum est* e margine in orationem Varronis temere illata fuisse. Scilicet ut priori sententiae suae et lectioni primarum Edd. suppetias ferret, tam strenue in his duobus vocabulis argutatur vir egregius. Sed meminisse lectorem oportet, Varronem voces

ubi satum fuit ante quam secunda aratione[k] renovetur.
2 Rursum[l] terram quum primum arant, proscindere appellant; quum iterum, offringere[m] dicunt; quod prima aratione glaebae grandes solent excitari [quum iteratur, offringere vocant.] tertio quum arant iacto semine, [boves] lirare dicuntur, id est, quum tabel-

(i) *dum* deest A. Iunt. G. (k) *aratio renovatur* P. et Ryck. (l) *Rursus* I. B. R. Br. (m) *effringere* I. B. R. Br *glebae* Br. Ald. (n) *additis* abest I. B. R. Br.

rusticas singulas persequi, et etymologias captare, quibus accommodare solet significationes, quascumque usu vulgaris sermonis receptas reperisset, vel adeo a re rustica vel loco alienas, aut non usquequaque veras. Ceterum Servius ad Georgic. I, ita: *Omnis ager, ut Varro docet, quadrifariam dividitur. Aut enim arvus est ager, id est, sationalis aut consitus, id est aptus arboribus; aut pascuus, qui herbis tantum aut animalibus vacat, aut floreus, in quo sunt horti, apibus congruentes et floribus.* Quae repetiit Isidorus XV, 43. Plautus Trucul. I, 2, vers. 47: *non arvus hic, sed pascuus est ager; si arationes habituris, qui arari solent, ad pueros ire melius.*

Renovetur) Vrsinus malebat *renovetur rursum. Terram.* Gesner *renovaretur.* Sed male hic secundam arationem interpretatur, iterationem a rusticis dictam, eaque in novali opus non esse ait. Novalem dicit Varro, ubi antea satum fuit, antequam tertio anno iterum aretur et seratur. Dum etymologiam consectatur Varro in obscuritatem saepe incidit.

Excitari) Quae vulgo deinceps leguntur *cum iteratur, offringere vocant* recte cum Vrsino et Pontedera damnavit adeoque inclusit Gesner. Sed fieri etiam potest, ut in his verbis lateat alia Varronis annotatio. ubi dixerit offringere terram dici etiam *iterare.* Festus offringi terram ait, quum iterum transverso sulco aratur.

(*Boves*) *lirare*) Recte auctore Vrsino *boves* damnavit h. l. et inclusit Gesner. Praeterea Vrsinus malebat *dicunt.* Recte! Lira dicitur tabella, aratro addita, qua satum *lirari, in lirum redigi, liratim seri* dicitur. Columella II, 4, 8, de pingui campo, qui diutius aquam continet: *in liram satum redigitur. Liras autem rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat.* Idem sect. 11, de gracili clivo: *neque in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est.* Idem II, 8, s. 3: *locis uliginosis atque exilibus aut frigidis aut etiam opacis — cavebitur tamen, ut patentes liras crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, et omnem humorem in collicias, atque inde extra segetes derivemus.* Denique XI, 3, 20: *ulpicum — liratim seri debet, ut in pulvinis positae* (spicae) *minus infestentur hiemis aquis. Est autem lira similis ei porcae, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent; sed haec in hortis minor est facienda — sulci lirarum inter se distent semipedali spatio.* Lira igitur dicitur etiam porca in agricultura, pulvinus in horto; spa-

lis additis[a] ad vomerem simul et satum frumentum

tia eius latiora in agro quam in horto sulcis utrinque separantur, quos quidam elices vocabant, quia aquas eliciebant et deducebant agro. Denique lira fit solum in agro campestri atque uliginosa, qui *lirari*, *liratim* vel in *lira seminari* dicitur. Contra gracilis et siccus ager non liratur, nec in lira, sed sub sulco seminatur. Haec meminisse lectorem ubique oportet in legendis his scriptoribus. Ex Varrone Servius habere videtur ad Georg. I, 97: *quum primum agri arantur, quando duri sunt, proscindi dicuntur, quando iterantur, obfringi, quum tertiantur, lirari*. Superest locus Columellae XI, 2, sect. 46: *si facilis est terra — lirantur una iugera quatuor, quum in subacta iam terra latiores porcae sulcantur.* ubi verba postrema ex glossa orta vel loco suo mota esse suspicabatur Gesner; igitur incluserat. Contra Dickson I, p. 510 defendebat ea ratione, ut his verbis diceret edi causam, cur tot iugera lirari una opera possint, quum pluribus proscindatur unum iugerum. Itaque vertebat: *the land beeing in its nature free and well reduced by ploughings, allow broader ridges to be made than otherwise would be proper.* Vim totius sententiae vir doctus quaesivit in vocabulo *latiores*: sed erravit; ita enim deinceps esse debebat *sulcentur* non *sulcontur*. Igitur simpliciter voluit Columella lirationis opus interpretari; sulcare porcam est sulco includere et dividere porcam. Sulcos interdum cum liris permutant scriptores. Ita Palladius I, 43: *Aratra simplicia, vel si plana regio permittit, aurita, quibus possint contra stationes humoris hiberni sata celsiore sulco tolli*. Sunt aures in aratro tabulae a Varrone dictae. Virgilius aratro suo I, 172, binas aures et duplici dorso dentalia aptat; et Varro tabulas cum dicit, geminas intelligere videtur. Contra Plinius 18, s. 49, no. 3 de iteratione: *haec quoque, ubi consuetudo patitur, crate dentata vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operiente semina; unde primum appellata deliratio est.* De quo loco deinde accuratius dicam. Cato c. 135, aratra romanica dicere videtur aurita, in terra valida adhibenda. campanica, ni terra pulla et levi. In loco Palladii corrigere malim: *simplicia vel plana, si regio permittit; ourito* etc. Nam simplicia in omni regione plana non possunt adhiberi, sed in sicca et levi solum. Adiuvat coniecturam locus Tozzetti sull'agricolt. Toscana p. 401: *Altri vomeri sono pioni per i terreni docili, e si chiamano Vangheggie o Vangheggiole, altri con gli orechi per i terreni grossi e sassosi, e si chiamano Bomberi*. Imporcare dixit Columella eodem sensu, quo in liras revocare II, 10, 6, de faba: *proscissam in liram revocabimus, occabimusque, quo altius largiore humo contegatur — semen inarabimus, imporcatumque occabimus: quamvis sint, qui negent — occori fabam, quia exstantes glebae o gelicidiis adhuc eam teneram vindicent.* ubi Palladius Novembri I, sulcare dixit iterum pro lirare et imporcare. Vsum imporcationis docet etiam locus Columellae XI, 3, 44: *in locis siccis partibus sulcorum imis disponenda sunt semina, ut tanquam in alveolis maneant, at uliginosis e contrario in summo porcoe dorso collocanda, ne humore nimio laedantur.* ubi Palladius rursus: *in summitate sulcorum* dixit. Satis bene usum lirationis et diversitatem docuit Dickson I, p. 512 seqq., nisi

operiunt in porcis, et sulcant[o] fossas, quo pluvia[p]
aqua delabatur.[q] nonnulli postea, qui segetes non
tam latas habent (ut in Appulia) id[r] genus praedii
per saritores[s] occare solent, si quae in porcis reli-
3 ctae grandiores sunt glaebae. Qua[t] aratrum vomere

(o) *in* ins. I. B. R. Br. (p) *pluvialis* I. B. Br. R. A. Ba-G. (q) *dilabatur* I. B. R. Br. (r) *Et id* I. B. R. Br. (s) *satores* I. B. Br. R. *sartores* P. *sarritores* A. Iunt. G. *relictae sunt glebae* Br. *relictae sunt* etiam A. (t) *Quae* I. B.

quod siccum etiam agrum aratro aurito exaratum fuisse falso posuit. Nomen porcae Itali hodieque retinent. Graeci σφύρας dixerunt; Pollux enim σφῦραν interpretatur τὸ μεταξὺ τῶν ἀνηροσμένων ἀνέχον, καὶ ὑποσφυρεῖσθαι οἱ ποιηταὶ τὸ ὑπαρῶσαι λέγουσι, quem locum iam olim recte interpretatus est Conr. Gesner in Sue p. 1022. Tabulas, aratro additas, Britanni *Mold boards*, nostrates *Streichbretter*, vocant. Agrum in liram redigere Franconiae rustici dicunt *streichen auf die Beet*, sulcare vero, *streichen in die Furche*; rationem arandi hanc egregie explicuit *Hofmann* in Fraukischen Sammlungen III, p. 350. Ceterum Plinius h. l. Varronis respexisse videtur 18, s. 49, no. 3. ubi Dalecamp. malebat legi *aratro adnexa, operiente semina, quod vocant lirare.* Ante Harduinum erat *operientes semina*, quae verba adventicia esse censebat Pintianus. Equidem Dalecampio assentior. Sed ipsius capitis initium inspiciamus: *Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate vel rastro, et sato semine iteratio. Haec quoque ubi consuetudo patitur crate dentata vel tabula* etc. Nihil hic libri variant, nisi quod Pintiani et Chifflet. Codex *contenta* habet, quod in *contexta* mutat Pintianus. Sed vulgata bene habet, ut docebo ad Colum. II, 9, 4. ubi glebas sarculis resolvit Columella et crate inducta coaequat, grumosque, quos ad versuram crates tractae facere solent, dissipat. Crates igitur iacto semine inducitur ibi et in locis Plinii illuc apponendis. Interdum ager tertiatus occatur, deinde conseritur, postea semina rastris obruuntur. Vide mox ad cap. 31, 4. Sariri terra dicitur rastris ligneis vel ferreis quadridentibus, aut sarculis, a sariendo dictis, auctore Varrone L. L. IV, p. 33. Saritio fit, postquam seges germen et radices egit. Vide ad Colum. II, 12: hic vero apud Varronem sartores occant, id est, glebas grandiores concidunt et semina operiunt statim post sationem. Videtur igitur Varro dicere occationem, quae fit sarculo eodem, quo sarritio, non crate dentata; quam ipsam occam fuisse dictam, ex Vegetio cognoscimus. Hinc patere puto vitium in loco Plinii, ubi iteratio fieri dicitur iacto semine. Iteratio sequitur proscissionem, iterationem tertiatio. Igitur locum sic corrigo: *per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate vel rastro, et sato semine iteratur haec quoque, ubi consuetudo patitur crate dentata vel tabula adnexa.* — Ceterum aratra aurita Palladii cum loco Varronis recte comparavit etiam Dickson I, p. 378.

Per saritores occare solent) In segete non lata fieri id posse per saritores,

lacunam[v] striam[x] facit,[y] sulcus vocatur. Quod est inter duos sulcos, elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit.[z] Sic quoque exta deis quum[a] dabant, porricere[b] dicebant.

Br. R. Nonii Codex Guelferbyt. (v) *lacumam* P. (x) *stiriam* Iunt. *striam* om. A. Ba-G. *istriam* Nonii Editio prior Merceriana et Codex Guelferbyt. Vrsinus in V. C. esse ait *striam* pro *lacunam*. (y) *fecit* a. G. omnes, sed *facit* Nonius. (z) *porrigat* I. B. Br. R. *porrigit* A. Iunt. G. Nonii Edit. prior Mercer. et Codex Guelferbyt. qui praeterea pro *seges* habet *secus*. (a) *cum exta deis* Br. (b) *porrigere* a. V. qui ex ingenio correxit.

recte monet Varro. Idem iubet Hesiodus Εργων 439: ὁ δὲ τυτϑὸς ὄπισϑεν δμωὸς ἔχων μακέλην πόνον ὀρνίϑεσσι τιϑείη σπέρματα κακρύπτων. ubi μακέλα est σκαλὶς, qua saritur seges. Hinc Virgilius Georg. I, 104: *iacto qui semine cominus arva insequitur, cumulosque ruit male pinguis arenae.*

Lacunam) Vrsinus in Codice suo deesse *lacunam* monuit, ideoque glossam esse censuit; quem sequitur Popma. Contra Pontedera vocem *striam* suspectam habuit, aut mutandum censuit ex Nonio in *instriam*, interpretatus *lacunam instriam*, sulcum perpetuum, qui striis privatur. Gesnero Varro videtur opposita sibi vocabula coniunxisse, ut *ruta caesa*, *emtio*, *venditio* et similia. Proprie enim stria est pars elata, lacuna vero cava. Locus Nonii est I, 305, ubi ex h. l. laudat: *Qua aratrum vomere lacunam istriam fecit, sulcus vocatur: quod est inter duos sulcos, elata terra dicitur porca, quod ea seges frumentum porrigit.* Stria alibi striga dicitur in arando et metiendo agro. Vide ad Colum. II, 19, 2. Varro apud Nonium in porca: *non vides in publica nostra taberna, qua populus ambulando perinde ut in arato porcas facit?* Idem ibidem: *in pavimento non audes facere lacunam, at in humo calceos facis elixos.* ubi utraque Mercerii Editio habet: *non vides in publica nocte te tabernas — porcas reddit?* posterior etiam peius *aratro* dedit. Posui correctionem Scaligeri, ni fallor.

Seges — porricit) Segetem h. l. pro terra sata dictum esse, et *porrigit* lectionem Edd. primarum damnandam monuit Vrsinus, allato loco Macrobii III, 2, et Festi, qui ita tradit: *Porcas, quae inter duos sulcos fiunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum.* Sed idem aliam affert etymologiam: *porcae appellantur rari sulci, qui ducuntur aquae derivandae gratia, dicti quod porcant, id est, prohibent aquam frumentis nocere; nam crebriores sulci limi* (alio lectio *lumi* habet) *vocantur.* Ibi Vrsinus *lirae* substitui voluit *limi*. Nonius in loco supra laudato aliam praeterea ponit originem: *porcae sunt signa sulcorum, quae ultra se iaci semina prohibeant: porcere enim prohibere saepius legimus.* De sulco aquario porcam dici, ex Alfeno in Legem 24, Dig. de aqua, docet Vrsinus; ibi enim est: *vicinus loci superioris ita arabat, ut per sulcos itemque porcas aqua ad inferiorem veniret.* Hos sulcos graece ἕλικας dici vult ex Festo in *Helices*. Sed apud Festum *elices* recte dicuntur. De graeco *porcarum* vocabulo diverso vide ad Columell. II, 2.

Sic quoque exta etc.) Haec cum

XXX. Secundo intervallo inter vernum aequinoctium,[a] et Vergiliarum[b] exortum haec fieri debent.[c] Segetes runcari,[d] boves terram proscindere, salicem caedi, prata[e] defendi. quae superiore tempore fieri oportuerit, et non sunt absoluta; ante quam gemmas agant ac florescere incipiant, seri.[f] quod si, quae folia mittere[g] solent, ante frondem florere[h] inceperint, statim ad serendum idoneae[i] non sunt. Oleam seri interputarique oportet.

Cap. XXX. (a) *aequinotium* Br. (b) *et solstitium* add. I. B. Br. R. (c) *debent* ex Edd. a. V. revocavi. (d) Vulgo sequebantur: *herbam e segetibus expurgari* quae Vrsinus damnavit, inclusit Gesner. In Codd. Vrsini erat: *id est herbam* et cet. In Br. A. est *ex seget*. (e) *pratum aqua* I. B. Br. R. deinceps *oportuerat* I. B. Br. R. A. Ba-G. Post *oportuerat* add. *de arboribus* A. Iunt. G. (f) *fiant* a. V. qui *fieri* dedit, quod cum Vrsino correxi. (g) Ita I. B. Br. R. Codd. Victor. Caesen. et Venetus *emittere* A. Iunt. G. Vulgo *amittere*. (h) Ita I. B. Br. R. *florere inceperiut* certe Br. ex I. B. R. *flore inceperint* laudat Gesner. *ante frondere inciperunt* Codd. Victor. Caesen. Venet. *aut ante frondere quam florere inceperint* A. Iunt. G. Etiam Pol. *inciperunt*. Vulgo erat ante *frondere inceperint*. (i) *idonea* I. B. B. Br. R. et Codd. Victor. cum Caesen. et Veneto.

Popma apuria censet Pontedera, aut mutanda ita: *Sic quoque cum exta dis dant, poricere dicunt.* Nam Varronis aetate exta diis etiam ut antea poriciebantur.

Cap. XXX. *Boves terram proscindere*) Recte monet Vrsinus, esse debere, omisso vocabulo *boves*, quod aliunde irrepsit, *terram proscindi*.

Prata defendi) a pastione, ut infra dicit cap. 37, 5.

Fieri oportuerat) Malim: *tempore oportuerat, et non sunt absoluta, fieri*: Vrsinus corrigebat *seri*.

Antequam) Vulgo haec leguntur sic distincta: *absoluta*, antequam — *incipiant*, *fieri*. Quasi haec omnia copulanda sint cum superioribus *quae superiore tempore fieri oportuerat*. In Edd. primis est *fiant* pro *fieri*. Sed ita intermedia verba *antequam — incipiant*, quo referantur, non habent. Ea vero esse de arboribus serendis, sequentia docent. Miror interpretes omnes tacere. Mihi *fieri* interim in *seri* mutare visum est, quanquam plura excidisse puto, et *fieri* forte ex h. l. retrahendum est ad superiora, eiusque loco reponenda haec: *arbores seri*. Sed nunc demum video, Vrsinum *seri* voluisse scribi, probante Gesnero.

Mittere) Pessime Victorius lectionem antiquam mutavit in *amittere*, quum deberet *emittere*. Deinceps lectionem eam dedi, quam manifesto praeferunt Edd. primae, obscurius autem Codices Victorii. Vulgatam lectionem nullus Interpretum tetigit, nedum explicavit, nisi quod Pontedera antiquum *mittere* et deinceps *idonea* restitui malebat. *Mittere* inter-

XXXI. Tertio intervallo, inter Vergiliarum exortum et solstitium, haec fieri debent. Vineas novellas fodere, aut arare, et postea occare, id[a] est comminuere, ne sit glaeba.[b] quod ita occidunt, occare dictum.[c] Vites pampinari, sed a sciente. nam id quam putare maius; neque in arbusto, sed in vinea fieri.
Pampinare est ex[d] sarmento coles qui nati sunt, de 2

Cap. XXXI. (a) *et deinde* I. B. Br. R. *et postea* P. (b) *gleba dura* I. B. Br. R. (c) Ita ex P. scripsi pro *dicunt*. Atque ita Codex optimus Varronis Bibl. Regiae Parisinae teste Mercerio ad Nonium p. 111 qui eandem lectionem ex libris scriptis Nonio restituit p. 61, lin. 31, ubi h. l. laudavit. (d)

pretatur amittere et reparare vere; de semper frondentibus enim sequi statim ait: *Oleam seri* etc.

Cap. XXXI. *Occidunt*) Ponteders malebat *occaedunt*, scriptura antiqua, quia sic facilior et probabilior fiat etymologia. Cicero de Senectute cap. 15 ab occaecando derivat occationem, atque alii apud Nonium. Hinc occare arbores ablaqueatas dixit Palladius Maio 4, quod ipse operire interpretatur. Tertiatus ager et consitus plerumque occabatur, ut glebis confractis altiore humo semina tegerentur. Sed interdum, ut in medicae satione ager tertiatus prius occatur, deinde conseritur, postea rastris semina obruuntur. Vide Columell. II, 11, sect. 4. Occatio in agro humido, denso et pingui, cratitio in sicco et levi locum habuit. In segete non adeo lata occari posse, monet Varro supra c. 29. ubi est *per saritores occare solent*. quanquam sarritio est diversa ab occatione. Vide ibi notam.

A sciente) De pampinatione vide ad Caton. 33, 4, et Columellam IV, 6 et 27. ubi Theophrasti locum simul apposui. Graeci pampinationem κλάσιν et βλαστολογίαν dicunt. Male Isidorus XVII, 5: *Pampinus est folium, cuius subsidio vitis a frigore vel ardore defenditur, atque adversus omnem iniuriam munitur. Qui ideo alicubi intercisus est, ut et solem ad maturitatem fructus admittat, et umbram faciat. Et dictus pampinus, quod de palmite pendeat.* Nonius p. 93 Mercerii: *caulem vitis robur. Varro de Re rustica; quem dicimus caulem. Ex sarmento caules, qui nati sunt de his, qui plurimum valent, primum ac secundum* etc. Editio Paris. 1583, *de iis plurimum valent.* Sed editio Parmensis 1480, *de his qui plurimum — nonnunquam et tertium.* Varronem pampinum genere foemineo dixisse, tradit Servius ad Eclog. VII, 58. Exemplum Claudiani XXXI, versu 5 annotavit Gesneri Thes. L. L. Alterum exstat in eodem XXIV, 367. Ex *sarpa, sarpere*, de quibus vocabulis dixi ad Caton. XI, 4, derivant *sarmentum*, quod tamen Crescentii antiqua mea ubique scribit sermentum, quasi a *serere* ductum. In Plauti Mostell. V, 2, versu 65, *sarmen* pro *sarmenta*, quod antea legebatur, posuit I. Fr. Gronovius, atque id in Excerptis Codd. Camerariorum scriptum liquido testatur. Addit ex alio *Sarnem*, ex principe Veneta *carnem*. Equidem in Veneta 1495 *cornem* reperio; sed

iis, qui plurimum valent, primum[e] ac[f] secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare sucum. Ideo in vitiario primitus quum exit vitis, tota resecari solet, ut firmiore sarmento e terra exeat, atque in pariendis colibus vires habeat maiores.
3 Eiuncidum[g] enim sarmentum propter infirmitatem sterile,[h] neque ex se potest eiicere vitem. quam vocant minorem flagellum, maiorem etiam, unde uvae nascuntur, palmam.[i] prior, litera una mutata, declinata a venti flatu, similiter flabellum[k] ac flagellum.

ex om. I. B. Br. R. *de his qui* Br. (e) *primum* omitt. Eaedem. (f) *ad* Eaed. et deinceps *succum* eum Ald. (g) *Emucidum* I. B. Br. R. A. Ba-G. *Evincidum* Iuntt. *Eiuncidum* P. *Iuucidum* Gr. 2. (h) *sterilescit* A. Iunt-G. (i) *palmam priore littera mutata in d dalmá a venti flatu dicta similiter flabellum prior: flagellum posterior. Et vitis eo quod invitetur ad uvas pariundas* I. B. R. *palmam declinata. A venti flatu flabellum prius, flagellum posterius. Et vitis eo, quod invitetur ad uvas* A. Ba-G. (k) *ac flabellum flagellum* P.

in Veneta 1511 est *sarmentu*, ubi tamen Vallae annotatio *sarmen* pro *sarmento* interpretatur.

E terra exeat) Vrsino voces *e terra* spuriae videbantur; immerito Veteres scilicet agricolae primi anni incrementa malleoli intacta relinquebant, post biennium omnem superficiem solo tenus amputabant, ut e duro pullularet, teste Columella IV, 11, qui vitem ita ad terram decidi ait, seu ut libri meliores habent, *a terra*. Hinc e terra exire h. l. dicitur vitis, solo tenus amputata.

Eiuncidum) Ita pro *evincidum*, *enucidum* Edd. reliquarum dedit Victorius ex libris suis. Pontedera probabat *iuncidum*, quod Gryphiana habet. Sripturam vero, a Victorio positam, repetit ab antiqua orthographia, ubi *citur*, *eidem*, *quei*, *poscivi* et alia similiter dicebant. Infra II, 10, 8 mulieres eiuucidas restituit similiter Victorius, ubi libri habent *leuuncidas*, *leuimucidas*. Plinius 17, s. 35, no. 9 de viviradice vitis putanda: *alias festinatione pariendi gracilis et eiuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in foetum exeat tota.* Ita ex MStis libris emendavit Harduinus vulgatum *emucida*. Idem sect. eadem no. 14: *vitis antequam septimum annum a surculo compleat, evocata ad fructum eiuncescit et moritur.* Ita ex MStis iterum Harduinus edidit pro vulgato *evanescit*. Inde apparet origo erroris in Columella de Arboribus c. 17: *quae in proceritatem extenduntur, evanidae fiunt, parumque fructus ferunt.* ubi similiter legendum est *eiuncidae* fiunt.

Maiorem etiam) Gesner malebat: *maiorem, unde etiam*. Pontedera: *maiorem enim, unde — flatu flabellum similiter ac flagellum.*

Venti flatu) Isidorus 17, 5: *summitates vitium et fruticum flagella nun-*

posterior, quod ea vitis immittitur ad uvas pariundas, dicta primo videtur a [l] pariendo parilema: exin [m] mutatis literis, ut in multis, dici coepta palma. Ex altera 4

(l) *et a* I. B. Br. R. A. Ba. G. (m) *exinmutatis* P. *ex immutatis* Iuntt. *dici ex*

capiantur, *eo quod flatu agitentur.* Deinde *palmes vitis materia mollis*, *quia per novella brachia emissus fructum affert.* Ceterum rectius Festus: *palmites vitium sarmenta appellantur*, *quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt.* Galli flagellum vitis vocant *flèche.*

Exin mutatis) Victorius ait, parva licentia se usum, ita ex ingenio correxisse vulgatum antea *ex immutatis.* Scilicet in Polit. libris erat *exinmutatis*. Paulo antea *pariendas* vulgatum ex Edd. I. B. Br. R. A. Ba. G. correxi.

Ex altera parte) Restitui lectionem a Victorio in libris repertam ea parte; totam probat Scaliger. Itaque libri Polit. ita habent scriptum: *is enim vitis quibus teneat: id qua serpit — capiendum*, *quo capiendo cap. dictus.* Quam scripturam Scaliger ita volebat distingui: *is enim vitis:* id est, is enim cincinnus vitis est. Reliqua enallage durissima excusabat. Vrsinus corrigebat h. l.: *is enim vites ut teneat*, *quod serpit* etc. Contra Pontedera vulgatam probabat: *ex altera parte caprea dicta*, *quod parit capreolum*, et putabat, a Varrone vitem, qua parte capreolum parit, capream fuisse dictam. Festus: *capreoli vitium cincinni intorti*, *quia ad locum capiendum tendunt appellati.* Theophrastus βοστρύχιον, i. e. cincinnum dixit capreolum. Sed quum eius locum de Causis Plant. II, 25, considero de usu capreolorum: *οὐ γάρ ἂν δύναιτο φέρειν τὰ κλήματα καὶ τὴν βλάστησιν ἡ ἄμπελος ἢ οὐχ ὁμοίως καλὰ μὴ ἔχουσα τὸ ὑπερεῖσον*· (Ita enim recte istum locum correxit Moldenhaver in Tentam. p. 151) puto, locum Varronis ea fide librorum ita legi debere: *is enim vitis quo se teneat atque serpat ad locum capiundum*, *ut se erigat*, *ex quo capreolus* etc. Pontedera in Curis sec. malebat: *is enim vitis quibus quum teneat id qua serpit* (scil. vitis) *ad loc. cap. se erigit*, *ex quo a cap. c. dictus.* Capreoli etymologiam, a capiendo ductam, falsam et ineptam censet cum Scaligero; ipsam tamen Scaligeri rationem, a lascivia caprae ductam, improbans, a caprinorum cornuum similitudine nuncupatum capreolum putat. At ecce Columella IV, 14 de canterio vitis: *ut sit quem teneri adhuc pampini capreolis illigent suis.* ubi Edd. primae habent *capulis suis prolixius illigent.* Polit. liber *capreolis suis causa prolcisius inligent.* in qua scriptura latet varietas, vocabulis *capulis suis* adscripta in margine *capreolis suis.* Fuisse igitur olim videtur *capulus* dictus a capiundo, ut recte monet Varro, quem postea *capreolum* dixerunt, oblitterata origine vocabuli: Capulum, genus, laquei, quo boves indomiti capti laqueantur, habet Columella VI, 2, 4.

Immittitur) Ciceronis locum de Senectute c. 15 apposuit etiam Gesner, ubi Cato ita: *sarmentorum aliorum amputatio aliorum immissio.* ubi ineptissime Ernesti in scrobem immissionem interpretatur. Columella V, 6, 31, immitti pampinarium viti dixit, ubi antea editi libri *dimitti* habebant

parte[n] parit capreolum. is est coliculus viteus intortus, ut cincinnus. is enim vites ut[o] teneat,[p] serpit ad locum capiundum. ex[q] quo a[r] capiendo capreolus dictus. Omne pabulum, primum ocinum, farraginem, viciam, novissime foenum secari.[s] ocinum[t] dictum a Graeco verbo ὠκὺς, quod venit cito. Similiter quod[x]

immutatis I. B. Br. R. *ex imminutis* A. Ba-G. (n) Vulgo interserta *capred dicta, quod* desunt P. Caesen. Ryck. nec in libris suis reperit Victorius. (o) *quibus teneat, et quas eripiat: et ad locum capiundum se erigit: Ex quo* I. B. R. *is enim vitis quibus teneat: id qua serpit — capiendum quo capiendo capreolus dictus.* ex libris suis affert Victorius. *teneat id quod serpit ad locum capiendum cum capiendo c. d.* Caesenas. (p) *id: qua* ins. P. (q) *ex* deest P. (r) *a* deest P. (s) *sicari.* P. (t) *Ocimum* I. B. Br. R. H. St. D. *Ocymum* I. I-G. A. (v) *Ita pro ὠκέως, quod valet* dedi ex Nonio. *oceos* P. *ochis* I. B. Br. R. ὀκὺς I. I. Ba. A. ὠκὺς H. A. (altera) Gr. G. (x) *quoque* a. V. (y) i.

scriptum. Dicitur etiam *submittere.* Theophrastus H. P. IV, 15: ἐπιβάλλειν κλήματα dixit immittere. Hinc igitur emendatio A. Schotti Observ. V, 24 a Gesnero omissa, refellitur, qui h. l. malebat legi *quod ea submittitur*, omisso vocabulo vitis.

Cincinnus) Edit. Br. *cincinus.*

Mutatis literis) Schottus l. c. corrigebat: *exin minutis.* recte puto. Atque huc ducit lectio editionum quarundam. *mutilatis* malebat Burmann ad Virgilium III, p. 666.

Posterior, quod) Pessime in utraque Gesneriana et nostro exemplo *posterior quo.* Male etiam sect. 4, *ocimum, farraginem* inde tractum est pro *ocinum*; denique paulo post *similiter quo ocinum* pro *similiter quod ocimum.*

Quod venit cito) Plinius 18, c. 16: *Varro appellatum a celeritate proveniendi a Graeco quod dicunt oceos* ubi veteres Editiones ὠκὺς habent. Nonii Editio prior Merceriana p. 267 habet ex Varrone: *Ocymum quod ocinum dicimus. Varro — Primum ocynum, farraginem, viciam novissime foenum vocari. Ocymum dictum a graeco verbo* ὠκὺς *quod venit cito, similiter quod ocimum in horto.* Altera p. 550 dedit: *Ocymum quod ocimum — ocymum viciam, novissime foenum secari. Ocymum* — graeco verbo ὠκέως, *quod valet cito, similiter quod ocynum in horto.* Ex priore editione Pontedera duxit lectionem, a me restitutam Varroni. Inepte enim is in vulgata graeci vocabuli vim interpretabatur, quum id lectorem deberet docere, quomodo ex graeco vocabulo ocynum dictum fuerit. Scilicet *quod venit cito*, i. e. nascitur, provenit. Cui lectioni et ὠκὺς et ὠκέως accommodatum est; priorem formam ex Edd. antiquis restitui. Nonii tamen auctoritatem Plinianae in hac emendatione posthabendam censeo; imo vero dubiam facit Merceri Editio posterior. Editio Parmensis 1480 habet: *Ocinum novissimum foenum vocari. Ocinum dicitum — oceos quod veticos similiter* Mercerus *quod ocynum in chorto.* Adr. Iunius ex codice *corcho*

ocimum in[y] horto. Hoc amplius dictum ocinum, quod citat alvum bubus, et ideo iis datur ut purgentur. id[z] ex fabuli segete[a] viride sectum ante quam genat[b]

cito. Hoc I. B. R. Br. deinceps *ocimum* Br. *ocymum* A. (z) *id est pabuli* I. B. Br. R. Iuntt. *id est fabuli* P. teste etiam Victorio idem *fabuli* Ryck. *id genus pabuli sunt* A. Ba-G. *id ex pabuli* Vict. (a) *segetes virides sectae* I. B. Br. R.

posuit, quod in *corchoro* mutabat. Codex Guelferbytanus membranaceus, antiquus et bonus, qui cum Codice S. Victoris optimo consentit, ita scriptum habet: *primum ocium vi-ciam novissime frenum vocari, ocinum dictum a graeco verbo oca eos quo duae citos similiter quod ocimum in corcho.* Apparet igitur Mercerium Nonium ad vulgata Varronis exemplaria refinxisse, nec correctioni Pontederae praesidii quid superesse vel in antiquis Nonii exemplaribus vel in libris scriptis. In scriptura *chorto* et *corcho* latent vestigia veteris orthographiae, quae hortum ex graeco χόρτος ductum simul cum *corte*, *chorte*, *cohorte* modo *ortum*, interdum *chortum*, forte etiam *cohortum* dixit. Ex *chorto* in Columella V, 9, s. 5, vulgatum *chordis* vitio ortum esse docebimus ibi.

Citat alvum) Plinius l. c. *apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocymum vocat, quo sistebant alvum bubus. Id erat e pabulis, segete viridi defecta, antequam gelaret. Sura Mamilius id aliter interpretatur, et tradit fabae modios decem, viciae duos, tantumdem erviliae in iugero autumno misceri et seri solitum, melius et avena graeca, cui non cadit semen, admixta. Hoc vocitatum ocymum, boumque causa seri solitum.* ubi recte Brotier ex Codd. Regiis dedit *ocymum — seri solitos.* Praeterea Pintiani Codex habet scriptum: *pabuli segete viride desectum*, et recte iam Pintianus vidit, ex Varrone esse legendum *citabant* vel *ciebant*, deinde *siliquaret*. Facile autem nunc apparet, quomodo totus ille locus, tam negligenter ab Harduino tractatus, sit corrigendus. *Genicularet* in Plinio emendabat Scaliger, et Vrsinus; hic quidem ex vetere Plinii codice posuit eandem lectionem quam Pintianus.

Fabuli segete) Recte consentientibus Scaligero, Vrsino et Pontedera posuit Gesner librorum scriptorum Victorii lectionem *fabuli*, unde detorta fuit lectio *pabuli* in reliquis libris etiam Plinii. Gesnero praeiverat Popma. Ita supra c. 23, 3, libri Polit. *fabalia* habent pro *fabalia*. Contra *fabalia* ex loco Columellae II, 10, 9, excerpsit Plinius 18, c. 12. Cato 37, 2, *fabalia, acus.* ubi doceo legendum esse *fabalium acus*, ex cap. 54, 2, ubi sunt *fabaginum acus*. Plinius ex Catone *fabalia* habet 17, sect. 6. Reliqua vide supra ad cap. 23. Ceterum etsi librorum scriptorum lectionem posui, magis tamen probo *fabalia*; nam *fabulia* aliunde nisi a forma diminutiva *fabularum*, quas habet Plautus, derivari non possunt. Pontedera tamen pabulum antiquis *fabulum* dictum fuisse censebat, ex φάγω et ὕλη ductum. In Curis secundis idem ait, Bruschianam habere *id ex fabuli segete viride sectum antequam genat. sil.* quae cum Codd. Victorii, Caesen. et Veneto convenire monet et probat unice cum Popma. At Bruschiana cum Ienson. plane facit! Sero agnovi errorem virorum doctorum, quos

siliquas. Contra, ex segete, ubi sata admixta ordeum et vicia et legumina pabuli causa. viridia[c] quod[d] ferro caesa,[e] ferrago[f] dicta,[g] aut nisi[h] quod primum in farracia[i] segete seri coeptum.[k] Ea[l] equi et iumenta caetera verno tempore purgantur, ac saginantur.[m] Vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos

Ba-G. (b) *generent* I. B. Br. R. *gerat* Iuntt. *gerant* A. Ba-G. (c) *viridea* P. *sunt. Inde quod* Pol. 2. I. B. R. A Ba-G. *ea sunt* Br. (d) Vulgo legebatur *far ferro*. Sed *quo far et* Iuntt. *quo faro* P. (e) *caesum* I. B. Br. R. A. Ba-G. (f) *ferrago* P. Vulgo legebatur *farrago*. (g) *dictum* I. B. Br. R. Ba-G. (h) *nisi* deest a. V. *ni se* P. *inde* Ryck. (i) *feracia* Br. *faracia* A. Ba. G. (k) *coepta* P. I. I. (l) *Eo* I. B. Br. R. I. I. (m) *sagenantur* P. Ienss. Br. (n)

secutus veterem et probam lectionem *pabuli* exulare passus sum, quum in ocino fabae mentio locum non habeat, ad pabulum nunquam satae. Contra ocini seges ex trifolio fuisse videtur, ut in Indice accuratius tradetur. Varro ipse genus herbae vel segetis signare vel uoluit vel ipse ignoravit, quum Columellae forte etiam ipsius aetate usus ocini exolevisset.

Ex segete) Vrsinus verbum *sata* ut glossam, contra Pontedera ex *segete* deleri maluit. Alterum verbum certe inutile est.

Quod ferro) Vulgo intersertum *far* recte incluserat Gesner, ego vero delevi cum Pontedera. — *Quo fare ferro caesa* Polit. *quo fart ferro caesa* S. Repar. *quod far ferto caesa* Caesen. unde efficit Pontedera: *quo farta fero caesa ferago deicta*: De farre enim, ad farraginem misto, falsum esse. Ideo in Editione Beroaldi, tribus Florent. et Caesenate Codd. *ferrago* scriptum esse a ferro. *Farta* interpretatur immixta et confusa in uunm hordeum, viciam et alia legumina; *quo* est pro quia, quoniam. *Virdea* pro *viridia* tres Florent. Codices praebent; *coepta* vero recte quatuor Florent. et Caesenas.

Ferrago) Ita recte Polit. et liber Caesenas, teste Pontedera pro vulgato *farrago*. Eodem etiam Pontedera auctore comma post *causa* posui, ante post viridia positum.

Aut nisi) Reliqui vulgatam, etsi vitiosam. Cod. Ryk. *aut inde quod* quam lectionem cum Schoettg. probabat Gesner. Primus Victorius importuno loco *nisi* inservit. Aut plura desunt, quod suspicor, aut *nisi* delendum est. Forte fuit olim — *aut farrago, quod primum — cepta.* vel: *dicta: nisi farrago, quod primum — coepta.* Scilicet duplicem etymologiam affert Varro; alteram, qua a ferro quasi ferraginem; alteram, quo a farre farraginem dictam fuisse putabat. Plinius l. c. *farrago ex recrementis farris praedensa seritur, admixta aliquando vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo.* Festus: *farrago appellatur, id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis.*

Farracia) Vrsinus malebat: *farracea*, contra Pontedera *faracia*, quod ipsum habent Edd. quaedam.

Equi — saginantur) Aristoteles H. A. VIII, 8: ἡ δὲ κρᾶσις λειοτριχεῖν ποιεῖ ὅταν ἔγκυος ᾖ, ὅτιν δ' ἀθέρας ἔχῃ σκληρούς, οὐκ ἀγαθή. ubi Codex

habet ut vitis, quibuscum[n] sursum vorsum serpit ad[o] scapum lupini, aliumve[p] quem, ut[q] haereat, id[r] solet vincire.[s] Si prata irrigua habebis, simulac foenum sustuleris, irrigare. In[t] poma, quae insita erunt, siccitatibus aquam addi quotidie[v] vesperi. a quo, quod indigent potu, poma dicta esse possunt.

XXXII. Quarto intervallo inter solstitium et caniculam plerique messem faciunt, quod frumentum dicunt[a] quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarescere, quum sit maturum.[b]

quibus a. V. *quibus cum susum* P. (o) *et ad* I. B. R. Br. (p) *calamum, ad* ins. a. V. (q) *ut* deest I. B. R. Br. (r) *cum* A. I. I-G. (s) *vincere* P. (t) *Item* I. B. Br. R. Ald. (v) *quotidie* deest I. B. R. *quotidie vesperi a quo* A. Ba-G. unde et ex Nonio addidi *vesperi*, quod vulgo deerat. Etiam Codex optimus Bibl. regiae Paris. *vesperi* addit teste Mercerio ad Nonium p. 111. qui et ibi *potui* edidit ex libris suis. (x) *poma* C. *dicta* P.

Cap. XXXII. (a) *dicunt* a. V. qui *dicant* dedit. (b) *collige. Inde* ins. I.

Medic. cum versione Thomae habet πλειστρεχεῖν. Scoti versio nominat *grasatam*. Κράστιν hodieque Itali *ferrana* nominant. Pullis quadrimis et senioribus hodieque farraginem praebent, qua purgatur, non saginatur corpus. Igitur h. l. *salivantur* est legendum. Saepissime verba haec inter se fuerunt a librariis permutata. Post illam farrigine factam purgationem equos corpulentiores et pilos puriores et nitidiores fieri, testatur Brugnone p. 185, qui praeterea monet p. 184, ex usu farraginis, si aristam iam germinaverit, rigorem conciliari humeris et cruribus anterioribus, saepe etiam posterioribus, quem morbum graece κριθίασιν dici.

Serpit ad scapum) Vrsinus emendabat: *serpit, et ad scapum aliudve quid adhaeret, id solet vincire.* quam lectionem unice equidem probo. Lupinus inepte nominatur, etsi genus lupini est altum aliquod. sed lupinum vix puto mistum cum vicia satum fuisse unquam. Gesner tamen vulgatam lectionem nescio qua enallag defendi posse putabat.

Addi quotidie) Nonius p. 30, in voce *pomum* habet: *addi quotidie vesperi—indigent potu.* Sed idem p. 243 b. *potui* ex h. l. habet, et dativum pro ablativo positum esse ait. Ex Nonio et Edd. quibusdam addidi *vesperi*, suadente etiam Pontedera, et antea Mercerio ad Nonium p. 111. Vide Variet. lectionis. Nonii Editio Parmensis 1480, in priore loco habet *potui*, in altero omittit.

Potu poma) quod ex libris suis Varronis *potui* retulit et pro *potu* dictum interpretatus est Nonius, *potuis* fuisse suspicabatur Pontedera, recte admonens, Varronem in hac etymologia respexisse graecum πόμα, quo potus significatur.

Cap. XXXII. *Quindecim*) Plinius 18, s. 10, 4: *Varro quater novenis*

Arationes absolvi,[c] quae[d] eo fructuosiores[e] fiunt,[f] quo calidiore terra aratur.[g] Quum proscideris,[h] offringi[i] oportet, id est iterare, ut frangantur glaebae. prima enim aratione grandes glaebae ex terra scin-

B. Br. R. (c) *ad solvi* P. *ad solum* I. B. Br. R. *absolvere* I. I. G. A. (d) *quod* I. B. R. Br. (e) *fructuosior* P. (f) *fuit* P. *sunt* I. B. R. Br. (g) *arator. Si* P. (h) *proscinderis* I. B. R. Br. (i) *effringi* Herv. (k) Ita a. V. qui dedit

diebus fruges absolvi tradit et mense nono meti. ubi Pintianus ex h. l. legi volebat: *quinquies novenis* vel *ter quindenis*. Illud malebat Pontedera, qui ex Plinio supplebat h. l. *quum sit maturum nono mense.* Vestigia integrioris lectionis superesse putabat in varietate I. B. R. ubi est: *maturum collige. Inde arationes.* Vrsinus h. l. ex vetere Codice malebat *quod sit maturum*, et in Plinio: *quadragenis quinis diebus*, confisus auctoritati Theophrasti H. P. VIII, 3: μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν ἁδρύνονται πυρὸς μὲν καὶ κριθὴ τεσσαρακονταῖα μάλιστα. ubi cap. 7, ait, eadem frumenta post dies quatuor aut quinque, quam spicam emiserint, florere, septem ut plurimum diebus deflorescere. Vides, his auctoritatibus Varronis locum magis implicari quam expediri. Via annotari meretur Scaligeri emendatio, *quum fit maturum* legentis. Plura h. l. vitia haesisse suspicor. In Plinii loco ex Theophrasto corrigit Pontedera: *deflorescunt triticum et hordeum. verum cum tardissime septem.* Columella tardissime octavo absolvi ait. In Gallia Cisalpina nunquam ultra decimum diem produci, observat Pontedera. Intervallum, quod Varro ponit inter spicarum exitum ex vagina et deflorescentiam, dividendum ait in duas partes. Priorem continere illas IV vel V dies, quos cum Theophrasto Plinius refert, quique inter spicarum florumque explicationem intercedunt; alteram reliquos septem, quibus spicae flores fundunt et quibus deponunt. Summum autem numerum *noni mensis* sumsit Varro, tanquam Italico coelo convenientiorem, quam medium, qui Graeciae aptior videbatur. Eadem de causa Varro messem ad nonum mensem produxit, quae citior in Graecia. In Aegypto etiam citior, quam in Graecia, teste Theophr. VIII Histor. ἐκεῖ γὰρ κριθαὶ μὲν ἐν ἑξαμήνῳ, πυροὶ δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ· περὶ τὴν Ἑλλάδα δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις ὀγδόῳ, πυροὶ δὲ ἔτι προσεπιλαμβάνουσιν. Sic enim recte Pontedera Antiqq. p. 141 corrigit locum ex altero de C. P. IV, ubi est: ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ φασὶ μηνὶ πρότερον ἢ ἐν τῇ Ἑλλάδι: et Plinio: *In Aegypto enim ordeum sexto a satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade ordeum (in Peloponneso) octavo, et frumenta etiamnum tardius.* ubi verba *in Peloponneso* spuria censet cum Salmasio. Varro igitur, tertio gradu descendens, nono mense in Italia messem fieri indicavit. Hucusque Pontedera, cuius annotationem omiserat Ernesti. Ceterum confer infra cap. 45, s. 1.

Arationes absolvi) Ea lectione Edd. I. B. R. *ad solum* Pontedera efficit *absolvendum*.

duntur. Serendum viciam, lentem, cicerculam, erviliam,[k] caeteraque, quae alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria[l] appellant, utraque dicta a legendo, quod ea non secantur, sed vellendo leguntur. Vineas veteres iterum occare,[m] novellas etiam tertio, si sunt[n] etiam tum glaebae.

XXXIII. Quinto intervallo inter caniculam et aequinoctium autumnale[a] oportet stramenta desecari, et acervos construi,[b] aratro offringi,[c] frondem caedi, prata irrigua iterum secari.

XXXIV. Sexto intervallo ab aequinoctio[a] autumnali incipere [scribunt] oportere serere, usque ad diem XCI. post brumam, nisi quae necessaria causa coëgerit, non serere: quod tantum intersit, ut ante

ervilam. Paulo antea *lentem viciam* Br. (l) *legarica* P. (m) *et* ins. I. B. R. Br. (n) *sint* I. B. R. Br. Ald. Ba- G.

Cap. XXXIII. (a) *autumni* I. B. R. *auctumni* Br. (b) *constitur* P. (c) *effringi* Herv. *arata offringi* V. C. Vrs.

Cap. XXXIV. (a) *aequinotio auctumnali* Br. *incip. oport. scrib.* Br. Dein-

Ervilam) Ita ex libris suis dedit Victorius pro *erviliam* In fragmento Varronis apud Nonium in *Ervum* p. 97 b. legitur *ervillam*. Sed eius loci, utpote vitiosi, dubia est auctoritas. Festus: *ervam et ervilia a graeco sunt dicta, quia illi ervum ὄροβος, erviliam ὀρόβινον appellant*. Nonii locum p. 204, edit. alter. Mercerii ita corrigit Iunius: *Sed ut is erat, haec legumina, arte parata, pauca, cicer, erviliam, cepa regia, alia cypria caeteris.* ubi vulgo est *ac paregia alia spiria.* Sed caepas Cyprias habet Plinius, non alia. Igitur locum derelinquam.

A legendo) Nonius p. 30 a: *Varro dicta existimat, non quod secentur, sed quod vellantur a terra, quae quod ita leguntur legumina dicta.*

Cap. XXXIII. *Aratro offringi*) Ex Codice Vrsinus laudat *arata*, quod praefert Pontedera. Idem ex Charisio de Analogia annotavit, Varronem *aequinoctium autumnal* dixisse, pro *autumnale*.

Cap. XXXIV. *Scribunt*) Cum Vrsino damnavit et inclusit Gesner verbum.

XCI) Pontedera monet, ab aequinoctio autumnali ad brumam dies esse solum XXCVIII. Quin etiam agricolas quindecim diebus ante brumam et totidem postea non serere. Vide cap. 35, ibique notam. Itaque relinquuntur dies tantum LXXIII, vel LXXIV. Sed in Antiqq. p. 362, rationibus anni Iulii rectius putatis docet, brumam ab aequinoctio autumnali distare diebus XXCIX, quem numerum Varroni restitui iussit.

brumam sata [b] septimo die; quae [c] a bruma sata, XL die vix existant.[d] neque ante aequinoctium incipi oportere putant, quod, si minus idoneae tempestates sint
2 consecutae, putescere [e] semina soleant. Fabam optime seri in Vergiliarum occasu. Vvas autem legere et vindemiam facere inter aequinoctium autumnale et Vergiliarum occasum. Dein [f] vites putare incipere, et propagare, et serere poma. Haec aliquot regionibus, ubi maturius frigora fiunt asperiora, melius verno tempore.

XXXV. Septimo intervallo inter Vergiliarum occasum et brumam haec fieri oportere [dicunt].[a] Serere lilium, et crocum; quod iam egit radicem,

ceps *nonagesimum unum* P. (b) *quae* ins. P. (c) *quae a* deest P. (d) *exeant* a. V. (e) *putrescere* a. V. deinceps *auctumnale* Br. (f) *deinde* I. B. R. Ba- G.

CAP. XXXV. (a) *dicunt* om. I. B. Br. R. et Codex Vrsini *dicant* P. (b)

Ante brumam) Plinius 18, 24, s. 56: *inter omnes autem convenit, circa brumam serendum non esse, magno argumento, quoniam hiberna semina, quum ante brumam sata sint, septimo die erumpant; si post brumam, vix quadragesimo.* ubi Vrsinus corrigebat *citra*, Pintianus aut *ultra* aut *citra* malebat; Harduinus vulgatam defendit ex Columella II, 8, 2, et Varrone I, 35, qui quindecim dies ante brumam et totidem post brumam liberos a satione esse velint. Brumam collocat Columella XI, 2, 94, XVI, Calend. Ianuarias; aequinoctium autumnale VIII, Cal. Octobres.

Neque ante) Geoponica III, 12: ἄχρι δὲ τῆς πρὸ ἕξ καλανδῶν Ὀκτωβρίων τὸ σπείρειν ἐπισφαλές· ἂν γὰρ αὐχμοὶ ἐπακολουθήσωσιν, διαφθείρεται τὰ σπέρματα. Eadem II, 14, 3, serere hordeum et triticum vetant post hiemale solstitium. Eadem III, 13, 9, ante Calendas Octobres serere quidquam vetant. Cf. ad Columellam II, 8, 4.

CAP. XXXV. *Dicunt*) Damnavit etiam Vrsinus verbum.

Quod iam egit radicem) Inepte haec ad lilium et crocum referuntur in editionibus. Lilia enim bulbis seruntur, ut crocus, nec alias habent radices. Sata vero aut oculos agunt sursum et scapum quum florem protrudunt, aut minoribus bulbulis infra terram pullulant. Vidit hoc et monuit Pontedera etiam atque ita h. l. scribi iussit: *quod iam egit radicem, rosam: ea* (vel *etiam* aut *et*) *conciditur.* Sed in hac lectione incommoda sunt verba *quod iam egit radicem.* quanquam ea Pontedera de viviradice facta in seminario rosa interpretatur. Legendum igitur censeo: *quod iam egit radicem*

rosetum[b] conciditur radicitus in virgulas palmares, et obruitur. haec eadem postea transfertur facta viviradix.[c] Violaria in fundo facere non est utile, ideo quod necesse est terra adruenda[d] pulvinos fieri, quos irrigationes, et pluviae[e] tempestates abluunt, et agrum faciunt macriorem.[f] Ab favonio usque ad ar- 3

Rosa etiam conciditur a. V. qui dedit *rosam. ea conciditur*. P. 1. *Rosa mea conditur* P. 2. *Rosata conditur*. Caesen. *et conciditur*. (c) *viviradice* I. B. Br. R. (d) *e terra ad ea obruenda* Aldina et seqq. dederunt. In I. B. Br. R. est *obruenda*, in Pol. *abruenda*, Codd. Victorii *adruenda*. Ryck. *e terra ad obruendos pulvinos*, R. *Rosetum conciditur*. Atque eo ducunt variae librorum lectiones.

Conciditur) Palladius Novembri XI: *si indigus plantarum volueris ex paucis virgulis habere copiosa roseta, quaternorum digitorum surculos gemmantes cum geniculis suis debebis excidere— ubi anni aetatem compleverint, pedis spatio inter se transferre disiunctos* etc. Theophr. H. P. VI, 6: κατακόπτοντες τὸν καυλὸν φυτεύουσιν. Geoponica XI, 18: οἱ δὲ ἐξελόντες μετὰ τῶν ῥιζῶν κατακόπτουσιν εἰς παλαιστιαῖα μεγέθη, τουτέστι τετραδακτυλιαῖα, τὰς ῥίζας τε καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν ἐκπεφυκὸς καὶ πάντα τὰ τμήματα φυτεύουσιν ἀπέχοντα ἀλλήλων ὡς πῆχυν. Radicitus additur, quia teste Plinio 21, s. 10, et ocellis radicis ut arundo provenit rosa. Ideo etiam paulo antea dixit: *quod iam egit radicem rosetum*. Violaria deinceps Pontedera de leucoiis nostris interpretatur.

Terra adruenda) Hanc librorum antiquissimorum lectionem, a Gasnero restitutam, (contra morem suum) probavit iam olim Fruterius Verosim. II, 22, deinde Pontedera.

Abluunt) Fruterius dissolvunt interpretatur ex vetere *luo*, λύω apud Festum in *lues* probante Gesnero.

Macriorem) Ita Victorius ex libris suis. Antiquum tamen *minorem* probabat Pontedera; rationem non addidit. Videamus qui sit pulvinus. Palladius III, 24, 6, de caulibus brassicae: *clivis delectatur, ideo ponendae sunt plantae per pulvinos arearum*. Idem s. 13, de inula: *seritur oculis ut calami, quod abscindere et terra leviter debemus obruere fossa et subacta, excitatis ad lineam pulvinis, quibus eius oculos oportet infodere*. Columella in ablaqueatione vineae, in colle positae, fieri iubet a superiore parte lacusculum, ab inferiore pulvinulum, quo plus aquae limique contineat. Arbor. X, 4. Pulvini igitur fiunt terra alte pastinata, areis altioribus per semitas distinctis. Sunt quas breviter areas dicunt Scriptores R. R. De ipsis violis Columella Arbor. 30: *terram stercoratam et repastinatam ne minus alte pedem in pulvinos redigat*. Hinc manifestum fit, aut Varronem nihil plane in hortorum areis seri voluisse, aut lectionem vulgatam esse falsam. Macrior enim terra fit nullo modo; stercus enim semper additur terrae pastinatae; minor tantum ea ratione, quod in semitis. areas distinguentibus, nihil potest seri. Quod si pulvinos declives cogites, stercus elutum ad inferiora defertur, et superiora fiunt macriora. Resupinos pulvinorum toros habet Plinius 19, c. 4, pronum pulvinum Plinius Epist. V, 6, 16.

Ab Favonio) Hoc spectat ad primum

cturi exortum recte serpullum[g] e seminario transferri: quod dictum ab eo quod serpit. Fossas novas fodere, veteres tergere, vineas arbustumque putare, dum in xv diebus ante et post brumam ut pleraque ne facias: nec non tum aliquid recte seritur, ut ulmi.

XXXVI. Octavo intervallo inter brumam et favonium haec[a] fieri oportet. de segetibus, si qua est aqua, deduci: sin siccitates sunt, et terra tenecritudinem habet, sarire.[b] vineas, arbustaque putare. Quum in agris opus fieri non potest, quae sub tecto possunt, tunc conficienda antelucano tempore hiberno.[c] Quae dixi, scripta, et proposita[d] habere in villa oportet, maxime ut vilicus norit.

XXXVII. Dies lunares quoque observandi, qui quodammodo quadripartiti.[a] Quod a nova luna crescit

vinos. Victorius *adruenda* dedit et seqq. (e) *et temp*. a. V. (f) *minorem* a. V. (g) *serpillum* I. B. Br. R. *serpyllum* A. Iunt. Ba.

Cap. XXXVI. (a) *hoc*. I. B. Br. R. A. Ba. G. (b) *sarrire* a. V. (c) *hyberno* a. V. (d) Ita P. et Vrsini Codex pro vulg. *posita*.

Cap. XXXVII. (a) *bipertiti* P. Deinceps *a* ante *nova* omiserat Gesneriana

intervallum inter Favonium et aequinoctium vernum, monente Pontedera. Columella etiam XI, 3, 40, circa aequinoctium vernum serit serpyllum. Palladius Martio IX, 17.

Quod serpit) Ita etiam Graeci. Vide ad Nicandri Theriac. versu 67. Contra Plinius 20, s. 90: *Serpyllum a serpendo putant dictum: quod in silvestri evenit, in petris maxime. Sativum non serpit*. Scilicet hortense diversi plane generis est a silvestri, aquas amat, muros et arbores scandit, ut hedera, flore inter coronarias herbas, et fructus odore, qui et totum fruticem occupat, antiquis commendatum Graecis, qui genere masculo ἑρπύλον dixere, unde alii ἕρπυλλον, Latini serpyllum effecerunt. De eius cultu dicetur ad Palladium IV, 9, 17. Frutex ipse ignotus hodie est; ex genere hederarum esse, suspicatus sum ad Nicandri Theriac. versu 67

XV. Diebus) Columella V, 10, 17, posuit XXV, sed vide ibi notas.

Cap XXXVI. *Proposita*) Ita ex libris cum Vrsino scripsi. Idem Vrsinus paulo antea *hiberno* omissum malebat. Videtur igitur Varro ephemeridem in publico scriptam proponi velle, unde villicus ipse cognoscat atque alios admonere possit, quid quoque tempore sit agendum. Talem ephemeridem villico etiam proponi postulant Geoponica II, 45.

Cap. XXXVII. *Bipartiti*) Vrsinus

ad plenam, et inde rursus ad novam lunam decrescit, quoad[b] veniat ad intermenstruum,[c] quo die dicitur luna esse extrema et prima; a quo eum[d] diem Athenis appellant ἕνην[e] καὶ νέαν, τριακάδα[f] alii.[g] quae-

errore. (b) Ita a. V. qui dedit *quod*. (c) *intermestruum* I. B. Br. R. A. deinceps ubi e *quo die* vulgatur, praepositionem omisi. (d) *Athenis eam diem* I. B. Br. R. A. (e) ἐνη καὶ νέα P. 2. *caenen cae uean* Pol. 1. (f) *triacada* Pol. 1. τριακὰς P. 2. τριακάδος a. V. (g) *alii* deest I. I- G. A. *Alii* praeced. pun·

ex sequentibus arguebat, *quadripartiti* legi debere. At si quadripartitam lunam dicere voluit Varro, non solum *intermenstruam*, (ita enim Vrsinus malebat) sed etiam *dimidiatam* ponere debebat. Hanc enim quadripartitam rationem docuit Plinius 18, s. 75. Forte tamen novam crescentem, decrescentem, plenam et intermenstruam nominare contentus fuit Varro, eamque vocavit lunam quadripartitam. —*Dies quodammodo quadripartiti*. Ita corrigendum esse hunc locum, recte monet Pontedera ex duobus aliis Varronis locis in hoc ipso capite, ubi quadripartita ratio repetitur. Vbi lateat in vitiosa scriptura, egregie indagasse videtur Pontedera. Scilicet Varro sect. 3 memorat, ruri observari octavum ante et post lunam crescentem et decrescentem; ubi luna dicitur luna plena. Vnde apparet, primam divisionis quadripartitae partem esse e nova luna ad *nonam*, quam Varro infra III, cap. 17, sect. 9, memorat his verbis: *quo aestus bis quotidie ab ortu lunae ad proximam nonam introire, ac redire rursus in mare posset*; ubi Aldus pessime *novam* edidit primus. Altera procedit a nona luna ad plenam, de qua dicitur *octavo lunam*; tertia est, *quum rursus ad nonam luna decrescit*, quae etiam *octavo post lunam* vocatur. Quartam indicant ista: *quoad a nona venit ad intermenstruum*: quae eadem *luna senescens* dicitur. Igitur reliqua loci Varroniani ex Codice S. Repar. ita constituit: *quod a nona luna crescit ad plenam, et inde rursus ad nonam decrescit, quoad — a quo die dicitur l. e. ext. et prima.* — Reposui *quadripartiti* ex emendatione Pontederae, Schneidero quoque probata. *T.*

Ad novam lunam) Haec verba omitti voluit Vrsinus; et sequentia sane ad sententiam sufficiunt.

Quod veniat) Antiquum *quoad* restitui et deinceps *intermenstruam* legi volebat Vrsinus; negat enim, latine diem intermenstruum dici, contra recte lunam, apud Caton. 37, 7, et Plinium 18, 12.

Quo die) Vulgatum *e quo die* cum Vrsino correxi. Vnus enim est dies quo luna ita vocatur ab Atticis. Idem Vrsinus vocabulum *luna* etiam voluit deleri.

Alii) Primus Solon Athenis hanc numerandorum dierum lunarium rationem recepit et sanxit, teste Diogene Laërtio. Primus etiam Victorius h. l. ex libris suis constituit. Varro de L. L. V, p. 45. *A mensibus intermestris dictus, quod putabant, inter prioris mensis senescentis extremos dies et novam lunam esse diem, quem diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν appellarunt, ab eo, quod ea dies potest videri*

dam faciunda in agris potius crescente luna quam
senescente. quaedam contra, quae[h] metas, ut[i] fru-
2 menta, et caeduam[k] silvam. Ego ista[l] etiam, inquit
Agrasius, non solum in ovibus tondendis,[m] sed in
meo capillo a patre acceptum servo, ut[n] decrescente
luna tondens[o] calvus[p] fiam. Agrius, Quemadmodum,
inquit, luna quadripartita?[q] et quid ea divisio ad
3 agros pollet? Tremellius, Nunquam rure audisti,
inquit, octavo Ianam[r] [lunam] et crescentem, et

cto I. B. R. *facienda* Br. A. (h) *ut quae* I. I-G. A. (i) *ut* deest I. I-G. A (k) *caeduas silvas* I. B. R. Br. (l) *istec inquit* P. (m) *tundendis* Ienss. Br. (n) *ut* I. B. Br. R. *ne* I. I-G. A. Vulgo *ni*. (o) *tondes clavo* P. et Codd. Vict. (p) *caluefiam* I. I-G. A. (q) *quadripertita* P. sic fere alias. (r) *lanam* P.

extrema et prima luna. ubi Vrsinus corrigebat: *intermenstrua dicta* et deinde *prioris* delebat. De dierum Atticorum numerandorum ratione vide Scholia Aristoph. ad Nubes v. 1129.

Caeduas) Recte Pontedera monuit, legendum esse *et caedas ut silvam*. Caeduam enim silvam crescente succidi, quo citius resurgat, silvam vero caedi decrescente, perennitatis materiae causa.

Vt de crescente) Lectionem Edd. primarum restitui voluit Vrsinus, laudato Plinii loco XVI, 39: *Tiberius idem et in capillo tendendo servavit interlunia. M. Varro adversus defluvia praecepit observandum id a pleniluniis:* Scilicet Plinius monet 18, s. 75: *omnia, quae caeduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna quam crescente fiunt.*

Tondens) Antiquam scripturam *tondes calvos* illustrabat Victorius exemplo *praegnas*, pro *praegnans* dicti; addit Pontedera ex lapidibus: *clemes, cresces, doles, lacrimas, libes.*

Quadripartita?) Vnde haec quaestio? In prioribus nihil de quadraturis his lunae, quas vulgo vocant, praecessit; et tamen deinceps Varro ait: *dixi de quadripartita forma culturae agri*. Igitur vitium alicubi latet, aut lacunosum est hoc caput. Nisi enim statuas nova crescente, nova decrescente, plena et intermenstrua luna a Varrone censeri quadripartitam illam rationem, (quae tamen satis obscure ita docetur) deesse videtur dimidiata luna. Deinde quomodo quadripartita forma culturae agri dici potest ea cultura agri, quae ex quadripartita forma lunae pendet? (Vid. quae ex Curis post. Pontederae pag. praecedenti retulimus. Tyr.)

Rure) Vrsinus *rure*, deinde *et* ante *crescentem* delet, postea *oporteat, tamen melius fieri — lunam. Etsi quae* et cet. legi vult.

Ianam lunam) Gesner *lunam* veluti glossam bis inclusit, similiter *et* ante *tamen*, nisi malis *attamen* legere. Macrobius Saturn. I, 9: *Pronunciavit Nigidius Apollinem Ianum esse Dianamque Ianam, adposita d littera, quae saepius i litterae decoris causa adponitur.* Gesner etiam conferre iu-

contra senescentem; et quae crescente luna fieri oporteret,[s] [et] tamen quaedam melius fieri post[t] octavo Ianam[v] [lunam], quam ante? et si quae senescente[x] fieri conveniret, melius quanto minus[y] haberet ignis id astrum? Dixi de quadripartita forma culturae[z] 4
agri. Stolo, Est altera,[a] inquit, temporum divisio coniuncta quodammodo cum sole et luna, quae[b] in sex partita,[c] quod omnis fere fructus quinto denique gradu pervenit ad perfectum, ac videt in villa dolium ac modium;[d] unde sexto prodit ad usum. Primo[e] praeparandum, secundo serendum, tertio nutricandum, quarto legendum, quinto condendum, sexto promendum. Ad[f] alia[g] in praeparando faciendi scro-

(s) *oporteat* A. I. I-G. (t) *octavo post* I. B. Br. R. (v) *lanam* P. (x) *luna* add. I. I-G. (y) *si minus* I. I-G. A. (z) *cultura* P. (a) *quidem* ins. I. B. R. Br. (b) *Quin sexpartita* I. B. Br. R. *Quin sexpertita* P. (c) *est* add. I. I-G. A. (d) *modum* Iens. Br. (e) *Primum* I. B. R. Br. (f) *At* a. V. (g) *alia*

het Scaligerum Emend. temp. libro 2, p. 174. Pontedera putat, Ianam lunam esse plenilunium, vel ita dici lunam Ianam, ut sol Ianus; ideoque *VIII Ianam lunam* esse octavum ante plenilunium, i. e. diem lunae septimum, item *post VIII Ianam lunam* diem à plenilunio octavum, id est, lunae circiter vicesimum primum. Nunc video Scaligerum ad Varronem de L. L. p. 80, comparare cum huius loci sententia verba Hesiodi Ἐργων versu 717: ὀγδοάτη τ' ἐνάτη τε, δύω γε μὲν ἤματα μηνὸς ἔξοχ' ἀεξομένοιο βροτήσια ἔργα πένεσθαι. Pontedera addit, *Dianam* factam sibi videri ex *dia Iana*. In loco de L. L. V, p. 49: *Primi dies mensium nominati Kalendae, ab eo quod heis diebus kalentur eius mensis nonae a pontificibus, quintanae ne an septimanae sint futurae in curia Kalabra sic dictae: Quinque kalo Iuno novella: Septem kalo Iuno novella* Scaliger ex hoc nostri coniiciebat legendum *Iana novella*. quod tamen facere vetat locus Macrobii Saturn. I, 15, de Iunone Kalendari.

Quadripartita) Gesner censet, eam ipsam esse, qua lunae periodus in quatuor quadraturas dividitur. Nam octavam Ianam crescentem esse primam quadraturam, octavam Ianam decrescentem, quartam esse. Sed vide notam ad sect. 2.

Est altera) Hanc divisionem exsequitur hinc usque ad finem libri.

Quae in sex) In hac lectione vitii aliquid latere suspicor, quod arguit etiam antiqua *quin sex partita*.

Ad alia) Vrsinus ait, in Codice vetere esse: *In praeparando ad alia scrobes faciendi*. Ceterum scrobes genere masculo dixisse veteres, monuit ex Nonio Victorius.

bes, aut[h] repastinandum, aut sulcandum, ut si arbustum aut pomarium facere velis. ad[f] alia arandum, aut fodiendum, ut si segetes instituas. ad[f] quaedam bipalio vertenda terra, plus aut minus. aliae enim radices angustius diffundunt,[i] ut cupressi, aliae latius, ut platani, usque eo, ut[k] Theophrastus scribat, Athenis[l] in Lyceo, quum etiam[m] tunc platanus novella esset, radices trium et triginta cubitorum egisse. Quaedam si bubus et aratro proscideris, et iterandum ante, quam semen iactes.[n] Item praeparatio si quae[o] fit in pratis,[p] id[q] est, ut defendantur a pastione, quod fere observant a piro florente: si irrigua sunt, ut tempestive irrigentur.

XXXVIII. Quae loca in agro stercoranda videndum, et qui, et quo genere[a] potissimum facias: nam discrimina eius aliquot. Stercus optimum scribit[b] esse Cassius volucrium, praeter palustrium ac nantium. De hisce praestare[c] columbinum, quod sit calidissi-

deest A. I. I-G. (h) *ac* I. B. R. Br. Deinceps *pomarium aut arb.* Br. (i) *diffunduntur* A. I. I-G. (k) *(ut Theophr. scribit.)* a. V. (l) *athenas* P. (m) *etiam nunc* a. V. alii divid. alii iungunt. (n) *iactas* P. (o) *qua* a. V. (p) *partis* P. (q) *ea* A. Ba-G.

CAP. XXXVIII. (a) *quo potissimum genere* Br. A. (b) *scribit Cassius esse*

Lyceo) Locus Theophrasti est in H. P. I, 11, unde Plinius 12, 1: *celebratae sunt primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum triginta sex, unius radice ramos antecedente.* ubi Vrsinus corrigebat: *Lycei — triginta trium unius radice ramos agente;* Harduinus: *cubitorum XXXIII, a radice ramos antecedente.*

Quaedam si) Vrsinus malebat *Ad quaedam si — proscideris, iterandum* et cet.

Si quae) Vrsinus *si qua — pratis ea est* corrigebat, et deinceps verba *a pastione* spuria esse censebat, quia alibi Varro non addit.

Piro florente) Vide ad Caton. c. 149, 1.

CAP. XXXVIII. *Vt semen*) Geoponica II, 21: διό τινες μὴ σκευάζοντες αὐτὴν ἀλλὰ ὁποῖά ἐστιν ἐῶντες σὺν τῷ σπόρῳ ἐπιῤῥίπτουσιν.

Nantium) Varronis romanorumque agricolarum sententiae adversatur germanicus interpres, Mayer, rerum rusticarum experientia satis eruditus, anserinum stercus bene quod confracuerit egregiam agro pinguedinem largiri affirmans; idem anatinum facere.

mum, ac fermentare possit terram. Id ut semen aspergi oportere[d] in agro, non ut de pecore acervatim[e] poni. Ego arbitror praestare ex aviariis turdorum ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum ita bubus ac subus,[f] ut fiant pingues. Itaque qui aviaria conducunt, si caveat[g] dominus, stercus ut in fundo maneat, minoris conducunt quam ii, quibus id accedit. Cassius secundum columbinum scribit esse hominis. Tertio caprinum,[h] et ovillum, 3
et asininum.[i] Minime bonum equinum, sed in segetes. in prata enim vel optimum, ut[k] caeterarum veterinarum, quae ordeo pascuntur, quod multam facit herbam. Sterquilinium secundum villam facere oportet, ut quam paucissimis operis egeratur. In eo si in medio robusta[l] aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.

volucrum a. V. (c) *praestat* I. B. Br. R. (d) *in agro oport.* Br. A. (e) *acervatum* I. B. Br. R. (f) Ita P. et Codd. Victorii hic et infra libro 2. pro *suibus*. Ceterum *et suibus* Br. Ald. (g) *caveto* I. B. Br. R. *cavetur stercus* Cod. Vrsini. Deinceps *hi*, *quibus* Br. *secundum post* Ald. Tigurina 1528. Gryph. 1535. (h) *caprilum et ovilum* I. B. Br. R. (i) *asinium* Iunt. (k) *vel* Br. *hordeo* Br. (l) *robustea* a. V.

Bubus) Plinius 17, 9: *M. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis, quod etiam pabulo bovum suumque. magnificat, neque alio cibo celerius pinguescere asseverat.* Comparabat Pontedera narrationem in Samariae obsidione quartam partem cabi stercoris columbini quinque argenteis venisse.

Cassius) Crescentius II, 12: *Cassius vero scribit, ut refert Varro, columbinum esse praecipuum, post ipsum stercus hominis, tertio caprinum, ovium* (antiqua mea *ovinum*) *et asininum, equinum non bonum nisi pratis.* Plinius 17, 9: *Varro praeceptis adiicit equino, quod sit levissimum, segetes alendas, prata vero graviore et quod ex hordeo fiat, multasque gignat herbas.* Sed hic plane a sententia verbisque Varronis aberravit, ut recte monuit Pintianus: errorem tollere voluit Dickson I, p. 270, legendo *omnino* pro *equino*.

Tertio) Ex loco Geoponicorum, ubi tertius locus asinino, quartus caprino, quintus ovillo stercori assignatur, Vrsinus malebat legi: *tertio asininum, tum caprinum, deinde ovillum.* Plinius etiam: *proximum deinde caprarum est, ab hoc ovium, deinde boum, novissimum iumentorum.*

Sterquilinium) Haec clausula, iterum alieno loco posita, pertinet ad Cap. XIII, 4, ubi est: *secundum villam duo habere oportet sterquilinia.*

Robusta) Hinc Plinius 17, 9: *palo*

XXXIX. Sationis autem gradus secundus hanc habet naturam, ad quod tempus cuiusque seminis apta sit ad serendum. Nam[a] refert in agro ad quam partem caeli quisque locus spectet, sic ad quod quaeque[b] tempus res facillime crescat.[c] Nonne videmus alia florere verno tempore, alia aestivo: neque eadem
2 autumnali, quae hiberno? Itaque alia seruntur, atque inseruntur, et metuntur ante, aut post, quam alia; et quum[d] pleraque vere melius,[e] quam autumno inserantur,[f] circiter solstitium inseri ficos,[g] nec non bru-
3 malibus[h] diebus cerasos.[i] Quare quum semina fere quatuor[k] sint generum, quae[l] per se fiunt a natura,

Cap. XXXIX. (a) *Nam ut* Herv. (b) *quae* Br. Polit. *tempus quaeque* Ald. (c) *crescant* I. B. Br. R. deinceps *auctumnali* Br. *hyberno* Br. Ald. (d) *compleraque* I. B. Br. R. *cumpleraque* iunctim P. *compluraque* A. Ba-G. *complura, quae* Iunt. Sed in Aldina est *ut compluraque*. (e) *melius* om. I. B. Br. R. (f) *inseruntur* a. V. *auctunno* Br. (g) *ficus solet* A. Iunt. G. (h) *brumalis* B. R. (i) *cerasus* A. Iunt. G. (k) *quattuor* Br. (l) Victor. et seqq. dede-

e *robore de pacto fieri iubet*. Vrsinus praepositionem *in* omitti malebat propter locum Columellae II, 15: *sed eodem medio loco robustam materiam figere convenit*. Germanicus Interpres, *Mayer*, quum *robustam materiem* non intellexisset, pontilibus robustis medium sterquilinium consternendum voluisse Varronem suspicabatur.

Cap. XXXIX. *Nam refert*) Malim cum Hervag. *Nam ut refert*, quam cum Vrsino *Nam refert, ut in agro* legere.

Ficos) Cresc. V, 10: *Varro scribit, quod ea quae verno tempore inseruntur, possunt etiam circa solstitium inseri, ut ficus, quod densa materia non est, ideo sequitur calidiorem* et cet. Ceterum ad *ficos inseri* Gesner cogitatione iubet supplere *melius est*, ne opus sit correctione Edd. quarundam, quae habent *ficus solet*.

Brumalibus) Crescent. V, 5: *Varro scribit quod inseritur temporibus brumalibus, hoc est a die duodecima Decembris usque ad Calendas Februarii*.

Generum) Primum genus deesse omnes fatentur Interpretes, varie supplere conati. Scaliger addebat: *primum quod priusquam satum, natum* Popma: *quae nata* vel *quae prius quam sata nata*. Vrsinus: *quae primigenia; quae transferuntur e terra in terram quae ex arboribus, et quae inseruntur*. Reliqua intermedia verba spuria esse censebat. Pontedera totum locum egregie sanavit et explicuit. Primum igitur ponam locum Theophrasti H. P. II, 1, unde haec Varro duxit: αἱ γενέσεις τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν ἢ αὐτόματος, ἢ ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης, ἢ ἀπὸ παρασπάδος, ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος, ἢ ἀπὸ κλωνός, ἢ ἀπὸ τοῦ στελέχους ἐστὶν ἢ ἔτι τοῦ ξύλου

alia ex industria, quae transferuntur e terra in terram, ut faciunt viviradices;[m] quae ex arboribus dempta demittuntur[n] in humum; quae inseruntur ex arboribus in arbores; de singulis rebus videndum, quae[o] quoque tempore locoque facias.

XL. Primum semen, quod est principium genendi,[a] id duplex: unum, quod latet nostrum sensum; alterum, quod apertum.[b] latet, si sunt semina in aëre, ut ait physicus[c] Anaxagoras; et si aqua,[d] quae influit

runt: *generum quae transferuntur e terra in terram, vivi radices; quae ex arboribus dempta* et cet. Verba *per se a natura: alia ex industria: ut faciunt vivi radices* post verba *quae transferuntur e terra in terram* posita habent I. B. Br. R. Iunt. Sed Aldina, Ba. G. dederunt: *quae non transferuntur e terra in terram, sed per se fiunt a natura, alia ex industria ut faciunt vivir.* In B. R. est *transferantur.* (m) *vivas radices* P. Codd. Victorii, Codex Vrsini et Caesenas. (n) *dimittuntur* I. B. Br. R. *demittuntur* dedi ex Ald. et Codice Vrsini. (o) *quoquo tempore* I. B. Br. R. *quo quaeque temp.* A. Iunt- G.

CAP. XL. (a) *oriendi* a. V. *cenendi* P. 1. et Codd. Victorii. *eruendi* P. 2. (b) *apertum latet*: I. B. Br. R. (c) *physicos* P. (d) *in aqua quae fluit et in*

κατακοπέντος. Primi huius generis ἀυτομάτου ex semine obscuro sua sponte nati et alterius industria humana sati vestigia reperit Pontedera in istis verbis, quae primae Editiones alieno loco post verba *e terra in terram* inserunt: *per se a natura, alia ex industria, ut faciunt viviradices.* Hinc igitur efficit *quae per se fiunt a natura alia ex industria.* quae verba in ipsa Varronis oratione ponere non dubitavi. Hoc genus *primigenium* vocat cap. 40, 1, et *naturale* 41, 4.

Vt faciunt viviradices) Ita ex Edd. primis h. l. constituit egregius Pontedera, qui tamen malebat cum libris scriptis *vivas radices*. Hoc alterum genus est ἀπὸ ῥίζης ἢ ἀπὸ παρασπάδος.

Demta) Ad hoc tertium genus pertinent Theophrasti genera ἀπὸ ἀκρέμονος, ἀπὸ κλωνός, i. e. de cacumine seu surculo, et ramo seu palo, ἀπ' ἀυτοῦ τοῦ στελέχους, ἢ τοῦ ξύλου κατακοπέντος, i. e. de trunco et caudice. Recte monet Pontedera, in loco Theophrasti verba καὶ ἀπὸ ξύλου, quae paulo post leguntur ante ἀπὸ ῥάβδου, spuria et glossam esse verborum τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου.

Quae inseruntur) Quartum hoc genus continet Theophrasti ἐμφυτείας καὶ ἐνοφθαλμισμούς. Gesner in explicandis his generibus adeo post diligentem et copiosam Pontederae interpretationem male consuluit eruditionis suae laudibus.

CAP. XL. *Et si aqua*) Vrsinus malebat legi *et aqua, quom pluit, inferre solet.* Locus Theophrasti est in H. P. III, 25, et de C. P. I, 22: τὸν ἀέρα πάντων ἔχειν σπέρματα καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά.

in agrum, inferre solet, ut scribit Theophrastus. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. quaedam enim ad cernendum[e] usque adeo parva, ut sint obscura, ut cupressi. non enim galbuli, qui nascuntur, id[f] est tanquam pilae parvae corticiae,[g] id semen; sed in[h] iis[i] intus. Primigenia semina dedit
2 natura, reliqua invenit experientia coloni. Nam[k] prima, quae[l] sine colono, priusquam sata, nata;[m] secunda, quae ex iis collecta, neque priusquam sata, nata. Prima semina videre oportet, ne vetustate sint

Ald. Ba. G. (e) *oriendum sunt usque* a. V. qui dedit: *genendum propterea usque*. Vrsini Codex *adcernendum*. Codd. Victorii *ad cenendum*. (f) *id est* om. A. Iunt. G. (g) *corticae* Herv. (h) *in* om. I. B. Br. R. (i) *his* a. V. (k) *Vnde* I. B. Br. R. *Num — quam sata, nata?* Ald. et reliquae cum signo interrogandi, quod ponere voluit etiam Gesneriana, sed aberravit. *Nonne* P. 2. sed syllaba posteriore ab alia manu adiecta. Ex Codice Veneto correxit h. l. Pontedera. (l) *quae* om. A. Iunt. G. (m) *sunt* add. I. B. Br. R. Deinceps *ex his* Br. Ald. (n) *sato* Herv. deinceps *exucta* Br. Ald. (o) *vetustum* I. B.

Ad agricolas) i. e. apud. Sed Vrsinus haec verba omnino improbat.

Cernendum usque) Vulgata post Victorium *genendum propterea usque adeo* ferri non poterat, etsi *propterea* iam damnaverat inclusum Gesner. De vi generandi hic non agitur, sed de magnitudine conspicua seminis.

Vt sint obscura) Theophrastus C. P. I. 5 de cupresso: καὶ δυσόρατα καὶ μικρὰ καὶ τῶν δένδρων ἔνια σπέρματα τυγχάνει καθάπερ καὶ τῆς κυπαρίττου. ταύτης γὰρ οὐχ ὅλος ὁ καρπὸς σφαιροειδής ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐγγινόμενον ἐν τούτῳ λεπτοὶ καὶ ὥσπερ πιτυῶδες καὶ ἀμενηνὸν, ἅπερ ἐκπέταται διαχασκόντων τῶν σφαιρῶν. Plinius 17, s. 14 de semine cupressi: *minimis id granis constat, ut vix perspici quaedam possint*. In Theophrasto ex cap. 23 legi debere ὑμενῶδες, recte nuper annotavit Moldenhaver in Tentam. ad Theophrast. p. 139.

Galbuli) Turnebus Advers. 20, 16 *globuli* legendum esse censebat, ut Graeci σφαίρας, σφαίρια et *pilulas* dicunt semina cupressi. Scaliger emendatione hac reiecta vulgatam probat et veteres *galbulos* et *galgulos*, dixisse putabat pro globulis seu pilulis. Affert ex glossariis suis: *Galgulus*, *baca*, πυρήν. Vrsinus verba interposita: *id est — corticiae* ex interpretatione orta et spuria censebat esse. Non male! Exigua animalia, in aesculis nata, *galbas* dici, monet Suetonius in Galba c. 3. Quod *galgulum* etiam et *galbulum* dici monet Scaliger, nititur fortasse etiam observatione ea, quod *galbulam* avem Martialis 13, 68 quidam eandem esse putant cum galgulo Plinii. Sed avis a colore galbeo seu galbineo, id est flavo, dicta fuit.

Intus) Formam interioris pilae operose et accurate descripsit Albertus Vegetab. p. 436.

exsucta, aut ne sint admixta aut ne propter similitudinem sint adulterina. Semen vetus[o] tantum valet in quibusdam rebus, ut naturam commutet. nam ex semine brassicae vetere sato[p] nasci aiunt rapa, et contra ex raporum brassicam. Secunda semina videre oportet, ne[q] unde tollas, nimium[r] cito aut tarde tollas. Tempus enim idoneum, quod scribit Theophrastus, vere et autumno et caniculae exortu: neque[s] omnibus locis ac generibus idem. In sicco[t] et macro loco, et argilloso, vernum[v] tempus idoneum, quo minus habet humoris. In terra bona ac pingui, au-

Br. R. (p) *satae* Hervag. (q) *ne* deest I. B. R. Br. (r) *nimium cito aut tarde tollas* absunt I. B. Br. R. *auctunno* Br. (s) *neque ex* I. B. R. Br. *sico* P. *argiloso* Br. deinceps iterum *auctumno* Br. (v) *Vere* I. B. Br. R. *quo minus*

Theophrastus) C. P. I. 6: εὔλογοι δὲ καὶ αἱ ὧραι, μᾶλλον δὲ ἴσως ἀναγκαῖαι, καθ' ἃς καὶ ὅλως ἐπιβλαστήσεις γίνονται. μετόπωρόν τε καὶ ἔαρ καὶ κυνὸς ἐπιτολή.

In sicco) Theophrastus C. P. I. cap. 7: δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς χώρας προςλαμβάνειν τὰς οἰκείας ὥρας καὶ πρὸς τὰς τῶν δένδρων φύσεις. ἐπεὶ τὰ μὲν ἔνυδρα, τὰ δὲ ξηρὰ καὶ λεπτόγεια, καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ. οἰκεῖον γὰρ οὕτως διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ ὑγρόν. ἐν δὲ τῇ εὐγείῳ καὶ πηλώδει τὸ μετόπωρον. τοῦ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν, ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. ὁρίζονται δέ τινες τοῦτο τριάκονθ' ἡμέραις

Secunda semina) Intelligit viviradicea, secundum ordinem c. 39 propositum. Non intelligo, quis error animum Gesneri tantopere caecaverit, ut putaret, secunda haec semina non esse interpretanda ex divisione tradita c. 39, sed ex generali, qua modo semina diviserit omnia in prima et secunda. At enim vero haec ipsa semina secunda sunt, quae experientia coloni invenit; quae cap. 39 dicuntur esse ex industria. Verba deinceps *tempus enim* et cet. ipse Gesner censebat pertinere ad distinctionem cap. 39 traditam. Signum igitur lacunae, a Gesnero appositum, sustuli.

Caniculae) Generatim de insitione et inoculatione haec Theophr. C. P. I, 6: εὔλογοι δὲ καὶ ὧραι καθ' ἃς καὶ ὅλως ἐπιβλαστήσεις γίνονται, μετόπωρόν τε καὶ ἔαρ καὶ κυνὸς ἐπιτολή. Pertinent igitur haec ad secunda semina, omnia ex industria nata coloni, viviradices, surculos et cetera.

In sicco et macro) Theophr. l. c. c. 7: δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς χώρας προςλαμβάνειν τὰς οἰκείας ὥρας καὶ πρὸς τὰς τῶν δένδρων φύσεις. ἐπεὶ τὰ μὲν ἔνυδρα, τὰ δὲ ξηρὰ καὶ λεπτόγεια, καὶ ἄμεινον τὸ ἔαρ. οἰκεῖον γὰρ οὕτως διὰ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ ὑγρόν. ubi ex h. l. legendum est οἷς ἄμεινον τὸ ἔαρ. Varro de suo *argillosum* addidit; sed praeterea h. l. legendum est *quod minus*.

Bona ac pingui) Theophr. ἐν δὲ τῇ

tumno, quod vere multus humor; quam sationem
4 quidam metiuntur fere diebus xxx. Tertium genus seminis, quod ex arbore per surculos defertur in terram, [sic[x] in humum demittitur,[y] in quibusdam tamen][z] est[a] videndum, ut eo tempore sit deplantatum quo[b] oportet. id enim[c] fit ante quam gemmare[d] aut florere quid incipit: et quae de arbore transferas, ut ea deplantes potius quam defringas: quod plantae solum stabilius, quo latius, ut[e] radices faci-

habet humoris, vernum tempus idoneum in etc. A. I. I-G. (x) *si* I. B. Br. R. et Codd. Victor. Paulo ante *Disseritur* Codex Vrsini. *surclos* Codd. Victor. (y) *dimittitur. In* I. B. Br. R. et Codd. Victorii. Aldus distinctione mutata *ut* addidit, quam sustuli. (z) *cum* P. et Codd. Victorii. (a) Ita pro *sit* ex I. B. Br. R. et Codd. Victorii scripsi. (b) *quod* P. (c) *id fit enim* Br. *id tum fit* P. (d) *germinare* I. B. Br. R. (e) *aut* P. (f) *mittit* P. (g) Vulgo

ἐυγείῳ καὶ πηλώδει τὸ μετόπωρον. τοῦ γὰρ ἦρος πολλὴ λίαν ὑγρότης πρὸς τὸ διατηρεῖν ἕως ἔτι διαμένει τὸ δάκρυον. ὁρίζονται δέ τινες τοῦτο τριάκοντα ἡμέραις.

Defertur) Vrsinus malebat *differtur* ex cap. 42. Quod in Cod. Vrsini est *disseritur* saepenumero cum *differri* et *deferri* permutatur in libris scriptis, ut optio fiat difficilis; et vulgatam bene defendit Popma. Nec opus est multis verbis ad Scaligeri coniecturam, *deseritur* legentis, convincendam.

Sic in humum demittitur) *quom in humum demittitur* : *est videndum* legit Pontedera reliquis verbis reiectis, quae olim in margine apposita: *in quibusdam quum est* : referebantur ad lectionem Edd. pr. *si in humum* et varietatem annotabant.

(*Sic in — tamen*) *est*) Vrsino haec verba spuria videntur. Scaliger iam antea damnaverat verba *si in humum demittitur*, iisque in margine Codicis adscriptam primum fuisse putat annotationem hanc: *in quibusdam quum* (quum esse deberet *non*) *est*, eamque ipsam deinde orationi fuisse illatam. Equidem tueri non ausim verba inutilia; sed cum Scaligero in margine fuisse adscriptum: *Sic: in humum demittitur in quibusdam tamen* sc. libris legitur scriptum. His igitur inclusis, uti feci, reliqua apte et bene procedunt: *quod — in terram, est videndum*. Sic sect. 5: *Quartum genus seminis, quod — in aliam, videndum qua ex arbore in quam transferatur.*

Defringas) Virgilii locum Georg II, 300: *neve flagella summa pete aut summa defringe ex arbore plantas* ex h. l. Varronis aliquo modo expressum, certe verbum defringere hinc translatum esse censebat Victorius. Sed alii libri *destringe* habent in Virgilio, quod verbum minus est ineptum rei; dicimus enim ferro destringere, contra male defringuntur flagella. Paulo aliter Columella II, 2, 26, posuit *deplantare ramum*, ubi videtur esse pro defringere.

Quo latius) Hinc apparet, quid Varrone sit *deplantare*. Plinius XVII,

lius mittat.[f] ea celeriter antequam sucus exarescat, in terram demittendum.[g] In oleagineis seminibus [arbores] videndum, ut sit de tenero ramo ex utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clavolas,[h] alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. Quar- 5

demittunt. Demum in Pol. liber pro *demum* habet *dum* ut libri Victor. et Vrs. paulo antea *succus* Br. Ald. (h) *sclavolas* I. B. Br. R. *aliis clavolas*

s. 13: *avulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere et cum perna sua avelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Hoc modo plantantur punicae, coryli, mali, sorbi, mespili, fraxini, fici, inprimisque vites.* De vite item sect. 35, no. 3: *postea avelli cum sua calce coeptus est, ut in fico. neque est aliud vivacius.*

Demittendum. In) Ita vulgatum *demittunt. Demum in* ex vestigiis antiquae scripturae quae *dum* habet pro *demum* correxit Scaliger, cui assentitur Pontedera, nisi quod malit *admittundum.* Vrsinus *dum* librorum scriptorum mutabat in *tum.* Ceterum h. l. respicit Nonius: *taleas scissiones lignorum vel praesegmina Varro dicit de re rustica lib. I. Nam etiam nunc rustica voce intertaliare dicitur dividere vel exscindere ramum, ex utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clavolas, alii taleas appellant.* ubi reliqua ex margine et glossa Itali hominis irrepsisse putat Pontedera. Italis enim *tagliare* est putare; verbum autem *intertaliare* non esse latinum. Sine ulla tamen vitii nota in Thesaurum suum retulit Gesner. Parmensis Nonii Editio 1480 *praesegmina. Varro*, omissis verbis *quas alii clavolas.*

Taleas) Graeci, inprimis Theophrastus, cacumina arborum vocat θάλλιαν, unde Latini *taleam* effecerunt, sensu tamen variato aut mutato, ut monuit Scaliger ad Theophrastum p. 78, post eum Bodaeus p. 73. Ita Theophrastus C. P. III, 6: θάλειαν τῶν κλάδων. Idem H. P. II, 3: ἐὰν περικόπτῃς τὴν θαλιὰν oleastrum ferre phaulias ait: unde Plinius 12, s. 92: *oleastro deputato quod gignatur, vocant phaulias.* Ita enim pro *phaunos* recte emendavit Salmasius ex Polluce I, s. 241, VI, 45. In genere etiam oleam decacuminatam proficere docet Theophrastus H. P. IV, 29, περικόπτειν dicit decacuminare. Latini scriptores *taleam* diverso sensu dixerunt rami partem, utrinque praesectam, eandemque a similitudine clavam. Ita Cato 45 tripedaneas oleagineas taleas habet. Taleas oleae sesquipedales, utrinque praesectas, dicit Columella V, 9, 3, easdemque paulo post libri optimi *palos* adpellant. Plinius 17, s. 27 ficum omnibus aliis modis satam nasci ait, praeterquam talea; ex Theophrasto scilicet H. P. II, 1, ubi est: ἀπὸ δὲ πρέμνων καὶ τῶν ξύλων οὐ φύεται. Igitur taleam Plinius interpretatus est ξύλον, i. e. rami partem, utrinque praesectam: quum truncus in partes dissecatur plantandus, arbor dicitur plantari ἀπὸ πρέμνων. Contra Palladius, qui in arborum disciplina multo accuratior et copiosior Catone, Varrone et Columella graecos scriptores in latinum sermonem convertit, taleam s

clava distinguit IV, 10, 12, clavam manubrii crassitudine utrinque ex ramo citri praesectam dicens; taleam contra graciliorem et breviorem esse monet; clavam totam obrui, taleam terra exstare debere. ubi Geoponica X, 8 ramos dicunt *πασσάλους*, clavam *κορύνην*, taleam *κονδὰ πασσάλια*. Deinde altero loco Palladius sect. 23 taleam ipse cacumen interpretatur.

Oleae plantam, cum parte trunci ablatam et utrinque praesectam, Graeci generatim *φυτευτήριον* dixere, teste Xenophonte Oecon XIX, 13. Genera plantarum oleae nominant Geopon. IX, 11: *σκυτάλας χάρακας, κορμοὺς* seu *πρέμνα, τρόπαια. Σκυτάλαι* dicuntur ex ramis crassioribus in magnitudinem cubitalem desecari. Versio male *codices* dixit. Sunt enim *clavae*; in vite *σκυταλίδες* dictae ibidem IV, 3, 11: *χάρακες* seu pali, ex ramis crassioribus in magnitudinem duorum cubitorum desecti, plantantur in scrobe recti. Sunt ergo *χάρακες* eaedem quae clavae, longitudine tantum diversae. Hinc Columella taleas (i. e. clavas) postea etiam palos dixit. *Τρόπαια* ita parantur, ut de trunco resecentur ad longitudinem cubitorum quatuor aut quinque, atque ita plantentur in scrobe. Hac ratione, si bene cesserit, plantam citius comprehendere et fructum educere. Puto, *τρόπαια* dici, quod trunci pars infima relinquitur et in scrobe ponitur. Est enim *τρόπις* carina seu infima navis pars. Alii plantas antequam transferant, in ipso trunco adhuc relictas falce undique purgant et circa Arcturi ortum in scrobem demittuut (*ἐπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους ἔτι ὄντα φυτά*). Quod genus plantarum quale sit, nondum satis intelligo. Alii truncos olearum, concisos in stipites (*κορμοὺς μείζους*), deponunt in scrobe, cortice sursum verso, et terra obruunt. Hoc igitur genus alteram partem nudam cortice habere debet; et vereor, ut recte versio stipitem appellet. Quidam ex trunci parte terra obruta segmenta palmorum quatuor longitudine cum cortice exscindunt terraque obruunt in scrobe. Porro Geoponica XI, 13 salicem plantari dicunt *ἐκ κορύνης καὶ πασσαλίσκων.*, quod Columella IV, 30, 4 dixit cacuminibus et taleis. Eadem X, 65, 6 in nuce vocant *κορύνην* rami summam partem seu cacumen, inserendum in alia arbore. Similiter Theophrastus H. P. III, 6 et 9 germinis arborum cacumen *κορύνην βλαστοῦ* dixit. Nunc de scytalis videamus. Geoponica X, 22 in pyrorum plantatione aiunt quosdam ex truuci parte generosissima facere *σκυτάλας* et plantare ut oleas, ex scytala factas. Nominant *στέλεχος*, i. e. truncum superiorem; nam inferiorem seu codicem *πρέμνον* Graeci vocant, terra obrutum magna ex parte. Theophrastus H. P. II, 1 oleam nasci ait ex trunco, caudice, ligno (i. e. ramis crassioribus) et radice concisis (*ἐκ τοῦ στελέχους, ἀπὸ τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου, ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἀπὸ τοῦ ξύλου*), a virga, i. e. stolone (*ῥάβδου*) et palo (*χάρακος*) cacumine negat provenire (*ἀπὸ κλωνός*). Caudicibus sectis oleam provenire, cecinit etiam Virgilius. Oleam propagari stolone, in matre relicto, aut cum parte radicis vel trunci recisa, monet Theophr. H. P. II, 7: illud genus vocat *προμοσχεύειν ἐπ' αὐτῶν τῶν δένδρων*, hoc *φυτὰ ὑπόρριζα* et *ἀπόπρεμνα*. Stolonibus a radice seu capite oleam propagat Cato c. 51 et 133. Denique addit Theophrastus *ὅσα δὲ ἐκ τοῦ στελέχους καὶ διακοπτόμενα φυτεύεται, κάτω τρέποντα τὴν τομὴν δεῖ φυτεύειν. διακόπτειν δὲ μὴ ἐλάττω σπιθαμιαίων, καὶ τὸν φλοιὸν προσεῖναι. φύεται δὲ ἐκ τῶν τοιούτων ἔρνη βλα-*

tum[i] genus seminis, quod transit ex arbore in aliam, videndum, qua ex arbore in quam[k] transferatur, et quo tempore, et quemadmodum obligetur. non enim pirum recipit quercus; neque enim si malus pirum. Hoc[l] sequuntur multi, qui aruspices audiunt multum, a quibus proditum, in singulis arboribus quot genera insita sint, uno ictu tot fulmina fieri illud,[m] quod fulmen concepit. si in pirum silvaticam inseveris[n] pirum quamvis bonam, non fore[o] tam iucundum[p] quam

in Codd. Victor. In antiquis Nonii Edd. ex h. l. *elabulas* laudatur. (i) *Quarum* I. B. Br. R. (k) *aquam* Br. (l) *Haec* a. V. (m) *fieri. Illud* Br. *in illud* A. Ba. G. (n) *inserueris* P. (o) *pyrum* addit A. Iunt. G. (p) *iucundam* I.

στανόντων δ' ἀεὶ προσχωννύειν, ἄχρις οὗ ἂν γένηται ἄρτιον. ἄυτη μὲν οὖν τῆς ἐλαίας ἰδία καὶ τοῦ μυῤῥίνου. quem locum vertit Plinius 17, s. 28. Haec erant monenda, ne lector in scriptoribus his legendis et comparandis cum Graecis aberraret: etsi non diffiteor, nondum satis potuisse me ad liquidum perducere omnium locorum interpretationem, quae supra posui.

In aliam) Vulgarem distinctionem *aliam. Videndum* mutavi, monente Pontedera. Postea idem verba ita vôluit distingui: *neque, etiamsi malus pirum* (recipit), *hoc sequuntur multi, qui aruspices* etc. Egregie et vere, nisi fallor! Sed iam antea Vrsinus coniecerat, legendum esse: *neque enim si malum pirus, hoc sequendum. Multi aruspices aud.* Gesner malebat: *neque enim si malus pirum recipit etiam, pirum recipit quercus.*

Aruspices) Plinius 15, s. 17: *neque omnia insita misceri fas est, sicut nec spinas inseri, quando fulgura expiari non queant facile; quotque genera insita fuerunt, tot fulgura uno ictu pronunciantur.* Idem 17, s. 28: *quoniam in ulmo eam* (*morum*) *inseri religio fulgurum prohibet.* Palladius Februario 25, 30: *Morus ulmo insita comprehendit, sed parturit magnae infelicitatis argumenta.* Huc pertinet locus Macrobii II, 16, ubi pontifices aiunt ficum albam ex felicibus, contra nigram ex infelicibus arboribus esse. Piro insita mala melimela habent Geoponica X, 2. Aruspicem fulguratorem ex Catone habet Nonius.

Non fore tam iucundum) Theophrastus C. P. I. 7: καὶ μάλιστα ἐὰν τὰ ἥμερα εἰς τὰ ἄγρια τίθηται τῶν φλοιῶν. εὐτροφία γὰρ συμβαίνει πλείων διὰ τὴν ἰσχὺν τῶν ὑποκειμένων. διὸ καὶ κελεύουσι κοτίνους φυτεύσαντες ἐνοφθαλμίζειν ἢ ἐμφυτεύειν ὕστερον· ἀναλαμβάνονται γὰρ μᾶλλον ἰσχυρότερον καὶ τροφὴν ἐπισπώμενα καλλίκαρπον τὸ δένδρον ποιεῖ. ἐπεὶ εἴ γέ τις ἀνάπαλιν τὸ ἄγριον εἰς τὸ ἥμερον ἐμβάλλοι, διαφοράν μέν τινα ποιήσει, τὸ δὲ καλλικαρπεῖν οὐχ ἕξει; et cap. 9: ἅπαντα χείρω τὰ ἐκ σπέρματος, ὡς ἐπίπαν. ἐν δὲ τοῖς ἡμέροις, οἷον ῥόα, συκῆ, ἄμπελος, ἀμυγδάλη· καὶ γὰρ ὅλα γένη μεταβάλλει καὶ ἐκπαπποῦται πολλάκις ἔνια. Ceterum h. l. respexit Crescent. II, 22: *item ait Varro, quod*

si in eam,[q] quae silvestris non sit. In quamcumque arborem inseras, si eiusdem generis est duntaxat, ut si utraque malus, ita inserere oportet referentem ad fructum, meliori[s] genere ut sit surculus, quam est, quo veniat, arbor. Est altera species ex arbore in arborem inserendi nuper animadversa in arboribus propinquis.[t] Ex arbore,[v] e qua quis vult habere surculum, in eam, quam inserere vult, ramulum traducit,[x] et in eius ramo praeciso, ac[y] difisso implicat.

B. Br. R. (q) *ea* P. (r) Vulgo *sit.* Paulo antea *quancumque* Br. *quancunque* Ald. (s) *meliore* Br. (t) Punctum om. I. B. Br. R. (v) *enim* add A. Iunt. G. Deinceps *qua vult habere* omisso *e* et *quis* I. B. Br. R. Cresc. II. 22 et Caesenas Codex. *a quia quis* A. Iunt. G. (x) *traducat* I. B. Br. R. Cresc. (y) *et defisso* I. B. Br. R. *defixo* Cr. *ac diffisso* Iunt. P. Deinceps

melior est insitio in arborem domesticam quam sylvestrem, quia meliores fructus producit.

Vt si utraque) Ita cum Vrsino scripsi. Vulgo *ut sit*. Exemplum affert illustrandae sententiae aptum.

Referentem ad fructum) Otiosa haec verba censebat Vrsinus, quae si abessent, unde iudicabitur genus melius surculi?

Ex arbore, e qua quis vult) *Ex arbore quam volt habere; in eam* omisso *surculum* legit Pontedera; *quam* ex Polit. et Iensoniana afferens; sensum ita interpretatur: quam arborem dominus reparara ex proximo desiderat.

Traducit) Pontederae notam ad h. l. priorem quidem, ubi vir doctus varietatem lectionis e Crescentio, nullo tamen interposito iudicio, adscripserat, omisit Gesnerus, ut nimis longam; neque adeo lectionem Crescentii inde excerpsit, quam nunc ex eadem editione, qua usus erat Pontedera, posui. In Curis secundis Pontedera lectionem Iensonianam merito probat, quam secutus et ipse locum ita legendum esse censeo: *implicat eum. Tum ramuli locus, qui contingit, ex utraque parte, qua fissuram intrat, falce extenuatur, ita, ut ab una parte, qua coelum visurus est, corticem cum cortice exaequatum habeat.* Quanquam rectiorem et naturalem verborum ordinem hunc esse puto, a librariis, ut tot aliis in locis, turbatum: *traducit, tum ramulum ex utraque parte, qua fissuram intrat, falce extenuatum in eius ramo praeciso ac difisso implicat, qui contingit ita, ut ex una parte, qua coelum visurus est, corticem cum cortice exaequatum habeat.* Gesnerus vulgatam interpungendo post *contingit* loci interpretationem adiuvare voluit, quum antea punctum esset post *implicat*, quod restitui. Sententiam loci quasi per transennam vidit Gesnerus, lectionem tamen constituere non est ausus: *Qua coelum visurus est* recte interpretatur *qua parte surculus* exstat, in ipsa commissura debet habere corticem, matris cortici accurate aequatum, ne commissura transluceat. Propaginis hoc genus, cum insitione per-

eum[x] locum qui contingit,[y] ex utraque parte,[b] quod intro est, falce extenuatur,[c] ita[d] ut ex una parti,[e] quod[f] caelum visurum est, corticem cum cortice[g] exaequatum habeat. Eius[h] ramuli, quem inseret, cacumen ut directum[i] sit ad caelum, curat. Postero anno quum comprehendit,[k] unde propagatum est, ab altera arbore praecidit.

XLI. Quo tempore quaeque[a] transferas, haec in primis videnda, quod quae prius verno tempore inserebantur, nunc etiam solstitiali, ut ficus, quod densa

implicare in locum , quod contiugit Cr. (z) *tum ramuli locus, qui* A. Iunt. G. (a) *contigerit* I. B. Br. R. (b) *qua fissuram intrat, falce* A. Iunt-G. *quod intus est* Cresc. (c) *extenuatum* I. B. Br. R. Cr. (d) *ita ex ima* I. B. Br. R. (e) Ita pro *parte* P. (f) *qua caelum visurus* A. Iunt-G. *quo cael.* Cr. (g) *codice* I. B. Br. R. *acquatum* Cr. (h) *Eius autem* A. Iunt-G. Deinceps *insereret* Gesner. utraque errore. (i) *detectum* I. B. Br. R. *derectum* P. (k) *comprendit* P. *postero curet anno, cum comprehenderit unum propagatum ab altera — procedit* Cr.

Cap. XLI. (a) *quaque* P. Deinceps *quodque prius* Br. (b) *calidiorem* I. B.

mistum, veluti suum commentum, copiosius exposuit Columella V, 11, 13, et ex eo Plinius 17, s. 30, no. 7, qua de re miror non admonuisse Plinium nec Editores Columellae et Varronis.

Inseret) Ita recte Br. Ald. Cresc. Cum Victorio male Gesneriana *insereret*, cui Gesner *inserit* vel *inseret* substitui malebat. Cacumen ad coelum dirigitur, ne pluvia in situ obliquo consistat.

Ab altera arbore) Glossam esse putat Vrsinus, assentiente Gesnero, qui incluserat. Verum desideratur vocabulum, quo ramus praecidendus significetur. Nunc dicitur, unde sit praecidendus. Igitur mallem: *comprehenderit, id quod propagatum est ab altera arbore praecidit.* Cresc. habet *unum propagatum ab altera.*

Cap. XLI. *Solstitiali*) Cresc. V, 10: *Varro scribit, quod ea, quae verno tempore inseruntur, possunt etiam circa solstitium inseri, ut ficus, quod densa materia non est et ideo sequitur calidiorem, a quo fit, ut — aqua recens inimica est, tenellum cito facit putrefacere, ita quod caniculae signo commodissime existimetur ea inseri — supra ligatur — prius arescat — et ita exacuendum — dividetur medulla — et libro ligandum. Cato scribit quod etiam per vindemiam ficus inseri potest.* ubi Editio mea antiqua habet: *decisa materia — aqua recenti in fico in nuca tenellum etiam cito facit putrere ita quod — existimatur ea — nimis sunt mollia — obliniendum — Cato enim scribit.* Idem Cresc. II, 22: *fit etium, ut ait Varro, haec insitio commode in solstitio aestivo et caniculae signo et praecipue in fico.*

materia non est, et ideo sequitur caldorem.[b] A quo
2 fit, ut in locis frigidis ficeta fieri non possint. Aqua recenti insito inimica. tenellum enim cito facit putre. Itaque quod[c] inseritur caniculae signo, commodissime existimatur[d] inseri. quae autem natura minus sunt mollia, vas aliquod supra alligant, unde stillet[e] lente[f] aqua, ne prius exarescat[g] surculus, quam coalescat.[h] cuius surculi corticem integrum servandum, et eum[i]

Br. R. Cresc. *caldiorem* P. (c) *quae fit* Br. *qui fit* P. teste etiam Victorio. *quod fit* Cod. Caesenas. (d) *existimãtur ea* I. B. Br. R. *existimatur ea* P. Cr. *aestumatur* A. Iunt. G. (e) *stilet* B. R. (f) *lenta* Bon. *lente in iis aqua* A. Ba-G.* (g) *arescat* B. R. Cresc. (h) *colescat* P. (i) *cum sit* I. B. Br. R.

Caldorem) Pontedera probabat lectionem *calidiorem* et intelligebat locum aut mensem. Mihi aliter videtur.

Aqua recenti insito inimica) Geoponica X, 75: ὄμβρος τῷ μὲν ἐγκεντρισμῷ χρήσιμος τῷ δ' ἐμφυλλισμῷ ἀσύμφορος. Est vero ἐγκεντρισμός, quum surculus fisso trunco, ἐμφυλλισμός autem, quum inter truncum et corticem inseritur. Posterior ratio locum habet in arboribus humidis; igitur ex ratione Theophrasti, qui ἐμφυτείᾳ reliquae, praeter inoculationem pluviam utilem censuit, nisi arbor sit natura humida, aqua et inoculationi et ἐμφυλλισμῷ recenti nocet.

Itaque quod) Victor. Codicum lectionem *itaque qui* probabat Pontedera; antiquum enim *qui* fuisse generis communis. Idem Caesen. Codicis lectionem *quod fit C. s. commodissime existimatur ex ea inseri*, Veneti: *qui fit C. s. comm. existimatur inseri* memorat. Ceterum totum hoc caput ex Theophrasto C. P. I. 6 translatum esse, egregie admonuit Victorius. Ita igitur Theophrastus: τὸ δ' ὕδωρ τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ πολέμιον· ἐκσήπει γὰρ καὶ ἀπόλλυσι παραρῥέον διὰ τὴν ἀσθένειαν. διὸ καὶ ἐπὶ κυνὶ δοκεῖ ἀσφαλέστατος εἶναι — τῇ δ' ἐμφυτείᾳ χρήσιμον (τὸ ὕδωρ) ἂν μὴ ᾖ ὑγρὸν τῇ φύσει. διὸ καὶ οἱ μὲν αὐτῶν πηλὸν ἐπικολλαίουσιν, οἱ δὲ χύτραν προσβάλλουσιν ὕδατος, ὥστε κατὰ μικρὸν ἐπιῤῥεῖν. ἀναξηραίνεται γὰρ ἂν ταχὺ, μὴ ἔχον ὑγρότητα διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἑλκώσεως. ὀρθῶς δὲ εἰς τὸ διατηρεῖν ἀῤῥαγῆ τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν φλοιὸν, καὶ τὸ ἔνθεμα οὕτως ἀποξύειν ὥστε μὴ γυμνοῦν τὴν μήτραν. ῥαγέντος γὰρ ἢ γυμνωθείσης ἀναξηραίνεται καὶ διαφθέρεται. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ περιδοῦσι φιλύρας ἔξωθεν φλοιοῖς· καὶ ἐπὶ τούτοις περιαλείφουσι πηλῷ τετριχωμένῳ, ὅπως ἔμμονος ἡ ὑγρότης ᾖ καὶ μήθ' ἥλιος μήθ' ὕδωρ μήτε ψῦχος παραλυπῇ — χρὴ δὲ καὶ τῆς ὑγρότητος τῆς αὐτῶν συμμετρίαν τινὰ ὑπάρχειν. διὸ καὶ τὴν μὲν ἄμπελον προαποτέμνουσιν ἡμέραις τρισὶ (ita ex Varrone legendum esse pro τισὶ, monuit etiam Victorius) πρότερον, ὅπως προαποῤῥυῇ τὸ δάκρυον καὶ μὴ σήπηται μηδ' εὐρωτιᾷ. ῥόα δὲ καὶ συκῆ καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρῆμα. Inquibus vertendis magnopere aberravit Varro, et quaedam temere omisit. Primum insitionem ab inoculatione non distinxit. Inocula-

sic exacuendum, ut non denudes medullam. ne extrinsecus imbres noceant, aut nimius calor, argilla oblinendum,[k] ac libro obligandum. Itaque vitem[l] 13 triduo antequam inserunt,[m] desecant, ut qui[n] in ea nimius est humor,[o] diffluat ante, quam inseratur. aut[p] in qua inserunt, in ea paullo infra, quam insitum est, incidunt: unde[q] humor[r] adventicius effluere possit. contra in fico et malo Punica, et si qua etiam horum natura aridiora,[s] continuo. In aliis translationibus videndum, ut quod transfertur[t] cacumen, habeat gemmam, ut in ficis. De his [primis] quatuor 14

Deinceps *inbres* Br. (k) *obliniendum* a. V. et Cresc. (l) *cum* inser. P. (m) Ita pro *inserant* I B. R. Br. (n) *quod ea* P. (o) *umor* P. *defluat* Ald. (p) *aut* Br. et Caesen. Codex *et* H. Vulgo *at*. deinceps *paulo* Br. A. (q) *in qua* I. B. R. Br. (r) *umor* P. sic per hoc caput et alibi pluries. (s) *aridior. Continuo* in I. B. R. Br. (t) *transferatur:* in I. B. Br. R. *transfertur*, in A.

tioni enim aqua nocet. Deinde *quae natura minus mollia sunt*, debebant verti *humida*. et pertinent ad insitionem, proprie dictam. Postea transitum facit nimis abruptum ad vitem.

Desecant) Cresc. IV, 11: *Varro scribit, vitem inserendam siccari debere triduo antequam inseratur, ut, qui in ea nimius* (antiqua mea *nimis*) *est humor, diffluat a vite, antequam inseratur, aut paulo infra insitam incidatur ut inde humor.* Vnde comprobatur emendatio Pontederae statim memoranda. Ex Crescentii *siccari* efficit Pontedera *desicant*, quam formam multis in locis Polit. liber praefert. Ceterum deinceps post *ante* sustuli comma. Vitis, *quam inserunt*, opponitur ei *in qua inserunt.* — Pontedera ex Polit. et duobus Flor. annotatum *quod ea nimius* mutat in *eae* pro *eius*; deinde *cum* libri Polit. ante *triduo* positum mutat in *aut*, denique *in qua humor* pro *unde humor* ex Edd. pr. et Codd. restituit. In sequentihus *aridior* ex Edd. pr. et Polit. postea *transferatur, in cacumen* (i. e. in cacumine) *habeat gemmam* indidem Aldinis praefert.

Aut in qua) Si scilicet statim surculum inserere volunt, non antea desiccato nimio humero. Ita enim recte ea Edd. primis et Codice Caesenate scribi iussit Pontedera. Ceterum haec verba hodie non exstant in Theophrasto. De surculo inserendo eadem docent Geoponica IV, 12, et rationem edunt, paulo diversam a Theophrastea X, 75, 14 seqq. ubi etiam reliqua Theophrasti doctrina de insitione et inoculatione exstat. In malleolo plantando alia ratio est; is enim quam recentissimus deponitur.

Transfertur) Victorianum *transferat* Pontedera mutabat in *transferat* vel *transferatur*. Equidem sequor Edd. I. I-G.

De his primis) Gesner vocem *primis*, ut supervacuam, inclusit. Respicit enim Varro ad quatuor ista ge-

generibus seminum, quaedam quod tardiora, surculis potius utendum,[v] ut in ficetis faciunt. Fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus. quae sunt minuta grana, e quibus parvis, quod enasci coliculi vix queunt. Omnia enim minuta et arida ad crescendum tarda; ea[x] quae laxiora, et[y] foecundiora; ut

Iunt. G. *transferat in* cum Victor. Gesner. Deinceps *quattuor* Br. (v) *quam semine* add. A. Iunt. G. (x) *et* Eaedem. (y) *ea et* Eaedem. (z) Ita pro

nera, de quibus tradiderat cap. 39, s. 3. Triller Observ. IV, 27: *de his inprimis* vel *de his privis*, i. e. singulis, coniecit.

Tardiora, surculis) Theophr. I, 8: εὐβλαστῆ δὲ καὶ εὐαυξῆ τὰ ἐκ τῶν φυτευομένων μᾶλλον ἢ τῶν σπερμάτων. εὐλόγως· ἄλλως τε κᾂν ὑπόῤῥιζα ληφθῇ. Plinius XVII, sect. 10: *Quaedam non aliter proveniunt quam semine, ut castaneae, iuglandes. Ex semine ea quoque, quae et aliis modis seruntur, ut vites, mala atque pyra. — Omnia haec tarda proventu ac degenerantia et insito restituenda. — Quibusdam natura contra omnino non degenerandi, quoquo modo serantur, ut cupressis, lauris.*

Semen naturale) In fico τὰ πρόπτωτα ἔρινα floris vicem obtinere sit Theophrastus H. P. I. 6 et 8, i. e. grossos, primo vere erumpentes et cadivos. Flore carere ficum dixit etiam Plinius 16, cap. 15. Grana, quae recte Varro semina dixit, Theophrastus et Graeci κεγχραμίδας, Plinius *grana* et *frumenta* dixit. Totam interiorem ficorum pulpam Columella *farctum* vocavit. Semina, inclusa fico, nascuntur ex floribus masculis et foemineis, eodem fructu inclusis, sed loco superiore atque inferiore distinctis, quod primus ad Theophrastum suspicatus erat Bodaeus a Stapel. Flores masculos accuratissime nuper descripsit et pinxit Bernard in *Mémoires d'Agriculture de la Société de Paris année* 1786.

Parvis quod) Vitium vidit Gesner, qui malebat *quod parvis*, quod interim probandum puto. Male vero cum his parvis ficorum seminibus copulavit verba Theophrasti, ubi pessime μανὰ vertit *minuta*, quae debebat *laxa*. Quae enim densa et arida, minus esse ait Theophrastus ad incrementum prona. Sed nunc demum video, post longam parenthesin Varronem ad superiora haec *vix queunt* redire demum sect. 5 in his verbis: *quare ex terra potius* etc. et orationem absolvere.

Minuta) Theophrastus C. P. I, 8: τὰ μὲν γὰρ πυκνὰ καὶ ξηρὰ δυσαύξητα. πᾶν γὰρ το ἔμπυρον πυκνὸν καὶ ξηρὸν καὶ πικρὸν, ὥστε βραδεῖαν εἶναι τὴν ἐπίδοσιν. θατέρῳ δὲ τὸ ὑγρὸν πολὺ διὰ τὴν μανότητα· καὶ ὅλως ἡ ὑγρότης εὔβλαστόν τε καὶ εὔτροφον. φανερῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων τοῦτο συμβαῖνον καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. εὐαυξότερα γὰρ τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων, ὑγρότερα καὶ μανώτερα τὴν φύσιν ὄντα. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν δένδρων· ῥόα μὲν καὶ συκῆ καὶ ἄμπελος εὐαυξῆ, φοῖνιξ δὲ καὶ κυπάριττος καὶ δάφνη καὶ πεύκη καὶ ἐλαία δυσαυξῆ. In Varrone deinceps mallem cum Edd. I. I-G. legi: *et quae laxiora ea et foecundiora.*

foemina, quam mas. et[a] proportione in virgultis item. itaque ficus malus Punica et vitis propter foemineam[a] mollitiam[b] ad crescendum prona. contra palma et cupressus et olea in crescendo tarda. in hoc enim[c] humidiora quam aridiora. quare ex terra potius in seminariis[d] surculos de ficeto quam grana de[e] fico expedit obruere: praeter si aliter nequeas: ut si quando quis trans mare semina mittere, aut inde petere vult. tum enim per resticulam[f] ficos, quas edimus, maturas perserunt,[g] et eas quum inaruerunt,[h] complicant, ac quo volunt mittunt, ubi obrutae in seminario pariant. Sic[i] genera ficorum, Chiae, ac Chal- 6

ex scripsi ex Pol. (a) *foeminem* P. (b) *molliciam* P. Iens. *mollitiam* Libri Victorii. *molliciem* Br. Ald. (c) *enim* om. Gy. (d) *seminario* I. B. Br. R. (e) *ex* Eaedem. (g) *perferunt* H. (h) *inaruerint* a. V. (i) *Sic* om. I. B. Br

Et proportione) Ita recte Polit. libri pro *ex proportione*. Pessime Gesner in indicem h. l. retulit cum altero. I, 48, 3, ut auctoritatem vocabuli *proportio* comprobaret. De loco Catonis 106 supra dixi.

Foemineam mollitiam) *foeminam molitiam* ex libro Polit. et S. Reparatae probat Pontedera. Verba *in hoc enim humidiora quam aridiora* interpretatur: *ad crescendum prona* magis valent *humidiora quam aridiora.*

In hoc enim humidiora) Vrsinus haec cum sequenti *ex terra* spuria esse censebat et totum locum ita concinnabat: *tarda. quare potius in seminariis* etc. Pontedera suspicabatur, a Varrone fuisse expressa, quae sequuntur in Theophrasto: ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἔνια ὑπὸ τῆς ἀσθενείας. καὶ γὰρ τοιαῦτα δυσαυξῆ καὶ δύστροφα. Igitur emendabat: *in hoc etiam imbecilliora.* Sed verba ipsa haec qua ratione eam sententiam reddant, non explicavit. Equidem transpositis verbis lego: *tarda ea quae laxiora et foecundiora, in hoc enim humidiora, quam aridiora.* Expressit enim Theophrastea: θατέρῳ δὲ τὸ ὑγρὸν πολὺ διὰ τὴν μανότητα.

Ex terra) Vrsinus delebat haec; Gesner in *et terra* mutata tolerari posse censebat; quod mihi non videtur.

Per resticulam ficos) Sic restituit Pontedera ex Edd. pr. et Codd. probante Schneidero, qui vulgatam dedit *resticulas per ficos.* TYP.

Vbi obrutae) Vrsinus malebat *ut obrutae.* Geoponica X, 45: ἐάν τις βρέξας σῦκα περιπλάσσῃ ἐν σχοινίῳ καὶ τοῦτο φυτεύσας ἀρδεύσῃ, ἐμφυήσεται πολλὰ φυτά, ἅτινα χρὴ μεταφυτεύειν. Aeneas Gazaeus in Theophrasto p. 67: οἱ γεωργεῖν [illegible]ι σῦκον σχοινίῳ προστρίψαντες κα[illegible]γχραμίδων ἐμπλήσαντες κατέχωσαν τὸ σχοίνιον. χρόνος βραχὺς καὶ πρὸς μέτρον τῶν κεγχραμίδων συκαῖ κατὰ στίχον κείμεναι ἐφάνησαν.

cidicae, et Lydiae, et[k] Africanae: item caetera transmarina in Italiam[l] perlata. Simili de causa oleae semen quum sit nuculeus,[m] quod ex eo tardius enascebatur colis, quam e[n] taleis, ideo potius in seminariis taleas, quas dixi,[o] serimus.

XLII. De[a] Medica in primis observes, ne[b] in terram nimium aridam aut variam, sed temperatam semen demittas. in iugerum unum, si est natura temperata terra, scribunt opus esse Medicae[c] sesquimodium. id seritur ita, ut semen iactatur, quemadmodum scilicet quum pabulum et frumentum seritur.

XLIII. Cytisum seritur in terra bene subacta tanquam semen brassicae: inde differtur, et in sesquipe-

R. (k) *et* abest I. B. R. Br. (l) *Italia* Herv. (m) *nucleus* ed. Schneideri. (n) *ex aliis* I. R. Br. *ex cosis* Bon. *ex taleis* Ald. (o) *diximus* I. B. R. Br. · Cap. XLII. (a) *De medica* lemma faciunt I. B. R. *melica* Br. (b) *vel* I. B. Br. R. *ut ne* A. Iunt. G. (c) *melicae* I. B. Br. R.

Quam et aleis) Haec verba spuria esse censebat Vrsinus. Deinceps *serimus* malebat Gesner, quoniam praecessit *enascebatur*.

Cap. XLII. *De medica*) Haec duo verba, in libris antiquioribus non reperta, Victorius alieno loco posita pertinere suspicabatur ad verba *in iugerum unum*. reliqua vero deinceps verba ad oleae semen adhuc referenda esse. Quem secutus Scaliger opinionis istius argumentum quaerebat in verbo *demittas*. Medicae enim semen spargi, oleae demitti. Sed recte censuit Pontedera, haec omnia ad medicam pertinere; et oleae semina seu nucleos in satione oleae improbari a Varrone. Praeterea in medicae satione adiici debuisse a Varrone terrae naturam, ut in cytiso factum esse videmus.

Variam) de qua vide ad Catonis cap. V, sect. 6.

Sesquimodium) Colum. II, 11 in locum decem pedibus longum et quinque latum, deputat cyathos singulos seminis; Plinius 18, s. 43: *in iugera modia vicena* ponit. Sed ibi *in iugerum modii bini* scribendum esse suspicor. Pontedera p. 204 *in iugera VIII modia biseva* legi malebat.

Id seritur) In Codice reperit Vrsinus *id differtur*. Quam lectionem etsi etiam Pontedera probare videtur, ipse tamen plane abiiciendam censeo. Dicitur enim differre de plantis, in alium locum transferendis; medica autem non transplantatur.

Iactatur) Gesner et Pontedera *iaciatur* malebant; hic quidem etiam *semel iaciatur*, ne scilicet sit necesse interserere.

Scilicet) Pro voce hac in Codd. Victorius scriptam reperit literam L. atque omnino ut alienam deleri voluit Pontedera.

Cap. XLIII. *Brassicae*) Colum. V,

dem ponitur. aut etiam de cytiso duriore[a] virgulae deplantantur, et ita pangitur in serendo.

XLIV. Seruntur fabae modii IIII[a] in iugero, tritici V, ordei VI, farris X. sed nonnullis locis paullo[b] amplius aut minus. si enim locus crassus, plus: si macer, minus. quare observabis, quantum in ea regione consuetudo erit[c] serendi: ut tantum facias, quantum valet regio ac genus terrae. ut ex eodem semine aliubi cum decimo[d] redeat, aliubi cum quintodecimo,[e] ut in Hetruria, et[f] locis aliquot in Italia. in Sybaritano[g] 2
dicunt etiam cum centesimo redire solitum. in Syria ad[h] Garada, et in Africa ad Byzacium[i] item ex modio nasci centum. Illud quoque multum interest in rudi

Cap. XLIII. (a) *duriores* I. B. Br. R.

Cap. XLIV. (a) *quattuor* Br. deinceps *hordei* Br. (b) *paulo* Br. A. (c) *est* a. V. (d) *decem* B. R. *cum* X. Br. (e) *quindecim* B. R. XV. Br. Deinceps *Etruria* Br. (f) *et* om. I. B. Br. R. (g) *sybiritano* I. B. *sybritano* R. Vide supra ad cap. 7, sect. 6, varietatem. (h) *agarada* I. B. Br. R. *ad Garadda* Gr. G. (i) *bizantium* B. R. *byrachium* Iens. Br. Iunt. *Dyrrhachium* Herv. *byrachium* Ald. in Corrig. in textu enim est *dyrrhachium*. Gesner 12: *quum terram bene subegeris, areolas facito, ibique velut ocimi semen cytisi autumno serito*. Plinius 13, s. 47: *seritur cum hordeo, aut vere, semine, ut porrum*. Varro igitur voluit intelligi, serendum esse in areolis, velut semen brassicae.

Sesquipedem) Columella l. c. *plantas deinde vere disponito, ita ut inter se quoquoversus quatuor pedum spatio distent*. An potius de scrobe Varro intelligendus est. Plinius enim l. c. plantas cubitales in scrobe pedali seri iubet.

Virgulae) Columella cacumina cytisi vere deponit; et ramis serit. Igitur male h. l. Editiones primae habent *duriores*.

Cap. XLIV. *Si macer, minus*) Contra plane praecipit Columella II, 9, ubi accuratius de ea re disputabitur.

Erit serendi) Vrsinus omitti malebat *serendi*. Ceterum recte et egregie in h. l. ita corrigebat: *consuetudo erit, ut tantum facias: quod tantum valet — terrae, ut ex* etc. Brevius etiam sic corriges: *facias. Tantum valet* etc.

Decimo) Sc. grano. Vsum loquendi ex Cicerone etiam, Verrin. III, 47, annotavit Gesner.

Garada) Cum Bocharto Geogr. I, 24, p. 525, *Gadara* corrigebat Schoëttgen, approbante Gesnero. Alterum nomen ignotum aliunde est.

Nasci centum) Ex Plinio *centum et quinquaginta* corrigit Pontedera. Scilicet Plinius 17, c. 5: *contra in Byzantio Africae illum centena et quinquagena fruge fertilem campum* etc. sed idem 5, s. 3: *Libyphoenices vo-*

terra, an in ea seras, quae quotannis obsita sit, quae
vocatur restibilis: an in vervacto, quae interdum
3 requierit.[k] Cui Agrius,[l] In Olynthia quotannis resti-
bilia esse dicunt, sed ita[m] ut tertio quoque anno ube-
riores ferant fructus.[n] Licinius, Agrum alternis annis
relinqui oportet, aut paullo[o] levioribus sationibus
serere,[p] id est, quae minus sugunt terram. Dice igi-
tur, inquit Agrius, de tertio gradu, De nutricatio-
4 nibus,[q] atque alimoniis eorum. Ille,[r] Quae nata sunt,
inquit, in fundo alescunt, adulta concipiunt, prae-

tamen A. Ba. Gr. ait habere *byrrhachium*, G. *byrrachium*. (k) *requievit* I. B. Br. R. (l) *Acrius* P. (m) *id aut* I. B. Br. R. (n) *fructos* P. (o) *paulo* Br. Ald. (p) *serere* om. I. B. Br. R. (q) *nutricionibus* Br. *nutritionibus* I. B.

cantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL. M. passuum per circuitum, fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra. Idem 18, s. 21: *quum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio Africae campo centeni quinquageni modii reddantur.* Campi huius nomen in moumentis antiquis variatur. Libri enim Plinii quidam similiter Byzantium nominant; et Graeci, teste Stephano Byz. incolas Βύζαντας, oppidum Βυζάντιον vocant. Varro oppidum dicere visus est Salmasio ad Solini cap. 27, sed recte monet Schoëttgen, *ad* etiam dici pro *apud*, itaque campum etiam intelligi posse. Herodoti Gyzantes male miscuit cum Byzantibus his Stephanus. Vide Interpretes Herodoti IV, 194.

Vervacto) Restibili opponitur. Columellae libri scripti appellant ubique *veteretum*, quod recte probabat Scaliger, qui monet, Gallos suos hodieque agrum eiusmodi partim *Gueret*, partim *Varet* appellare. Locus est manifestus Columellae II. 10, 5: *fabae pinguissimus locus vel stercoratus destinatur, et si veteretum erit in valle situm — sin autem proximae messis occupandum erit restibile — et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus imporcatumque occabimus;* ubi crudo solo, et restibili agro, opponitur veteretum. Faba autem semper in agro non proscisso serebatur. Gesner ubique praeferebat *veruactum*; sed recte eum refutavit Pontedera.

Quotannis restibilia) Puto *quotannis* vitiosum esse aut redundare. Restibilis enim ager est, qui quotannis obseritur.

Dicetur, inquit) Recte Pontedera corrigit: *Dice igitur, inquit*; ut infra libro III, 16. — Emendationem Pontederae reposui pro vulg. *Dicetur*. T.

De nutricationibus atque alimoniis eorum) Haec verba ex capite 34 inepte repetita fuisse a glossatore censebat Vrsinus. De tertio hoc gradu vide cap. 37, s. 4.

Ille, Quae) Antiqua lectio, quam Ponted. et Schneid. praeferunt vulgatae *Licinius, Quae*. Vid. pag. seq *T.*

gnantia quum[s] sunt, matura pariunt poma, aut spicam; sic[t] alia: a quo profectum, redit semen. Itaque si florem, acerbumve pirum, aliudve quid decerpseris, in eodem loco eodem anno nihil renascitur. quod praegnationis diem idem[v] bis habere non potest. ut enim mulieres habent ad partum dies certos, sic arbores ac fruges.

XLV. Primum plerumque[a] e terra exit ordeum diebus VII. nec multo post triticum. legumina fere quatriduo[a] aut quinque diebus, praeterquam faba. ea enim serius aliquanto prodit[b] seges. Ostendit idem

R. (r) *Ille* I. B. Br. R. et Codd. Victorii. (s) *vel cum* I. B. R. Br. *L cum* Cod. Victorii. (t) *si talia a quo* I. B. R. Br. Vulgo est *sic alia*, *simile ei — redit*. Nobiscum faciunt I. I-G. A. nisi quod *profectum est* habent. (v) Ita Edd. ante Victor. qui *diem* omisit.

CAP. XLV. (a) *plerunque* Ald. Deinceps *quadriduo* P. (b) *prodit: seges*

Quum sunt matura) Inepta haec esse, vidit etiam Vrsinus, sic ordinans: *praegnantia pariunt poma aut spicam; sic alia; quae quum sunt matura, simile ei, a quo profecta sunt, reddunt semen.* Interim vulgarem distinctionem *quum sunt, matura p. poma* correxi. Neque enim vel arbores vel segetes statim pariunt poma matura aut segetes maturas, sed praegnantia pariunt demum, quum maturatum fuerit semen conceptum.

Nutricationibus — eorum. Licinius — Sic alia simile ei, a quo profectum reddunt semen) *Nutritionibus — eorum. Ille, quae — praegnatia quum sunt, matura p. poma, aut spicam; sic alia: A quo profectum, redit semen;* ex Edd. pr. restituit Ponted. in Curis post. In Florentino Codice reperit *praegnatia*, in Polit. et reliquis Florentinis *Sic alia: a quo pr. redit semen;* quam lectionem ipse nunc amplector.

Diem idem) Antiquam lectionem restituendam esse viderunt Vrsinus et Pontedera, confirmantes ex loco Theophrasti C. P. I, 14: διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐάν τις ἀφέλῃ τὸν καρπὸν ἢ ἄνθος, δύναται πάλιν ἕτερα γεννᾶν, διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὸν τῆς κυήσεως χρόνον. Vnde Vrsinus vocem *bis* deleri etiam voluit. Gesner vulgatum *praegnationis* velnti pro praegnationes dictum ineptissime defendit.

Ea enim serius aliquanto prodit. Seges ostendit item milium et sesima et caetera similiter aequis diebus) Sic ingeniose concinnavit hunc locum Pontedera in Curis post. ex scriptura antiqua, *segetem* interpretatus arvum, agrum sationalem.

Prodit seges) Theophrastus H. P. VIII, 1, unde haec sunt ducta habet: κύαμος δὲ καὶ τῶν σιτωδῶν ἐν πλείοσιν; unde malim h. l. *quam seges*, i. e. quam frumenta. In Plinio 18, cap. 7, qui eadem transtulit legitur: *legumina quarto, vel cum tardissime septimo*, ubi Vrsinus corrigebat *quinto*.

milium, et sesama,[c] et caetera similiter aequis fere diebus, praeterquam si quid regio aut tempestas vitii attulit, quo minus ita fiat. Quae in seminario nata, si loca erunt frigidiora,[d] quae molli natura sunt, per brumalia tempora tegere oportet fronde aut stramentis: si erunt imbres secuti, videndum necubi aqua consistat. venenum enim gelum[e] radicibus tenellis sub terra, et supra virgultis,[f] quae nec[g] eodem tempore aeque crescunt. nam radices autumno aut hieme
3 magis sub terra, quam quae[h] supra adolescunt, quod[i] tectae terrae tepore propagantur, supra terram aëre frigidiore cinguntur.[k] idque[l] ita esse docent silvestria,

ostendit. Item I. B. Br. R. (c) *sesima* I. B. Br. R. (d) *frigida* Ald. Deinceps *consistet* Hervag. (e) *gelu* a. V. *propter gelu* Cresc. (f) *virgulta: nec* I. B. Br. R. Iuul. *virgultis ne eodem aquae crescant* Cresc. (g) *ne* Polit. et Cresc. (h) *quae* inserui cum Ponted. Deinceps *alescunt* a. V. (i) *Quo tecte* P. *Quo certe terra tempora tectae propagantur* I. B. Br. R. *quia ratione terrae tempore* Cr. (k) Ita ex Cresc. et Cod. Veneto scripsi. *tinguntur* I. B. Br. R. *ringuntur* cum Aldina reliquae. (l) *Itaque* P. *quod ita esse* Cresc. ubi antiqua mea:

In hoc Varronis loco Vrsinus delebat verba *séges ostendit*. Crescentius III, 16: *His temporibus et eodem modo, ut triticum seritur et septem diebus sub terra moratur et quum egreditur, ut ait Varro: legumina vero quinque diebus, praeterquam faba.*

Nata, si loca) Malim: *quae in seminario nata molli natura sunt, si loca erunt frigidiora, per* etc. Cresc. habet: *nata sunt — erant frigidiora — ne alicubi — venenum est propter gelu.—*

Gelum) In Catonis cap. 40, s. 4, *gelus* pro gelu, ex libris suis dedit Victorius. Varro apud Nonium pag. 492 Mercerii: *Pieridum comes quae tenes cata gelo putri montium laxa;* ubi antea erat: *Pueri dum comitesque tenent.* Quidam corrigebant *strata* pro *cata.* Libri Mercerii habent *comes*, in reliquis posuit Scaligeri emendationem, de Echo interpretatus cum eo. Editio Parmensis 1480 pariter *comesque* habet. Scaligeri probata correctione *cavata gelo — montium saxa* legi vult Gebhard. Antiq. Lect. II, 19.

Quam quae supra) Ita recte emendavit Pontedera auctore Theophrasto H. P. I, 13. Vulgo *quae* deerat. Ita vero graece legitur: τινὲς φασὶ τὰς μὲν ῥίζας αὐξάνεσθαι μετοπώρου καὶ χειμῶνος. τὰ δὲ στελέχη καὶ τοὺς ἀκρεμόνας ἔαρος καὶ θέρους, καὶ μάλισθ' ὑπὸ τὸ ἄστρον..

Terrae tepore) Ex graeco στεγαζόμενα τῇ γῇ Pontedera malebat *tectae terra.*

Cinguntur) Victorius dederat *tinguntur*, ipse tamen malebat *tanguntur*. Pontedera malebat *stringuntur*, Scaliger *restringuntur*, Vrsinus *restinguntur*. Graece est: ὅτι τὰ μὲν ἄνω

ad[m] quae sator non accessit. nam prius radices, quam[n] ex iis quod solet nasci, crescunt. neque radices longius procedunt, nisi quo tepor[o] venit solis. Duplex causa radicum,[p] quod et radices[q] materia alia quam alia longius proiicit natura, et quod alia terra alia[r] facilius viam dat.

XLVI. Propter eiusmodi[a] res admiranda discrimina sunt[b] naturalia, quod ex quibusdam foliis propter

ita quod ita esse. (m) *at* P. (n) *quam ex iis, quae* I. B. Br. R. *quam ex iis, quod* P. *quam iis ex qua* Iuntt. (o) Vulgo est *tempore venit sol. his duplex.* Sed in Pol. libro *sol duplex* (p) *His duplex causa radicum* I. B. Br. R. Prima Aldina *radicum* omisit, deinceps reliquae cum Victorio. (q) Vulgo est *quod et radicum materiam aliam quam aliam.* Sed I. B. Br. R. omittunt *radicum.* (r) *aliam viam facilius* I. B. Br. R.

Cap. XLVI. (a) *cuiusmodi* P. (b) *sunt. Natura aliquot ex* Pol. *sunt. Nam*

κωλύεται διὰ τὸν πέριξ ἀέρα ψυχρὸν ὄντα; unde facilis emendatio *cinguntur*, quod habet etiam Cresc. Vitem post vindemiam ab onere racemorum liberatam et nondum a glacie affectam vires recipere et inprimis radices augere tradunt Geoponica V, 6.

Quam ex iis quod solet nasci) Sic Pontedera ex Polit. probante Schneidero, qui edidit *quam ea quae ex iis solent nasci.* Tyr. — *Nam prius radicis.* Graece est: ἐν ἐκείνῃ γὰρ τὴν ῥίζαν πρότερον τὸν βλαστὸν ἀφιέναι πάντα.

Longius) Graece est: οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνουσαι βάθος ἢ ἥλιος ἀφικνεῖται. πλὴν ἐὰν που τόπος εὐδιοδος ᾖ; ubi Scaliger legi voluit: ἢ ᾗ ὁ ἥλιος ἐφικνεῖται; sententia tamen eadem; unde h. l. emendabat *nisi quo pervenit sol.* Vrsinus deleri *longius* et *tempore* mutari in *tepore* volebat; addidit Plinianam eiusdem loci interpretationem 16, s. 56: *quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepefaciat; idque natura loci tenuioris sive crassioris dixere.* Contra Pontedera vulgatam defendebat, et ex Charisio admonebat, Varronem *radicium* dixisse non *radicum.* Itaque videndum esse ait, haec forma num sit inducenda. Crescentius h. l. ita laudat: *nam prius radices nasci solent, nec longius procedunt, nisi quo tempore venit sol.* Equidem malim: *nisi quotenus pervenit sol;* aut cum Popma: *nisi quo tepor venit solis.* Nam sequens *his* velut inutile recte omittit liber Pol. et Crescent. et potuit nasci ex *solis.* Teporem solis ad altitudinem quatuor pedum penetrare in terram solum, nisi sit rimosa, affirmant Geoponica V, 12, atque hinc definiunt mensuram scrobium arborum seminibus deponendis. In Theophrasto ex Codice lege ἢ οὗ ἂν cum Moldenhavero in Tentam. in Theophr. p. 144.

His duplex) Polit. omittit *his* cum Crescentio qui ita habet: *duplex causa radicum; nam quaedam arbores naturaliter longius producunt radices quam aliae, et quia alia terra facilius viam radicibus quam alia dat;* ex qua lectione veram huius loci scripturam

eorum versuram, quod sit anni tempus, dici [c] possit, ut olea et populus alba et salix. Horum enim folia quum converterunt se, solstitium [d] dicitur fuisse. nec minus admirandum, quod fit in floribus quos vocant heliotropia, ab eo quod ad [e] solis ortum mane spectant, et eius iter ita sequuntur ad occasum, ut ad eum semper spectent.

XLVII. In seminario quae surculis consita, et eorum molliora erunt natura cacumina, ut olea ac ficus,[a]

aliquot ex I. B. R. Br. (c) *ut dici* I. B. R. Br. (d) *solsticium* Br. (e) *ad* om. a. V.

Cap. XLVII. (a) *ficus. Ea* omnes ante Gesn. Deinceps *ac sinistra* Br.

investigasse mihi videor. Vulgo enim erat: *quod et radicum materiam aliam quam aliam.* Antiqua mea editio Crescentii habet: *facilius viam dat*; brevius et rectius.

Cap. XLVI. *Dici potest*) Ex Theophrasti H. P. I, 16: ἴδιον δὲ καὶ τὸ τῇ ἐλαίᾳ καὶ τὸ τῇ φιλύρᾳ καὶ τῇ πτελέᾳ καὶ τῇ λεύκῃ συμβαῖνον. στρέφειν γὰρ δοκοῦσι τὰ ὕπτια μετὰ τροπὰς χειμερινάς, καὶ τούτῳ γνωρίζουσιν, ὅτι γεγένηνται τροπαί. Plinius II, 41: *olea et populus alba et salices solstitio folia circumagunt. — Miretur hoc qui non observet quotidiano experimento herbam unam, quae vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti vel nubilo obumbrante.* Idem 18, s. 68 nominat oleam, tiliam, populum albam, ulmum salicem, *easque* ait *alia parte coelum respicere brumae confectae die, quam qua spectavere pridie.* Ceterum Pontedera malebat h. l. scribere *disci*, eamque emendationem loco Theophrasti confirmari putabat et lemmate huius capitis, ubi est: *ex quibus foliis cognosci possint anni tempora.* Plantarum plurimarum folia et petala florum lucem solis sequi cum antiquitate agnoscimus hodie; de arboribus observationem recentiorem ignoro. Ex annotata hac foliorum natura videntur quidam olim botanici coniecisse, folia tum etiam converti, quum solis cursus convertitur; sed ex verbo στρέφειν ortus esse videtur error, ut superficiem foliorum circumagi putarent. Scio equidem, plantas aliquot pinnatifidas connivere in tenebris et noctu foliis conversis et complicatis; sed haec foliorum natura vix pertinet ad explicandum veterum errorem. Oleam Panthei foliorum candidam superficiem pronam, viridem contra supinam habere, refert Auctor mirabil. Ausc. c. 52.

Cap. XLVII. *In seminario*) Crescentius II, 20, omissis iis, quae caput 46 loco plane alieno interserit, haec cum cap. 45 ita iungit: *Si autem seminarium surculis consitum est, cacumina, quae molliora erunt natura, ut oleae aut ficus, integenda sunt binis tabellis, dextra aut sinistra ligatis;* ubi antiqua mea Editio habet: *aut seminarium surculis consitum est; cacumina quae meliora erunt natura oleo, ut olea aut ficus, integenda sunt etc:*

Molliora) Vrsinus malebat *mol-*

ea summa integenda binis tabellis dextra et sinistra deligatis,[b] herbaeque eligendae:[c] eae dum tenerae sunt vellendae. prius[d] enim[e] aridae factae[f] rixantur, ac celerius rumpuntur, quam sequuntur. Contra herba[g] in pratis ad spem foenisiciae nata non modo non evellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. quo[h] pecus a prato ablegandum, et omne iumentum, (ac)[i] etiam homines.* solum enim hominis[l] exitium herbae, et semitae[m] fundamentum.

XLVIII. In segetibus autem frumentum, in quo[a]

Ald. (b) *alligata* I. B. Br. R. *deligata* P. (c) Ita I. B. Br. R. V. Vulgo est *elidendae, et.* (d) *prius* om. I. I-G. (e) *enim* om. I. B. Br. R. *Nam* A. I. I-G. (f) *Etenim* praec. puncto ins. I. B. R. *facte. Etenim* Br. (g) *herbam* (h) *Quoi* Bo. *Quin* I. I-G. A. *Quo et pecus* Br. (i) *ac* deest I. B. R. Br. (k) *hominem* I. B. R. Br. (l) *homine* Ienss. Br. *homines* B. R. (m) *saemitae* I. I.

Cap. XLVIII. (a) *quo* I. B. Br. R. 1. I. *quom* Codex Vrsini. Vulgo *quod.*

liore; ut supra c. 45, 2, *quae molli natura sunt.*

Deligatis) Hoc verbum veluti glossam deleri volebat Vrsinus, defendit Crescentius. Aliter ficorum cacumina tutatur Columella V, 10, 21, et Palladius IV, 10, 23.

Et dum tenerae sunt) Vrsinus malebat: *aut dum tenerae sunt, vellendae potius; nam aridae factae rixantur,* i. e. resistunt.

Prius enim aridae) Pontedera emendabat: *priusquam adultae factae; etenim rixantur.* Deinde aliam coniecturam propôsuit; hanc scilicet, ut legamus: *prius enim, adultae factae rixantur.* Gesner, in vestigia inductus a Pontedera, hanc reperit emendationem: *prius enim adolefactae;* et comparat Tertulliani *abolefactus,* Valeriique *obsolefactus.* In ipsa, quam praeterea laudat, Inscriptione Fratrum arvalium, ab Vrsino edita, *adolendarum* et *adolefactarum* dicitur potius pro comburendarum. Leviori mutatione possis legere *validae factae;* quam emendationem video nunc occupasse Trillerum Observ. IV, 27. Quamcunque licet emendationem sequaris, vulgata certe falsa et inepta est.

Rixantur) I. e. renituntur. Ita Plinius 16, s. 2, *ramos inter se rixantes* dixit.

Foenisiciae) Infra cap. 49, *foenisiciae cumulum addere.* Cap. 56, *foenisiciae conduntur.* Et tamen idem Varro cap. XVII, 2, foenisicia dixit neutro genere, iterumque et tertio II, 11, 7; III, 2, 6. Horum priore in loco Polit. liber *foenisecia* habet.

In nutricatu) Haec verba spuria visa sunt Vrsino. Sequens *quo* licet interpretari *quare,* nisi malis cum aliis Edd. *quin* legere.

Solum) I. e. vestigium, plantae solum. Exempla alia dabit Gesneri Thes. L. L.

Cap. XLVIII. *In quo*) Ita cum Pontedera correxi vulgatum *quod culmus*

culmus extulit [b] spicam: ea quae mutilata [c] non est, in ordeo et tritico tria habet continentia, granum, glumam, aristam: et etiam primitus spica quum oritur, vaginam. granum dictum, quod [d] est intimum solidum. [e] gluma, qui est folliculus eius. arista, quae ut acus tenuis longa eminet e gluma. proinde ut grani
2 theca [f] sit gluma, et apex [g] arista. Arista et granum omnibus fere notum: gluma paucis. Itaque id apud

(b) *extulit spicam*, I. B. Br. R. I. I. Vulgo erat *extulit. Spica ea* (c) *multiloca* I. B. Br. R. *mutica* A. I. I-G. *multilata* P. 4. quod ex suis libris posuit etiam Victorius, qui in Gallicano Codice reperit *mutilata*. (d) *quod* abest I. B. R. Br. (e) *soldum* P. *Glumam* Br. (f) *apex* I. B. R. Br. (g) *apex*

extulit. Spica. Edd. primae, Codex Caesenas et Venetus habent *extulit spicam*. Deinde pro *quod* in iisdem libris est *quo*. Vrsinus in vetere codice *quom* reperit; unde malebat: *In segetibus autem quum culmus extulit spicam.* Contra Gesner corrigebat: *frumentorum quod culmus extulit, spica; ea quae* etc. Quam postremam rationem mihi magis placere non diffiteor. Quum spica erumpere incipit, atque intumescere culmus extremus, *fiatrare* dicitur, auctore Festo.

Spicam) Cato apud Ciceronem e. 15: *quae nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur; e quibus cum emerserit, fundit frugem spici, ordine structam et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum.* Idem de N. D. II, 42: *spicum illustre tenens splendenti corpore virgo.* Festus etiam masculine *spicum* dixisse veteres annotavit. Nonius ex Varrone p. 107 b. posuit locum: *neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum.*

Mutilata) Consuetudo Varronis postulare videtur *mutilata non est, ut in ordeo et tritico.* Nam in utroque genere frumenti spicae aristatae et mutilae reperiuntur, agri qualitate variante spicae naturam. — Codicum *multilata* defendit Pontedera, quasi a *multa* derivatum, quod sequior aetas *multare* fecerit. Melius sequentia · *arista quae uti acus tenuis longe eminet e gluma, proinde uti grani apex sit*; reconcinnavit ex Edd. pr. lectione; etiam Polit. et duo Flor. Codd. cum Vindob. habent *e gluma: proinde ut grani apex sit gluma et arista.* Aldus igitur inepte *theca* addidit in vulgata, qnum Varro satis iam antea de gluma dixisset: verba autem *gluma et arista* ex margine male immigrarunt.

Longa eminet) Nonius p. 57, a. seu p. 118 ed. secund. *glumam Varro folliculum grani frumentarii dici putat de re rustica libro I. Granum dictum quod est intimum solidum; gluma, qui est folliculus eius; arista, quae ut acus tenuis longe eminet.* Sed Editio Parmensis anni 1480, *dictum est quod intimum — gluma quod.* Codex Guelferbyt. Mercerianam lectionem exhibet; nisi quod *frumentari*, ut in similibus genitivis, veluti *consili*, de-

Ennium solum scriptum scio esse in Euhemeri[h] libris[i] versis.[k] videtur vocabulum etymon[l] habere a glubendo, quod eo folliculo deglubitur[m] granum. itaque eodem vocabulo appellant fici eius, quam edimus, folliculum. Arista dicta, quod arescit prima. granum a[n] gerendo. id enim ut gerat spica, seritur[o] frumentum, non ut glumam aut aristam gerat: ut vitis seritur, non ut pampinum ferat, sed uvam. Spica[p] autem, quam rustici, ut acceperunt antiquitus, vocant specam,[q] a spe videtur nominata. eam enim quod sperant fore, serunt. Spica mutica dicitur, quae non habet 3
aristam: eae[r] enim quasi cornua sunt spicarum, quae primitus quum oriuntur, neque plane apparent,[s] qua[t]

abest I. B. R. Br. (h) *ephemeridis* Ienss. Br. (i) *libris* om. I. B. R. Br. (k) *versibus* I. B. R. Br. (l) *etymum* P. (m) *deglubatur* I. B. Br. R. (n) *a* om. I. B. Br. R. *prima granum gerendo* Br. (o) Ita ex I. Br. R. et Codice Caesenate scripsi pro *id enim seritur uti spica gerat.* (p) *spicam* Br. (q) *spicam* I. B. Br. R. Iunt. deinceps *specam*, *et a spe* A. Iunt. G. (r) *ea* I. B. Br. R. *Aristae* A. Iunt-G. (s) *apparet* I. B. Br. R. (t) *in qua* A. Ba.

inde cum Polit. libro *soldum* antiquum retinuit ex fuga, quod probo.

Euhemeri) Politianus ex Codice Mediceo et comparato Lactantio I, 11, et Columella IX, 2, h. l. correxit. Vide eius Miscellanea c. 25, et Reinesii Var. Lect. III, 2, p. 374. Monuit Gesner.

Deglubitur) Festus: *Gluma hordei tunicula, dictum quod glubatur id granum.* Idem *clumae folliculi ordei*; ubi Scaliger ex Glossario posuit: *Clunar* κριθῆς λέπυρον.

Id enim ut gerat) Ita ex Edd. primis vulgatum *id enim seritur, uti spica gerat frumentum* correxi, suadente etiam Pontedera; etsi non ignoro, *spicum* ab ipso Varrone etiam dictum in aliis libris, teste Nonio.

A spe) Eandem cantilenam in libris de L. L. repetiit Varro. Spicum acutum quidvis dicebatur olim; unde spiculum. Inspicare faces Virgilius dixit Georg. II, 291. Gratius versu 119: *exigui spicant hostilia dentes.* Faces incidere Columella II, 22, 3.

Spica mutica) Festus: *pennatas impennatasque agnas in saliari carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis agnas novas volunt intelligi*; ubi egregie Scaliger comparavit locum Theophrasti H. P. VIII, 7, ubi spicae parvae dicuntur rustico vocabulo ἄρνες. Ceterum h. l. Vrsinus malebat *mutila* legi.

Cornua) Cato apud Ciceronem de Senectute c. 15: *fundit frugem spici ordine structam et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum.* Manilius V, 274: *Spica feret prae se vallantes corpus aristas.*

sub latent[v] herba, ea vocatur vagina, ut in[x] qua latet conditum[y] gladium. Illud autem summa in spica iam matura, quod est minus quam granum, vocatur frit. quod in[z] infima spica, ad culmum stramenti summum, item minus quam granum est, appellatur urruncum.

XLIX. Quum[a] conticuisset nec interrogaretur, de nutricatu credens nihil desiderari, Dicam,[b] inquit,

G. (v) *sublatet* I. B. Br. R. (x) Ita pro *uti qua* scripsi ex I. B. Br. R. Iunt. (y) *conditus gladius* a. V. (z) *in firma* I. B. Br. R. Polit. et Cod. S. Reparatae, teste Ponted. Deinceps *urrucum* P. 1. *veruncum* P. 2.

Cap. XLIX. (a) *Quum tacuisset* I. B. Br. R. *Conticuisset* Codex Victorii

Vagina) Supra cap. I, 32, 4, *esse in vaginis*. Stipulam dixit Virgilius Georg. I, 316: *frumenta in viridi stipula lactentia turgent*. Frumentorum vaginas ex commentariis Pontificum memorat Plinius 18, s. 3, monente Pontedera.

Gladium) Genere neutro dici ex Varrone de L. L. et Nonio admonuit Victorius.

Frit) Vulgo a friare deducunt, Pontedera contra a graeco φρίσσειν.

Quod in infima) Vrsinus malebat: *quod infima ad culmum stramenti*. Sed is lectionem Edd. primarum *in firma* corrigere voluisse videtur; quam ipsam probabat Pontedera.

Vrruncum) Ex graeco ὀῤῥόγκον quasi *serum lactis* deducit Pontedera infelici sane coniectura. Gesner verbum *urruncum* ortum putabat ex initio capitis sequentis: *verum cum tacuisset*. Ineptissime! Desideratur enim vocabulum, quod respondeat alteri *frit*. Miror, ab utroque omissum locum Bocharti Hieroz. T. II, p. 590, qui comparavit locum Aeliani H. A. VI, 43, ubi de formicarum pabulatione est: οἱ δὲ ἡγεμόνες ἀνέρπουσι καὶ τοὺς καλουμένους οὐραχοὺς τῶν καρπίμων διατραγόντες τῷ δήμῳ τῷ κάτω ῥίπτουσι. οἱ δὲ περιελθόντες τοὺς μὲν ἀθέρας ἀποκόπτουσι, ἐκλέπουσι δὲ τὰς τὸν πυρὸν στεγούσας τε καὶ περιαμπεχούσας θυλακίδας. Bochartus in Aeliano ex Varrone legi volebat οὐρύγκους. Sed praestat Aeliani οὐραχὸν interpretari de infima spicae et suprema culmi parte, qua secta spica ipsa decidit. Fortasse in lectione Pol. *urrucum* et *verucum* latet vox *uragum* vel *uracum*. Aruncus caprarum huc vix potest trahi, quem habet Plinius 8, s. 76, dependentem mento villam interpretatur recte ex Aristotele H. A. IX, 3, qui ἤρυγγον dixit. Latini teste Festo *spirillum* dixerunt caprae barbam. Sed nunc malim derivare a graeco ὄρογκος, quod apud Nicandrum Alexiph. vers. 42, cacumen montis significat; est igitur uruncus quasi culmen culmi.

De nutricatu) Distinctionem vulgo positam post hoc vocabulum sustuli, et post *interrogaretur* incidi, recte monente Pontedera.

Cap. XLIX. *Dicam, inquit*) Agrium loqui et Stolonem vocare ad reliquam partem explicandam, patet comparato Cap. 44, 3: *Dice igitur, inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus atque alimoniis eorum*. Atque infra cap.

de fructibus maturis capiendis. Et[c] ille, primum de
pratis summissis,[d] herba quum crescere desiit, et
aestu[e] arescit, subsecari falcibus debet, et quoad[f]
perarescat, furcillis versari. quum peraruit, de his[g]
manipulos fieri ac vehi ad villam. tum de pratis sti-
pulam rastellis[h] eradi, atque addere foenisiciae[i] cu-
mulum. Quo facto sicilienda prata, id est, falcibus 2
consectanda, quae foeniseces[k] praeterierunt, ac quasi
herba[l] tuberosum reliquerunt campum. A qua se-
ctione arbitror dictum sicilire pratum.

Verum quum de nutricatu conticuisset Licinius, nec interrogaretur I. I-G. A. (b) *dic inquit Agrius* I. I-G. A. (c) *Et ille* omitt. I. B. R. Br. (d) *summis* Bon. Deinceps *cum herba* Ald. (e) *aestibus* a. V. (f) *quoad* P. (g) *ea* I. I-G. A. (h) *rastelis* Br. (i) *foenisitiae* Br. (k) *fenisicae* Br. *foenisiciue* L B. R. *foenisecae* A. Iunt-G. *foenifices* P. *foeniseces* Codd. Victorii. (l) *barba* A. Ba-G. omisit Iunt. ex Codd. suis restituit Victorius.

56: *Iam dudum, inquit, in villa sedens exspecto cum clavi te, Stolo, dum fructus in villam referas.* Vulgata igitur lectio huius loci inepta est, inprimis propter sequens *Et ille.* Praecessit enim *dicam, inquit.* Quare probo lectionem I. I-G. *dic, inquit Agrius.* Tum vero verba *et ille* ad Stolonem referenda sunt. Pontedera vero vulgata contentus *et ille* voluit deleri. Vrsinus ex vetere Codice malebat: *Verum quom tacuisset.*

Fructibus maturis) Hic est gradus quartus eorum, de quibus 1, 37, 4.

Et ille) Licinius Stolo. Ita supra c. 24, 4.

De his) Edd. quaedam *de ea.* Scilicet Varro loquitur, quasi herbas vel gramina antea nominasset. Sic infra oporothecan nominat, deinde, quasi pomarium dixisset, pergit loqui. Vrsinus duas voculas ut glossam tolli voluit.

Tum de pratis) Verba *de pratis* suspecta fuerunt Vrsino. Infra cap. 56, *faenisiciae* leguntur, sine varietate, at h. l. libri variant. A graeco φύω, *feo, fetus, fenus, fenum* derivat cum Varrone Festus. Varro L. L. VI, p. 80, *faenisicia* et *fenisicia* dici tradit; item a rusticis *pretorem, hedum*, pro *praetore, haedo.* Catonem *fenus* dixisse sine litera *a*, ut *fetum* et *fecundum*, Varro de L. L. III tradit apud Nonium p. 54 Merceri. Festus: *Orata genus piscis appellatur a colore auri, quod rustici orum dicebant, ut auriculas oriculas. Sic oreae, frenum, origa,* auriga, *plostrum, olla* et similes formae, rusticis usitatae.

Cumulum) Heinsius ad Aeneidem III, p. 470, corrigebat *cumulos.*

Sicilienda) Glossae veteres *Sicilam* interpretantur σμίλαν, ἀρβήλιον, ξυρὸν σκυτέος. Inde Siciliam dictam fuisse, volebat Scaliger ad Festum. Contra Plinius VI, s. 15, ex Varrone habet *sicilis* similitudine, ubi libri olim editi *scythici arcus* habebant. Festus hastarum spicula lata interpretatur et ex Ennio laudat: *Incedit veles volgo sicilibu' latis.*

Tuberosum) Plinius 18, cap. 28: *quoties secta sint, siciliri prata, hoc*

L. Messis proprio nomine dicitur in iis, quae metuntur,[a] maxime in frumento, et ab eo est[b] vocabulo declinata. Frumenti tria genera sunt messionis, unum, ut in Vmbria, ubi falce secundum terram succidunt stramentum; et manipulum, ut quemque subsecuerunt,[c] ponunt in terra. ubi eos fecerunt multos, iterum eos percensent, ac de singulis secant inter spicas et stramentum: spicas coniiciunt in corbem,[d] atque in aream mittunt. stramenta relinquunt in segete,
2 unde tollantur in acervum. Altero modo metunt, ut in Piceno, ubi ligneum habent incurvum batillum,[e]

Cap. L. (a) *metuntur* a. V. qui edidit *metimur* Praeterea *bis* a. V. (b) Ita pro *esse* scripsi ex Cod. Vrsini. (c) *quenque subsecuerint* a. V. *subsicuerint: ponent* P. Deinceps *multos eos fec.* Br. Ald. (d) *orbem* Bon. Deinceps *metaunt:*

est, quae foenisices, praeterierunt, secari. Est enim in primis inutile enasci herbas sementaturas. Vnde consilium silicitionis fit manifestum; idemque exprimere voluisse videtur Varro; sed verba eius vitiosa mihi videntur; saltem non intelligo campum herba tuberosum. Sicilimenta condere iubet Cato c. 5. Vsum siliciendi non plane intelligere me non infiteor; putaveram enim, purgari prata ab herbis noxiis et fruticibus, quum siciliuntur.

Cap. L. *Metuntur*) Victorius edidit ex libris *metimur*, abusus loco Varronis de L. L. 8, p. 114, qui ad rem plane non pertinet, ut recte monuit Gesner. Quanquam nulla ita absurda etymologia excogitari potest, quin a Varronis ingenio possit exspectari; quod monet ad h. l. Gesner. Sed nunc non agitur de etymologia, quae postea tradetur, magis etiam inepta, quam ea, quam sibi h. l. reperisse visi sunt Victorius et Gesner; sed voluit docere Varro, de quibus rebus proprie dicatur messis. Itaque habet lectio quidem Victoriana, quo defendi possit, magis tamen mihi placebat antiqua lectio.

Est) Ita esse in vetere Codice pro *esse*, monet Vrsinus, idque adeo recepi.

Frumenti) Vocabulum hoc abundare putabat Vrsinus. Male in Editione Gesneri est *frumenta* expressum errore operarum.

Tria genera) De his vide ad Columellam II, 21, 3.

Batillum) Inepte comparabat Gesner batillum, quo ad stercora colligenda uti iubet noster III, 6, 5. Manifeste ex h. l. Plinius 18, s. 72: *Galliarum latifundiis valli praegrandes dentibus in margine infestis duabus rotis per segetem impelluntur, iumento in contrarium iuncto: ita direptae in vallum cadunt spicae;* ubi Dalecampius ex Palladio malebat pro *vallo* legi *vehiculum praegrande.* Harduinus vehiculum interpretabatur vanni grandioris instar compactum. In Plinio post verbum *iuncto* Vincentius addit *vel acto.* A valli militaris similitudine di-

in quo sit extremo[f] serrula ferrea. haec[g] quum comprehendit fascem spicarum, desecat, et stramenta stantia in segete relinquit, ut postea subsecentur.

in piceno Br. (e) *bacillum* I. B. Br. R. Iunt. (f) *a* add. P. (g) *Hac* I. B.

citur vallus hic propter dentes marginis infestos, quos cum serrula comparavit Varro. Ita vallum pectiois dixit Ovidius Amor. I, 14, 15. Hinc in Varrone etiam *bacillum* vel *batillum* in *vallum* mutandum esse censeo. Multo clarior est eiusdem vehiculi messorii descriptio, a Palladio posita Iunio 2: *Pars Galliarum planior hoc compendio utitur ad metendum et praeter hominum labores unius bovis opera spatium totius messis absumit. Fit itaque vehiculum, quod duabus rotis brevibus fertur; huius quadrata superficies tabulis munitur, quae forinsecus reclines in summo reddant spatia largiora; ab eius fronte carpenti brevior est altitudo tabularum. Ibi denticuli plurimi ac rari ad spicarum mensuram constituuntur in ordinem ad superiorem partem recurvi. A tergo vero eiusdem vehiculi duo brevissimi temones figurantur, velut amites basternarum; ibi bos capite in vehiculum verso iugo aptatur et vinculis, mansuetus sane, qui non modum compulsoris excedat; hic ubi vehiculum per messes coepit impellere, omnis spica in carpentum denticulis comprehensa cumulatur, abruptis ac relictis paleis, altitudinem vel humilitatem plerumque bubulco moderante, qui sequitur* etc. ubi vide notas. De falcis genere aliquo h. l. Varronis interpretabatur Dickson II, p. 354, nec is animadvertit, de eadem machina loqui Plinium et Palladium. Postquam haec scripseram multo ante tempore, coepi tandem ipse dubitare, an machina, a Plinio et Palladio descripta, intelligi h. l. possit. Tabulae enim quadratae superficiei reclines vix poterant Varroni persuadere, ut batillum incurvum ligneum nominaret; nihil enim in illa machina incurvi, praeter dentes marginis anterioris. Quid si lectio prisca *bacillum* vera, et a Iucundo temere mutata fuerit? Columella II, 21, falces veruncalatas, vel rostratas, vel denticulatas nominat, quibus medius culmus secetur; sed hae pertinent ad tertium modum Varronis. Deinceps Columella: *multi mergis alii pectinibus spicam ipsam legunt*; ubi liber Polit. *mergita: pectinibus* habet. Pectines quo pertineant, docet locus Plinii 18, sect. 72: *stipulae alibi mediae falce praeciduntur, alibi inter duas mergas spica distringitur — panicum et milium singulatim pectine manuali legunt Galliae.* Ita enim cum Pintiano legendum est pro *atque inter duas mergites.* Vincentius habet *mergetes.* Mergas velut instrumentum messorium nominat Plautus Poenulo V, 2, 58, et Rudent. III, 4, 58. Festus: *Mergae furculae quibus acervi frugum fiunt — sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos.* Rhemnius Palaemon de Differentiis Vocum editus in Observ. Miscell. novis T. IX, p. 990: *mergae sunt fustes deducti, quibus metitur in aquis profundi quantitatis*; ubi puto fuisse *diducti — arvis profundae quantitatis.* Scilicet fustes diducti videntur furculae dici; et Plinii verba *inter duas mergas* videntur gemina furcae seu mergae cornua arguere. Huoc ipsum fustem Varro bacillum incurvum dicere videtur,

Tertio modo metitur, ut sub urbe Roma, et locis plerisque, ut stramentum medium subsecent,[h] quod manu sinistra summum prehendunt:[i] a quo medio messem dictam puto. infra manum stramentum, quod terrae[k]
3 haeret, postea subsecatur. Contra quod cum spica stramentum haeret, corbibus in aream defertur. ubi[l] discedit in aperto loco palam: a quo potest nominata esse palea. Alii stramentum a stando, ut stamen[m] dictum[*] putant. Alii ab stratu, quod id substernatur pecori. Quum est matura seges, metendum, quum in ea iugerum fere una opera[n] propemodum in facili agro satis esse dicatur:[o] messas spicas corbibus in aream deferre debent.[p]

Br. R. Deinceps *metitur: sub urbe* Br. (h) *subsicent* P. (i) *prehendum* Herv. (k) *terra* P. (l) *ibi* P. Iunt. Deinceps *nominata potest esse* Br. Ald. (m) *stramen* a. V. et deinceps *a stratu* Br. (n) *messum est* add. A. Ba. G. (o) *dicitur ut* Eaedem. *ut* addit Iunt. (p) *debeant* A. Iunt. G.

quem eum merga comparavit etiam Dickson, quamquam dubius p. 359; sed male is vulgarem Plinii lectionem defendere conatur. In loco Virgilii Georg. III, 517, *cerealis mergite culmi*. Servius interpretatur manipulum spicarum, igitur fascem spicarum mergis comprehensum et collectum. Pectinem manualem sine manubrio, contra mergae hastile incurvum fuisse suspicor. Si furcata fuit merga, tum serrulam ferream cornu alterum mergae effecisse puto, additamque fuisse alteram partem, quae colligeret et servaret manipulos decerptos. Nam merga quum fuerit hastili infixa, manu spicae colligi non poterant. Videtur igitur mergae exemplum vallo deinde construendo occasionem dedisse, quem Varro et Columella ignorasse videntur.

Quod terrae haeret) Pontedera ex Polit. alio Laurent. ex S. Reparat. praefert, *quod terra* haeret. Alius Laur. *de terra*. Ne vero a *medio* messem appellatam contemnas, recte monet Pontedera, Varronem graecum *μέσος* respexisse, uti supra in etymologia *pomi* a potu dicti respectabat graecum *πόμα*.

Corbibus in aream) Hunc morem hodieque esse Britannorum, monuit Dickson II, p. 354.

Vt flamen) Haec verba ex glossa fuisse orta, suspicabatur Vrsinus.

Cum in ea) Verba *in ea* deleri voluit Vrsinus. De obscuritate loci conqueritur etiam Gesner. Equidem totum hoc membrum alieno loco positum esse suspicor, aut excidisse quaedam. Neque enim satis apparet, ad quod metendi genus referatur haec operarum definitio, quae tribus enumeratis modis omnibus convenire non potest. Nec reperio aliquid ea de re annotatum a Columella vel Plinio.

LI. Aream esse oportet in agro sublimiori loco, quam[a] perflare possit ventus. hanc esse modicam pro magnitudine segetis, potissimum rotundam,[b] et mediam paullo[c] extumidam (ut si pluerit, non consistat aqua; et[d] quam brevissimo itinere extra aream defluere[e] possit. omne porro brevissimum in rotundo[f] e medio ad extremum).[g] solidam terra pavita,[h] maxime si est argilla,[i] ne aestu paeminosa[k] in rimis eius grana oblitescant, et recipiant aquam, et ostia aperiant muribus ac[l] formicis. Itaque amurca solent perfundere. ea enim herbarum est[m] inimica, et for-

Cap. LI. (a) *qua* A Ba-G. (b) *rutundam* P. (c) *quam paulo* marg. Durdr. (d) *sed ut* A. Ba-G. (e) *effluere* I. B. R. Br. (f) *rutundo* P. alias pluries. (g) *extremam* Iuntt. (h) *pavita* I. B. R. I. I. Vulgo *solida — pavitam.* (i) *argillosa* a. V. (k) *perrimosa* I. B. Br. R. Pol. 2. *rimosa* A. I. I-G. *peminosa* P. 4. V. (l) *et formicis* Br. Ald. *perf. solent* Ald. (m) *de*

Interim malo legere: *cum in iugerum* etc. — *Cum in eae* (i. e. *eius*) *iugerum* corrigit Pontedera. recte puto!

Cap. LI. *rotundam*) Seneca Q. N. I. c. 2: *quia fere terendis frugibus loca destinata sunt rotunda.* Partem extumidam extremam πόλον vocat Xenophon Oecon. unde apparet, eum quoque aream rotundam instar sphaerae fieri voluisse. Nam in sphaera mundi πόλοι dicuntur partes extremae utrinque. — *rutundam* — *rutunda* — *pavita* ex Polit. et duobus Flor. reposuit Pontedera. *peminosa* ex graeco πημαίνω derivat; in quo lusisse puto virum ingeniosum.

Solidam pavita) Ita monente Vrsino scripsi pro *solida terra pavitam.*

Paeminosa) Nonius hanc lectionem habuit et a paedore derivans mali odoris interpretatur. Sed idem *situ* pro *aestu* scriptum exhibet. Gesner paedorem cum αὐχμός comparat, et paeminosum interpretatur αὐχμώδη. Sed mihi lectio haec displicet non solum propterea, quod structura verborum vacillans vitium aliquod arguit; sed notio ipsa verbi, a grammaticis tradita, ab hoc loco plane aliena est. Ceterum Vrsinus corrigebat: *ne aestu fiat peminosa et recipiat aquam et ostia aperiat muribus ac f.* Nonii Editio, Parmae facta anno 1480, habet: *solida terra pavita — situ peminosa eius grana oblitiscant.* In Codice Guelferbyt. antiquo et bono est: *pominosa virimis eius*, quod deinde correctum posteriore manu. Cum Nonio faciunt omnes Codd. Victorii; primae tamen editiones praeferunt *perrimosa.* ubi tamen nimis ingrata accidit mihi repetita statim vox *rimis.* Originem vocabuli *paeminosa* ignoramus; equidem nullum fuisse suspicor, sed errore librariorum natum. Hinc Virgilius Georg. I, 180, de area: *neu pulvere victa fatiscat.* ubi Burmannus in Varrone praeferebat *perrimosa.*

Est inimica) Haec duo verba in libris suis non reperta Victorius omitti

2 micarum, et talparum venenum. Quidam aream ut habeant solidam,[n] muniunt lapide, aut etiam faciunt pavimentum. nonnulli etiam tegunt[o] areas, ut in Bagiennis,[p] quod ibi saepe id temporis anni[q] oriuntur nimbi.[r] ubi ea retecta,[s] et loca calida, prope aream faciundum[t] umbracula, quo succedant[v] homines in aestu tempore meridiano.

LII. Quae seges grandissima atque optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas, ut semen optimum habeat. e spicis in area[a] excuti grana. quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribulo. id fit e tabula lapidibus aut ferro asperata,[b] quo[c] imposito

amurca et P. teste etiam Victorio. (n) *soldam* P. (o) *areas agunt* Br. (p) *Bagienis* I. B. Br. R. (q) *anni* om. B. R. (r) *nymbi* I. B. Br. R. (s) *re tecta*, divisim, Ba. G. (t) *faciundam* I. B. R. *faciunda* Br. *faciunt ac* Ald. Ba. G. (v) *secedant* I. B. Br. R.

Cap. LII. (a) Ita pro *aream* scripsi ex I. B. Br. R. Deinceps *et tribulo* Br. (b) *exasperata* a. V. (c) *quae* A. Ba-G. H. St-D. (d) *aut discutit ex* I. B.

maluit; quare Gesner inclusit. Noster infra cap. 55, de amurcae utilitate: *et ubicunque in agro herba nocet.*

Bagiennis) Plin. III, s. 7, et 20 et s. 24, audiunt Vagienni in Liguria collocati; et in Silio VIII, 607: *Pernix Ligus et sparsi per saxa Vagenni* editiones vetustae *Bagenos* et *Bagennos* habent. Augustam Bagiennorum ex Inscriptione apud Sponium cum Ptolemaei Αὐγούστᾳ Βατιενῶν comparat Gesner, qui recte monet, in locis montanis haud procul a mari sitis, nimbos esse debere frequentes.

Retecta) Male Scaliger εὐδιεινὸν, ad loca referens, recte Vrsinus aream apertam interpretatur.

Tempore meridiano) Suspecta Vrsino verba haec visa sunt immerito, ut puto.

Cap. LII. *Seorsum*) ex ea spicas secerni oportet. Vrsinus tamen malebat: *Quas e segete grandissimae atque optimae fuerint spicae seors. in aream secerni oportet ut s. h.* Quidni haesit in *habeat?* quod cum Gesnero muto in *habeas.*

Tribulo) Nonius p. 109, a. ex h. l. habet: *quod fit apud alios iumentis, hic tribulo fit.* sed libros Nonii scriptos cum Varronis editionibus consentire, monuit ad h. l Victorius. Tribulam dixit Columella II, 21, 4, cuius fabricam et usum illustravit Schoettgen, in Antiquit. Triturae, Traiecti 1727, p. 35 et seqq. Inter recentiores usum tribuli, apud nationes Asiae multas adbuc vigentem, descripserunt Schaw Voyages I, p. 287, Kaempfer Amoenit. p. 682. Gmelin. Itiner. Russic. III, p. 44. Sueci adoptarunt eum et correxerunt, narrantibus Actis Stockolm. XIII, p. 53, XXIII, p. 220, XXXI, p. 236, versionis germanicae.

auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis,
ut[d] discutiat e spica grana: aut[e] ex assibus[f] dentatis
cum orbiculis, quod vocant plostellum[g] poenicum.
In eo quis sedeat[h] atque agitet, quae trahant, iu-
menta, ut[i] in Hispania citeriore, et aliis locis faciunt.
Apud alios exteritur grege iumentorum inacto,[k] et ibi 2
agitato[l] perticis, quod ungulis e spica exteruntur
grana. iis tritis, oportet e terra subiactari[m] vallis aut
ventilabris, quum ventus spirat lenis: ita fit, ut quod
levissimum est in eo, atque appellatur acus, evan-
natur[n] foras extra aream, ac frumentum quod est
ponderosum, purum veniat ad[o] corbem.

Br. R. (e) *fit* ins. A. Ba-G. (f) *axibus* P. (g) *plostenum* I. B. R. Br. (h) *sedet ut* a. V. (i) *aut* P. (k) *in acto* divis. I. B. R. (l) *agitat* e divis. I. B. R. Br. Deinceps *his tritis* Br. Ald. (m) *subiectari* P. (n) *evaminatur* Ienss. Br. *evanatur* B. R. et ad marg. B. R. *evaminatur vel evanatur evannuatur* P. *evannuatur* Victorii Codex vetustissimus. (o) Verba: *ad corbem*, sunt *initium* sequentis capitis I. B. R. Br.

Iumentis iunctis aut discutit e spica grana) Damuat haec vèrba Pontedera ut orta ex annotatioпe marginali, ubi fuerit *iumentis iunctis ut discutit* (Auctor) e *spica grana* ab initio scriptum.

Quod ungulis) Schoettgen recte legendum esse monuit *quoad*.

Et ibi agitato perticis) Ridicule! Gregem iumentorum perticis agitari in area, nt frumenti grana exterant! Interpretes tamen tacent. Quid vero causae esse dicemus, cur Varro omiserit modum illum, quo fustibus excutiebatur granum? de quo vide Col. II, 21. Igitur lacuna est manifesta, ex qua reliqua habemus verba hacc de grano, fustibus excutiendo ex spicis.

Ventilabris) Festus: *Evelatum eventilatum, unde velabra, quibus frumenta ventilantur*. Sed ibi Salmasius corrigit: *evallatum — unde valli*.

Evannatur) Nonius: *evannetur dictum est ventiletur, vel moveatur a vanno, in qua legumina ventilantur.* Deinde locum laudat, ut vulgo legitur, nisi quod habet *acus ac palea.* Mercerus edidit *vannu*, sed Editio Parmensis 1480: *vanno in quo*, et in loco Varronis *vannatur* habet. Priscianus V, p. 654, ex Varronis rerum rusticarum tertio laudans verba *acus in area excutitur* respicere h. l. visus est etiam ante me Gesnero in Thes. L. L. Festus *valvoli folliculi fabae appellati sunt, quasi vallivoli, quia vallo fracti excutiantur*. Scilicet a vanno fit *vannere*, *vannare* et *vannuere*. Hue enim ducit lectio Edd. principum et Codicum Victorii, ubi est *evannuatur*. Hanc formam verborum, in *uere* et *uare* desinentium, antiquitas romana frequentavit, veluti *caeduat* et similia apud Plautum.

LIII. Messi[a] facta spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam: aut si sunt spicae rarae, et operae carae, compasci. Summa enim spectanda, ne in ea re sumtus fructum[b] superet.

LIV. In vinetis uva quum erit matura, vindemiam ita fieri oportet, ut videas a quo genere uvarum, et a quo loco vineti incipias legere. nam et praecox et miscella,[a] quam vocant nigram, multo ante coquitur; quo prior legenda: et quae pars arbusti ac vineae
3 magis aprica, prius debet descendere de vite. In vindemia diligentius[b] uva non solum legitur ad bibendum, sed eligitur ad edendum. Itaque lectius[c] defertur in forum vinarium,[d] unde in dolium inane[e]

Cap. LIII. (a) *Messi* pro *messe* restitui ex I. B. Br. R. Iunt. (b) *frustum* Bon. *sumptus* a. Vict. *spectandu* Br.

Cap. LIV. (a) *misella* a. V. *missella* Br. (b) *diligentibus* V. C. Vrsini. Vulgo h. l. erat *vindemiam.* (c) *lectae ius* A. Ba. G. *lecta* Cod. Vrsini. *delium* Br. (d) *viniarium* P. 1. *viniaria* P. 2. *forum* om. Cod. Vrsini. (e) *immane*

Cap. LIII. *Venire*) i. e. vendi. Cui opponitur *domi* legere seu mavis cum Gesnero *domum legere*, et referre, non vendere. Cum Gesnero facit Dickson, qui putat, spicilegium dici, quum stramenta relicta desecantur; quod mihi falsum esse videtur. Gravius ulcus latere suspicor.

Cap. LIV. *nigram*) album miscellum nominat Cato c. 106.

In vindemia) Ita ex h. l. laudat Nonius in *legere et eligere*. Vulgo erat *in vindemiam*. Sed altera editio Merceriana p. 444, dedit *vindemiam diligentius*, quum prior *diligentis* haberet. Vtraque deinceps *sed etiam eligitur* habet. Codex Guelferbytanus habet scriptum: *de rusticatione libro I, Africa prius d. descendere vitae vindemia diligentis uva non solum legitur; sed etiam eligitur ad vivendum, eligitur ad edendum.* — *vindemia diligentis* ex Polit. et 3 aliis Florent. Codd. scribit Pontedera; indidem et ex Caesen. deinceps *quae ara in carnarium escendat*, aram interpretatus locum eminentem supra terram, qui sit palis in quadratum constitutis et transversis perticis alligatis, superposita crate storeave, in qua uva lecta disponitur ut siccetur et paulum vieta ad solem evadat; postea de carnario suspenditur. Vindob. *in area in carn. esc.* Idem *diligentis* habet.

Sed eligitur) Nonius habet *sed etiam eligitur*, probante Pontedera.

Lectius) Vitium vulgatae corrigere voluit auctor Edd. Ba-G. qui *lectae ius* dedit. Vrsinus in Codice repertum *lecta* mutat in *lecta citius*; Pontedera corrigebat *secius*, i. e. uva deterior defertur in torcularium. Equidem cum Schoettgen probo *lecta*, cui deinceps opponitur *electa*.

Forum) torcularii. De quo Cato 18, 1, et alii. Dolium *inane* deinceps mihi

veniat: electa in secretam corbulam, unde[f] in ollulas addatur, et in dolia plena vinaceorum[g] contrudatur. alia, quae in piscinam in amphoram picatam descendat. alia, quae in aream,[h] ut in carnarium ascendat.[i] Quae calcatae uvae erunt, earum[k] scopi cum folliculis[l] subiiciendi sub prelum,[m] ut si quid[n] reliqui habeant[o] musti, exprimatur in eundem lacum. Quum 3
desiit sub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema, et rursus premunt: et rursus quum expressum, circumcisitum[p] appellant, ac seorsum, quod expres-

P. 2. *inanne* Bon. (f) *inde* I. B. Br. R. (g) *vinaciorum* Eaedem. (h) *horam in* I. B. Br. R. *aram ut in* Ald. et reliq. *aream ut in* Gr. 1. G. Pop. *ara in* Polit. (i) *escendat* P. (k) *eorum* I. B. R. Br. (l) *follicolis* Herv. (m) *plerum* P. *praelum* Ald. Br. (n) *siqui* P. (o) *habeat* P. *circumcisici-*

displicet; satis enim intelligit ipse lector, inane esse debere, quo vinum sit indendum.

Addatur) Vrsinus corrigebat *abdatur*, malebat tamen *in ollulas, eae in d. p. v. condantur*. Catonem enim expressum esse, cap. 7, ubi est: *Hae in ollis, ollae in vinaceis condantur.* Vulgatum *addatur* Gesner defendit comparatione III, 15, 2, et similium locorum.

Piscinam) Quo mustum etiam defertur, ut fiat ἀείγλευχος, aëre excluso omni et fervore intestino musti.

Aream) Vrsinus malebat: *horreum aut carnarium*, ex Columella [illegible], 43: *in horreo suspendunt, in quo triticum suppositum est.* Idem ait alios corrigere *arcam*, in Codice aliquo esse *aëra.* Pontedera corrigebat: *alia quae in aream, unde in carnarium ascendat*; verum in Curis secundis mutata sententia probabat: *alia quae in aëna* (i. e. *ahena*) *ut in carnarium escendat.* Gesner aream probabat et ad ipsum carnarium pertinere putabat, laudato Catonis loco cap. VII, 2, ubi uva apud fabrum ferrarium suspenditur, quae vocabatur *fabrilis.* Mihi etiam area displicet, et praeferrem *aram*, si locus Columellae X, 354: *innutave aris nigra satiare favilla* satis esse certus; alii enim libri *laris* habent. Quid si olim *farreum* fuit scriptum? Ita enim veteres horreum vocabant, teste Festo.

Earum — ut si quid reliqui habeant etc.) ex Edd. pr. et Codd. lectiones primas revocat Pontedera: *eorum — si qui reliqui habeat — circumcisicitum — seorsum, quod est, servant*; in quibus *si qui* pro *si quod* est ex duobus Polit. et s. Repar. addo Vindob. *habeat* indidem et ex tertio Laurent. Verbum *circumcisicitum* quod est etiam in Vindobon. truncatum usu censet ex *circumcircum* et *sectum* vel *sictum.*

Extrema) Pedem vinaceorum circumcidere dixit Columella XII, 36 et 43, ubi vide notas.

Rursus quum expressum) Vrsinus malebat *succum expressum.*

Circumcisitum) Ex lectione Pol. Scaliger *circumcisitium*, cum Vrsino

sum[q] est, servant, quod resipit[r] ferrum. expressi acinorum folliculi in dolia coniiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota, acina, ac pro vino operariis datur hieme.

LV. De oliveto. oleam quam manu tangere possis e terra ac[a] scalis, legere oportet potius quam quatere; quod ea, quae vapulavit, macescit,[b] nec dat tantum olei. quae manu stricta, melior ea, quae di-

tum P. teste etiam Victorio. *circumcisitium* marg. Durdr. *circumcis.* Br. (q) *expressum* deest I. B. R. Br. (r) *respicit* P.

CAP. LV. (a) *aut* l. I. G. A. (b) *inarescit* a. V. (c) *legatur* Hervag.

Popma *circumcisivum* corrigebant. Cato circumcidaneum cap. 23. Columella et Plinius *tortivum* mustum vocant. Equidem vulgatam ipse etiam improbo.

Quod expressum est) Gesnerus haec verba abundare suspicabatur. Varro apud Nonium p. 551 Merceri: *Antiquae mulieres maiores bibebant loram aut sapam aut defrutum aut passum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putant.* Idem Varro ibidem: *non modo vinum dare, sed etiam ut Plautus ait, murrhinam, passum defrutum.* Alibi idem: *Tum autem murrhina. Loram dicebant in vindemia, quum expressissent acinis mustum et folliculos in dolium coniecissent.* Idem ibidem p. eadem: *Moriolam. Vino addito loram passi vocare coeperunt: moriolam nominabant quod ex uvis expressum erat passum, et ad folliculos rei, quos et vinacia ea dicebant sapam.* ubi Mercerus *et* ante *ad folliculos* addidit, praeterea nihil ad sententiam expediendam adiecit. Iunius corrigebat: *et ad folliculos reliquos, et vinacea adiiciebant sapam.* Festus *murrinam* interpretatur graece nectar, eandemque a mulieribus *murriolam*, a quibusdam murratum vinum vocari refert; ab aliis denique derivare ab uvae genere murrhinae. Varronis locum recitavit etiam Gellius X, 23, Murrhinam Plinius ex Plauto interpretatur vinum myrrhae odore conditum XIV, s. 15, et sect. 19. Sed Varronis moriola a Festi *murriola* diversa videtur esse, et expressa ex uvarum passarum folliculis, addita cum sapa aqua. Fuit igitur lorae genus delicatius.

CAP. LV. *Oliveto*) Recte Pontedera emendabat *olivitate*. Vide infra c. 60.

Scalis) Geoponica IX, 17, triangularia scabella (ἀναβατήρια, scalas) commendant, superimposita lata tabella, ubi stantes oleas legant.

Quatere) Plinius 15, s. 3: *Qui cautissime agunt, arundine levi ictu, nec adve[illegible] percutiunt ramos. Sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus.* ubi Vincentius *ictu levi deiiciant — sic enim alternare.* recte! Graeci perticas, quibus decutiebant baccas, ῥακτρίας dicebant, teste Polluce. Crescent. V, 19: Mense Novembri oliva tollitur, quum varia esse coeperit, vel manibus vel excutiendo perticis suaviter, ne ramusculi laedantur. Ipsis enim laesis sequenti anno fructui plurimum derogabitur.

gitis nudis legitur,[c] quam illa quae cum digitalibus.[d] duricies enim eorum non[e] solum stringit bacam, sed 2

laudabilior I. B. R. I. I. Br. *laudabilior: l. quam* P. (d) *digitabulis* Pol. teste etiam Victorio; quod dedit Popma. (e) *quia non* I. B. R. Br. *quod non* P.

Cf. Theophr. C P. I, 22, et Geopon. IX, 17.

Legitur) In libro optimo Victor. scriptum reperit, quod ex Polit. etiam annotavit Gesner: *laudabilior L. quam* et cet. Vrsinus ait, in vetere Codice esse pro legitur scriptum L, quam literam alios *in laudabiliter*, alios in *legitur* mutasse censet. Literam istam saepius in Codice suo appositam explicare non potuit Victorius, nec alii. Vocabulum *laudabilior*, in primis etiam *Edd.* repertum, forte debet substitui alteri *melior*. Verbum *legitur*, quasi ex litera L ortum, expungit Scaliger.

Ea, quae) Vrsinus malebat *et quae*. Sed quae manu stringitur, non diversa est ab ea, quae digitis.

Digitalibus) Libri Medicei *digitabulis*, a Gesnero in Thes. L. L. omissum, probabat Scaliger, comparans ignitabulum et acetabulum, et Vrsinus, qui ex Glossario attulit: *digitabulum* δακτυλῆθρα, *sive digitale*. Vocem δακτυλῆθρα habet Xenophon. Cyrop. VIII, 8, 17. Manicas h. l. cogitare non licet, sed instrumentum ligneum, in effigiem digitorum divisum, quo comprehensae baccae stringerentur.

Non solum) Nonius sub verbo, *stringere* b. l. ita laudat: *Quod non solum celeriter praeterire stringere vocant, sed etiam te transglubit*, ubi verba *celeriter praeterire* a glossatore adiecta fuisse, *vocant* vero ex *vacam* pro *bacam* ortum, monent Vrsinus et Victorius. *Vacam* pro *bacam* b. l. etiam est in Medic. teste Victorio. Idem Nonius sub verbo *glubere* habet ex h. l. *durities enim ea quod non solum stringit bacam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit* et cet. Eiusdem lectionis vestigia sunt in Edd. primis, ubi legitur: *quia non solum*. In Medic est *quod non solum*, quam probabat Scaliger. Verum ita sententia imperfecta relinquitur et apodosis deest Pontedera ex lectione prioris loci Noniani colligebat, olim h. l. fuisse: *non solum non stringit*. quod glossatorem putat explicasse per *praeterire*. Nonium enim locum Varronis laudasse in exemplum significationis eius, qua Virgilius eam glandes stringere dixit, pro decerpere. Deinde suspicionem aliam subiicit: legendum *non solum nimium stringit*. Scilicet vir egregius duplex digitalium incommodum memorari putabat, ita ut aut praeterire bacas multas, aut nimium stringere et cum amurca olei quiddam exprimere dicatur. Equidem, prioris loci Noniani lectione contemta, alterius lectionem *quod non solum*, quam etiam libri scripti optimi exhibent, accuratius investigandam et explicandam putabam. Forte igitur Varro graecum μὴ ὅτι — ἀλλὰ καὶ exprimere voluit, et dixit *durities enim eorum non quod solum stringit* et cet. Mercerus in Nonio p. 403, edidit *quod non solum stringit bacam, sed etiam ramum glubit*. et verba *celeriter praeterire* ad sequentem notam Nonii reiecit libris suis auctoribus. Idem in optimis Varronis libris esse ait *quod non solum*. Intellexisse videtur Codicem regium Paris. quem alibi laudavit. Ex scriptura librorum Nonii *ram glubit* factum monet *transglubit*. In

etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos. Quae[f] manu tangi non poterunt, ita quati debent, ut arundine potius quam pertica feriantur.
3 gravior enim plaga medicum quaerit. Qui quatiet, ne adversam caedat. saepe enim ita percussa olea secum defert[g] de ramulo plantam.[h] quo facto, fructum amittunt posteri anni. ut[i] haec non minima causa, quod oliveta dicant[•] alternis annis non ferre fructus,

(f) *Quae* a. V. qui *Qui* dedit. (g) *profert* I. B. R. Br. (h) *partem* A. I. I.

posteriore Nonii loco Editio Parmensis 1480 habet *duritia est enim — ramis gluvit.* Codex Guelferbyt. *duricia est enim — ramis gluvit ac reliquit.* Prior Editio Mercerii ex Varrone *retectos* affuit. In altero loco Codex optimous, certe optimis Mercerii par, habet: *quod non solum celeriter praeterire, strigit vacam sed etiam ram glubit.*

Percussa olea). Vocem *olea* ut sporiam deleri volebat Vrsinus.

Plantam) Germina Plinius, θαλλείας dixit Theophrastus, recte monente Victorio. Locus est de C. P. I, 24, ubi de arboribus, ex ramis annotinis fructum afferentibus, ponit exemplum oleae, καὶ ἅμα ῥαβδιζομένη πονεῖ καὶ κατακεκομμένη τὰς θαλλείας. ἐπεὶ καὶ ὅσοι γε μὴ οὕτω συλλέγουσιν ἀλλὰ καὶ αὐτομάτως ἀεὶ τὴν ἀποῤῥέουσαν ἀποσείοντες, ἐπετειοφορεῖν φασι μᾶλλον. Consentiunt Geop. IX, 17: ἐπεὶ εἰς τὸ μέλλον ἧττον καρποφορεῖ.

Vt haec non minima causa) ex lectione Victorii, quae est in 4 Codd. Florent. et Caesenate *nec haec non minima causa*, efficit nunc Pontedera (Curis post.): *Nae haec non minima causa — alteris annis non ferre fructus.*

Alternis annis) Vitium vulgatae bene vidit Pontedera, contra nec admonitus quidem Gesner agnovit. Ex comparatis locis Plinii et Columellae V, 8, Pontedera legi volebat *singulis annis*, aut *non alternis annis.* Equidem malim *alternis annis non singulis ferre fructus.* Vulgatam Gesner interpretatur *altero quovis anno non ferre fructus.* Ceterum causam hanc esse veram, negat Bernard. p. 143, et p. 248, ubi docet, ea olearum genera, quae cacumina longa proferunt, singulis annis fructum efferre, contra, quae brevibus germinibus distinguuntur, alternis annis fructum ferre, ut et illa, quorum cacumina longa nimia fructuum fertilitate exuberant. Praeterea tinearum genus quoddam ramulos multos erodere atque exsiccare, qui deinde percussi pertica facile deferantur cum baccis. Scilicet larva phalaenae olearis, picta et descripta ab eodem p. 290, non solum frondem oleae erodit, inter duas foliorum tunicas habitans, (de qua erucarum noxa locus est Plinii XVII, c. 24) sed etiam vere germina perforat, atque in nucleum oleae crescentis se per umbilicum insinuat, ita, ut olea plerumque praematurata decidat sterilis olei. Quaecunque mense Augusto et Septembri nucleo a verme perforato decidunt, inutiles ad olivitatem sunt, quia parum olei tum habent inclusum adhuc; verum quae postea

aut non aeque magnos. Olea ut uva per idem bivium[l] redit[m] in villam, alia ad cibum eligitur,[n] alia ut eliquescat, ac non solum corpus intus unguat,[o] sed etiam extrinsecus: itaque dominum et in[p] balneas, et[q] gymnasium sequitur.[r] Haec, de qua fit oleum, congeri

G. (i) *nec* Vict. (k) *dicantur* a. V. (l) *bilvium* P. *diem bivium* Br. (m) *cedit* Ienss. Br. *caedit* B. R. (n) *datur* I. B. R. Br. *ledatur (dedatur)* P. 1. *legatur* P. 2. *laedatur* Codex optimus Victorii, *legatur* Venetus, *ledatur* Caesenas. (o) *ungat* a. V. (p) Vulgo *in* deest. *et ad* A. Iunt. G. (q) *et ad* Eaedem. *gyminasium* P. (r) *insequitur* P. *inde sequitur* I. B. Br. R. (s)

decidunt, cum utilitate aliqua colligi et exprimi possunt, etsi nigris vermium excrementis in nucleo relictis, mire saporem olei vitiante, si nucleus frangatur. Atque hinc ortam esse scriptorum nostrorum opinionem, a nucleo vitiari saporem olei aestivi et viridis, recte monet Bernard p. 299. Quare etiam molas olearias ita suspendendas esse censuerunt, ne nuclei cum carnibus olearum confringerentur. Carnosissima olearum genera praeferunt hi vermes, oleastris raro nocent. Casum olearum falso hodieque siccitatibus adscribunt. Theophrasti de vermiculatione olearum falsam opinionem posui ad Columellam XII, 50, 1, unde explicatur altera quam posui ad Catonem cap. 92. Morbum alium olearum Florentini *la rogna* vocant, quum crebri corticis nodi vermes includunt, teste *Tozzeti* Itiner. T. I, p. 62, vers. germanicae.

Bilvium, quod est in Polit. et duobus Flor. ait Pontedera (Curis post.) esse ortum ex *bisuium*; deinde *eligatur* Venetus liber habet, Polit. S. Repar. et Caesen. *ledatur* in Pol. 2 legitur. Idem nunc *legatur* i. e. mittitur, metaphorice dictum probat, ut paulo antea *cedit in villam* ex libris antiquis revocat, unde alibi *occidimus* revocavi.

Redit) Antiquum *cedit* pro *it* multis exemplis probatum confirmat Pontedera.

Eligitur) Lectionem librorum *laedatur* plane damnat Scaliger et omittit vel *laedatur* vel *eligitur*, *alia* interpretatus *alia via*, viam enim in bivio latere. Ex lectione *datur* Vrsinus efficit *ut condatur*. Pontedera vetus *laedatur* probat vel in *caedatur* mutat, de varia conditura interpretatus. Sed in Curis Secundis Morgagnianum inventum *laudatur* et ipse magis probat.

Et balneas) Hanc lectionem Victorius ita defendebat, ut dominum sequi dicatur olea quum cenae adhibetur; quasi non eundem in gymnasium et balneas sequatur eadem. Itaque Gesner intelligi censebat praepositionem *in* ante balneas et gymnasium, eaque ellipsin satis frequentem esse in libris scriptorum putabat. Quod mihi aliter videtur; puto enim, illam praepositionem plane addendam esse. Ceterum balneas publicas esse, contra balneum esse privatum, singulari numero positum, censebat Varro de L. L. VII, p. 93, et VIII, p. 114, quam formam tamen ceteri scriptores non sunt secuti. Est a graeco *βαλανεῖον*.

solet acervatim per[s] dies singulos in tabulata,[t] uti ibi mediocriter fracescat, ac primus[v] quisque acervus demittatur[x] per serias[y] ac vasa olearia ad[z] trapetas,

per om. Eaedem. *debet congeri et mundari seu acervari* Cresc. (t) *tabulato* Cr. (v) *primitus* I. B. Br. R. *prius* Cresc. (x) *dimittitur* I. B. Br. R. Cr. (y) *sena ad* P. 1. *seria ad* P. 2. Codex Victorii *sena ad vasa ac trapetas.* Cresc. *dimittatur in sex partibus seu vicibus ad vasa ole. et trapetas.* Vaticani libri ap. Ponted. *demittitur per seria ad vasa ol. et trapetas.* Codex Caesen. cum Pol. 1 facit, praeterea *acervos* habet. Cod. Vietorii recentior *seria* babebat. Bruschiana *seras.* (z) *trapetas* restitui ex I. B. Br. R. Cresc. et Codd.

Per dies) Edd. primae cum Codice Ryckiano omittunt *per*; idemque facere libros Nonii, qui haec verba laudat in verbo *fraccescere* cum Codice regio Varronis, monet ibi Mercerus. Equidem vulgatum teneo; iubet enim Varro singulorum dierum vindemiam, mediocriter antea fracescentem, mature exprimere, nec simul omnem olearum copiam in tabulata congerere.

Mediocriter fracescat) Cresc. V, 19: Aristoteles dicit, quod nunquam perfecte in arbore maturescunt, etiamsi per multos annos ibi essent, sed ut veram et perfectam consequantur maturationem, oportet, ut late collectae de arbore per plures dies in una congerie coacerventur, ut sic per pressionem mutuam confortato calore et retento ad interiora ad plenam maturationem producantur. § Locum philosophi equidem ignoro. Falsum etiam quod ex Plinio addit Cresc. *quamdiu in arbore dimittuntur, eo meliores fiunt; semper enim novas vires sumunt, et difficilius cadunt.* Sed verba *quam diu — fiunt* hodie in Plinii loco 15, s. 3, non leguntur.

Serias) Lectionem vetustissimi libri Pol. *sena* Scaliger de *sino* interpretabatur, quod in scriptis Nonii libris ubique *senum* non *sinum* scriptum repererat. Nonii locus est IX, 34, Scaligero assentitur Salmasius Exercit. Plinian. p. 165. Contra Vrsinus legi volebat: *demittatur ad ferias per trapeta. Olea lecta* et cet. Verba enim interiecta *ac vasa olearia* interpretationem vocabuli *serias*, et reliqua glossam trapetis adiectam esse censebat. Popma lectionem utramque *sena* et *serias* damnat. Serias enim esse, in quibus oleum expressum reponatur, senum autem vel sinum vas vinarium grandius, teste ipso Varrone libro IV, de L. L. nulliusque usus in factura olei. Itaque suspicabatur, legi debere *demittatur per se ad vasa*: i. e. unusquisque acervus separatim, seorsum ad trapetas demittatur. Deinde putat, trapetas Varronem ipsum interpretari molas olearias, etsi Columella molas a trapetis distinguat XII, 50, 6. Formam loquendi *quae res* illustrat aliis Varronis locis, velut illo III, 16: *quos aliis μελισσοτροφεῖα appellant, eandem rem alii quidam mellaria.* Pontedera ex lectione Crescentii, supra posita, quam gemina versio italica, antiquior et recentior, expresserit, coniecturam hanc duxit: *demittatur per senas partes ad vasa olearia et trapetas.* nulla tamen addita interpretatione. In Curis tamen sec. lectionem *per sena ait* probat, vasis genus interpretatus. Equidem ex eo, quod intelligi voluisse in emendatione videtur vir egregius,

quae res[a] molae oleariae e[b] duro et aspero lapide.

Victorii. Aldina cum reliquis *trapeta*. In I. B. Br. R. est *et trapetas*. (a) Ita I. B. Br. R. Codices Victorii. Reliquae cum Aldina: *in quae eam terent molae*. Cresc. *et submittitur molae oleariae*. (b) e om. I. B. Br. R. et errore Gesn.

aliam coniecturam duxi, multo quidem, ut mihi quidem videtur, probabiliorem. Censeo enim, legi debere: *per sena vasa olearia*. aut *per sena iuga vasa olearia ac trapetas*. Cato enim in torculari postulat, ut adsint vasa olearia instructa iuga V. cap. 10, quem locum repetiit Varro I, 22. Idem tamen Cato cap. 145, ubi oleam faciundam locat: *si sex iugis*, inquit, *vasis opus erit, facito*. Scilicet in magna olearum ubertate vasa iuga quinque non aufficiebant, quorum numerus fuisse videtur ea aetate solemnis in mediocri olivitate. Possis igitur h. l. legere etiam *per sex iuga vasa olearia*. Vix temperavi mihi, quin hanc emendationem, iu cuius vestigia me Crescentii lectio et Pontederae conatus induxit, in ipsa oratione Varronis reponerem. At bene cecidit cunctatio mea! Ecce enim Varro III, 2, 8, de villa Seiana: *nihilo magis torcula vasa vindemiatoria. aut serias olearias aut trapetas* ubi Aldus simili audacia posuit *trapeta*. Vides igitur, ibi *serias ac trapetas* opponi vasis vindemiatoriis; hinc locum suum hic obtinere facile patiar, sed *vasa olearia* cum Vrsino damno. Neque enim alia vasa ad facturam olei adhibentur quam trapetes et torcular; seriis vero conditur oleum. Nisi malis *vasa olearia* torcular seu prelum olearium interpretari. Praeposterum tamen ordinem ubique mirari vel sic licebit. Denique in eadem cogitatione persistens errorem a Popma ad reliquos interpretes translatum esse animadverti. Scilicet is ferias oleo condendo ubique servisse censebat; quod falsum esse nunc video. Quid enim Catoni cap. 12, seriae, in torculari positae, volunt? Seriam vinariam idem in Capitis XIII, torculari, in cella vero olearia nullam (ibidem) ponit. Videntur igitur seriae in torculari usum excipiendo oleo primum expresso et in cellam transferendo atque in alia vasa transfundendo praebuisse. Quanquam bene scio, Columellam XII, 50, s. 14, testari dolia et serias, in quibus oleum recondatur. Operae etiam erit, annotasse, in loco Catonis cap. 12, *serias* in Codice Wratisl. transiisse mutatas in *senas*.

Quae res) Veterem lectionem, a Victorio etiam relictam, revocavi, quam probavit primus Scaliger, iisdem et pluribus exemplis usus, quam Popma, ut formulam *quae res* pro quae trapeta, aut qui trapetes, illustraret et confirmaret. Eandem lectionem etiam in libris Vaticanis exstare testatur Pontedera, ipse tamen iudicium suum non interponit. Praeterea affert Crescentii lectionem, supra etiam positam; *trapetas, et submittitur molae oleariae, quae est de duro et aspero lapide*. quam magis approbare videtur, ut multo lucidiorem. Quod quidem et mihi videtur, etsi miror, ne levissimum quidem eius vestigium in reliquis libris scriptis exstare. In Curis tamen secund. verba *quae res — lapide* damnavit ut glossam, e margine insertam, et ex vocabulo *trapetas* ductam.

Aspero lapide) Trapetum vetus, Stabiis repertum, habet molam ex duro et aspero lapide eius generis fritarum, quas Vesuvii incendia reie-

Olea lecta si nimium diu fuit[c] in acervis, caldore[d] fracescit, et oleum foetidum fit.[e] Itaque si nequeas mature conficere, in acervis iactando ventilare[f] oportet. Ex olea fructus duplex; oleum, quod omnibus notum, et amurca, cuius utilitatem quod ignorant[g] plerique,[h] licet videre[i] e torculis oleariis fluere in agros,[k] ac non solum denigrare terram, sed[l] multitudine facere[m] sterilem: quum[n] is humor modicus, cum[o] ad multas res, tum ad agriculturam pertineat

quae est de duro Cr. (c) *fuerit* a. V. et Cr. (d) *caldore ea* lens. Br. *calore* Cr. omissis *et oleum foet. fit.* (e) *facit* A. Ba. G. (f) *ventilari* Cr. (g) *quia ignoratur a plerisque* I. B. Br. R. *ignorantur a plerique* Polit. *quia ignoratur, a plerisque despicitur. Licet enim videre, quod si e torculis* Ald. Ba. G. Gr. *Item scribit Varro quod amurca est huius virtutis, quodsi de ipsa nimis ponatur in agro, terram denigrat et sterilem facit* Cresc. *quia ignoratur a plerisque despicitur: licet enim videre. Quid si e torculis oleariis fluere permittitur* et cet. Codex Vrsini. (h) *Licet* praeced. puncto etiam Hervag. (i) *videre: ci* I. B. Br. R. (k) *agros permittitur, non solum denigrat* A. Ba. G. Gr.. (l) *sed etiam* I. B. Br. R. A. G. Gr. (m) *facit* A. Ba. G. Gr. (n) *cum tamen* A. Ba. G *Si modicum, ad agriculturam vehementer pertinet, et*

ctant. Testatur Presta in libro secondo p. 141, qui lapidem vocat *pietra dura et bucherata.*

Fracescit) Cato c. 64: olea in terra et in tabulato putescit — factores volunt, ut in tabulato diu sit; ut fracida sit, quo facilius efficiant. Situ scilicet oleam concalescit, amurcaque putida oleum inficit foetore suo. Fraces proprie sunt carnes fractarum olivarum et prelo expressarum reliquae; hinc verbum fracescere, quod proprie mollitiem fructuum initiumque corruptelae indicat, ut h. l. Caldorem et frigus olivis, praesertim in acervo compositis, mollitiem et corruptelam inducere, notum est. A fraogendo dicuntur fraces, ut recte monuit etiam Gesner. In Columellae de Arbor. libro cap. 14, libri optimi dant *fragibus* pro *fracibus*. Sic *pira fragilia* Celsus II, 24, opponit iis, quae ponuntur seu servantur; et alibi *fragilia* poma et pira nominat, id est, quae facile fracescunt, ceterum austera.

Quod ignorant) Si Codex Vrsini habuit vere eam scripturam, quam inde vir sagacissimus laudat, non est quod de auctoritate Edd. Ba. A. Gr. G. dubitemus, ubi eadem exstat. Sed interdum subdubitare coepi de Codice illo Vrsini; et novimus, Meursium Codicem vetustum crepare, ubi lectionem voluit antiquarum editionum aliquot dicere.

Torculis) Torculum et vas torculum seu torcular dicitur. Varro apud Nonium p. 47: *vineis, ubi ampla caella, torculum respondeat.* quod Nonius torcular interpretatur.

Modicus) Inepte Pontedera corrigebat *medicus*.

vehementer, quod circum arborum[p] radices infundi solet, maxime ad[q] oleam, et ubicumque in agro herba nocet.

LVI. Agrius, Iam dudum, inquit,[a] in villa sedens expecto cum clavi te Stolo, dum fructus in villam[b] referas. Ille,[c] Em[d] quin adsum. venio, inquit, ad limen, fores aperi. primum faenisiciae conduntur melius sub tecto, quam in acervis, quod ita fit iucundius pabulum. ex eo intelligitur,[e] quod pecus utroque posito libentius est.

LVII. At[a] triticum condi oportet in granaria sublimia, quae perflentur vento ab exortu ac septentrionum[b] regione, ad quae nulla aura humida ex propinquis locis adspiret. parietes et solum opere tectorio marmorato loricandi: si minus, ex argilla mixto acere[c] e frumento et amurca, quod murem et

circa radices arborum infundi solet, et maxime ad taleam Cresc. (o) *tum* I. B. Br. R. (p) *arbori* Eaedem. (q) *et* Eaedem. *ad taleam* Cresc.

Cap. LVI. (a) *inquit* abest I. B. R. Br. (b) *villa* I. B. R. Br. (c) *Ille enim* P. I. B. R. Br. (d) *Emquin* Iunct. Pol 4. *Ecquid* I. B. R. Br. *en quin* Iuntt. Ryck. *en adsum* A. Ba-G. *en adsum* iunct. Pol. 2. (e) *intellegitur* P.

Cap. LVII. (a) *Et* P. Deinceps *et sept.* Brusch. et *e propinquis*. (b) *se-*

Cap. LVI. *Em*) Eandem scripturam pro *en* Mediceum librum habere in Epist. Ciceronis ad Caesarem XIII, 15, monuit Victorius.

Acervis) In metas exstructum foenum vocat Columella II, 19. Vide ad Caton. c. 55.

Quod ita fit) Vrsinus ex usu Varroniano malebat legi *fiet*. Gesner, magis de sententia loci sollicitus, scribendum esse censebat: *id ex eo — illud libentius est*, aut *Quod* (id est utrum) *sit iucundius, ex eo int. — illud libentius est.* Recte is vidit, *illud* inserendum esse; reliqua equidem sic lego: *acervis. ita fit iucundius pabulum. quod ex eo — illud libentius est.*

Cap. LVII. *Ab exortu ac*) Plinius XVIII, sect. 73: *alii ab exortu tantum aestivo aut septentrione* (afflatum admittunt). Geoponica II, 27: καλῶς ἀποκλείεται σῖτος ἐν ἀνωγείοις τὸ φῶς ἀπὸ ἀνατολῆς ἔχουσι. προσπνείσθω δὲ ὁ τόπος μετρίως ἀπὸ βορρᾶ καὶ ζεφύρου.

Argilla) Geoponica l. c. κάλλιον δὲ τὴν ἀμμοκονίαν (i. e. calcem arenatam) ἀμόργῃ βρέχειν· αὕτη γὰρ καὶ πάντα τὰ θηρία διαφθείρει καὶ τὸν σῖτον στερεώτερον καὶ πυκνότερον ποιεῖ.

Acere) Festus in acus ex h. l. habet

vermem non patitur esse, et grana facit solidiora ac firmiora. quidam ipsum triticum conspergunt, quum addant in[d] circiter mille modium[e] quadrantal[f] amurcae. Item alius aliud adfriat,[g] aut[h] aspergit,[i] ut Chalcidicam aut Caricam cretam, aut[k] absinthium[l] item
2 huius generis alia. Quidam granaria habent sub terris,[m] speluncas, quas vocant σειρσὺς,[n] ut in Cappadocia, ac[o] Thracia.[oo] alii, ut in Hispania citeriore puteos, ut in agro Carthaginiensi,[p] et Oscensi. Horum solum paleis substernunt: et curant ne humor, aut aër tangere possit, nisi quum promitur ad usum. quo enim spiritus non pervenit, ibi non oritur curculio.[q]

ptentrionem Herv. (c) *aggere* I. B. R. *agere* Brusch. (d) *circiter in* a. V (e) *modios* I. B. R. Br. (f) *quadrantem* I. B. R. Br. (g) *afriat* a. V. (h) *aut id* I. B. R. Br. (i) *quod ut* Brusch. (k) *ac* I. B. Br. R. (l) *absenthium* P. *absynthiique decoctum* add. I. I-G. A. (m) *uti* inser. A. I. I-G. (n) *syros* a. V. (o) *aut* I. B. R. Br. (oo) *thrachia* P. (p) *carthaginensi et ostiensi* I. B. R. Br. deinceps *susternunt* Br. (q) *curgulio* Bo. *gurgulio* Reg

argillam mixtam, acere. et sic etiam Priscianus V, p. 658.

Conspergunt) Codex vetustissimus Victorii hic et ubique *conspargunt.* Plinius 18: *quidam ipsum triticum diuturnitatis causa adspergunt amurca in mille modios quadrantal. Alii Chalcidica — aut Carica creta aut etiam absinthio.* Chalcidem Euboeae intelligi puto, cuius loca hieme tepere, aestate fervere ait Columella I, 4, 9. De terra Cerinthi in Euboea idem affirmat Theophrastus H. P. VIII, cap. ultimo. Vide Reinesii V. L. III, 5, p. 418; Geopon. II, 27.

Item huius generis) Vrsinus corrigebat: *Item huius generis quidam habent sub terris uti speluncas* reliquis verbis tanquam glossis omissis. De ipsis siris laudavit Vrsinus locum Curtii VII, triticum ubi in siris conditum dicitur, et Plinium 18, 30, utilissime autem in scrobibus servatur, quos siros vocant, ut in Cappadocia et Thracia. Artemidorus a Schoëttgen laudatus II, 24, vocabula eiusmodi scrobium, ubi semina serventur, posuit σιροί, κάπετοι, χωλεοί. Hirtius Belli Afric. c. 65: *Est in Africa consuetudo incolarum, ut in agris et in omnibus fere villis sub terra specus condendi frumenti gratia clam habeant.* Vsus sirorum durat hodie in Hungaria, docente *Mitterpacher* in Elem. rei rusticae. Budae 1777, T. I, p. 439, ubi monet, alios frumenti cumulos leviter et saepe conspergere aqua, dum grana summa germinare incipiant, radicibusque invicem implexa eorum inducant acervo impervium spiritui, alios cumulum tegere praeterea calce. Vide etiam infra ad c. 63.

Aut aspergit) Glossam verbi *adfriat* haec duo vocabula esse censebat Vrsinus.

Sic conditum triticum manet vel[r] annos quinquaginta: milium vero plus annos centum. Supra[s] terram gra- 3
naria in agro quidam sublimia faciunt, ut in Hispania citeriore, et in[t] Appulia[v] quidam, quae non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a solo ventus refrigerare[x] possit.

LVIII. Faba et[a] legumina in oleariis vasis oblita

(r) *ad* I. B. R. Br. (s) *supra terram* deest A. Ba-G. (t) *in* omitt. I. B. R. Br. (v) *Apulia* P. I. B. R. Br. *Appulia*, *ita ut non solum* I. I-G. A. (x) *regyrare* a. V. Ienss. Br. Herv. *regirare* a. V. *regerare* H. St. Zw. D. *regitare* marg. Durdr.

Cap. LVIII. (a) *et* ex Edd. a. V. restitui. (b) Ita Edd. a. V. qui *Amin-*

Solum) Crescentius III, 2: *horum solum et latera paleis — promitur — gurgulio — manet annis — multum vero plus annis centum.* ubi antiqua mea *promittitur.* unde Pontedera h. l. addi volebat verba *et latera.* Ea enim esse necessaria, si frumentum excussum et purum ponitur; quod factum arguere verba: *nisi quum promitur ad usum.* Contra Plinius l. c.: *In Hispania et Africa ante omnia ut sicco solo fiant curant, mox ut palea substernatur; praeterea cum spicca sua conduntur ita frumenta, si nullus spiritus penetret, certum est, nihil malefici nasci. Varro auctor est, sic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium vero centum.* At in Curis sec. Pontedera sententiam mutavit; satis enim, ait, intelligi, lateribus quid faciendum, ex verbis: *ne humor* etc.

Apulia quidam) Ita scribi volebat Pontedera. Vulgatum *Apulia. Quidam* nimis ineptum erat. In Edd. antiquis multo rectius erat olim: *Apulia, ita ut non solum.* Vrsinus in Codice suo non reperit *ita:* In libro Caesenate Pontedera reperit *Apulia quaedam quae non solum*, et hoc praefert in Curis post.; deinde *regerare* antiquum comparat cum Italico *regirare;* postea *sublimia* suspectum habet, quum quia satis significatur verbis *supra terram* esse sublimia, tum ob verba Plinii, haec excerpentis: *alibi contra suspendunt granaria lignea columnis;* Igitur ingeniosa est eius coniectura, *sublicia* olim fuisse h. l. id est sublicis suspensa.

Refrigerare) In libris suis *regerare* reperit Victorius, unde effecerat, quod eieci, *regelare.* Vrsinus etiam in suo libro repererat *regerare*, sed recte mutavit in *refrigerare*, laudato Plinio XVIII, sect. 73: *Alii contra suspendunt granaria lignea columnis et perflari undique malunt, atque etiam a fundo.* Contra hanc rationem monebant alii, quae refert Plinius ibidem *alii omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur, etsi tegulis subiaceat, confervescere.* De postremo hoc genere intelligo verba Geoponicorum l. c. *ἐχέτω δὲ πυκνοὺς σωλῆνας δι' ὧν ἥτε θερμὴ ἀτμὶς ἐκπνέοι καὶ αὔρα ψύχουσα εἰσπνέοι.* Infra cap. 64: *regerunt*, tum similiter ex *refrigeratum* esse ortum, docebo ad cap. 64.

Cap. LVIII. *Faba et*) Male Victorius *et* delevit. Pontedera ex Crescen-

cinere perdiu incolumia servantur. Cato ait uvam Amineam[b] minusculam et maiorem et Apiciam in ollis commodissime condi, eadem in sapa et musto in lora,[c] recte. quas suspendas, opportunissimas esse duracinas et Amineas[d] Scantianas.[e]

LIX. De[a] pomis, conditiva mala struthea,[b] cotonea, Scantiana,[c] Quiriniana, orbiculata, et quae antea mustea vocabant,[d] nunc melimela appellant, haec omnia in loco arido et frigido supra paleas[e] posita servari recte putant. Et ideo oporothecas qui faciunt,

neam et post *Aminneas* dedit. (c) *in lora* ex Codice Vrsini addidi. (d) *et* vulgo additum om. I. B. Br. R. (e) *Scancianas* I. B. Br. R.

Cap. LIX. (a) *De pomis* deest a. V. (b) *structea*, *cotonia* I. B. R. Br. (c) *scaudiana* I. B. R. Br. et Codd. Victorii. (d) *atque quae — vocabantur* Br. *vocabantur* etiam A. Iunt. G. (e) *palea* P. *posita palea* I. B. Br. R.

tio III, 8, malebat *et cetera*. Sed nostra medicina est facilior. Plinius l. c. *Fabam et legumina in oleariis cadis oblita cinere longo tempore servari.* ubi Codex *oblitis* rectius habet. Plinius addit: *Idem* (Varro) *fabam a Pyrrhi regis aetate in quodam specu Ambraciae usque ad piraticum Pompeii magni bellum durasse, annis circiter centum viginti.* Quae h. l. excidisse videntur, eorumque locum occupasse verba, ex Catone excerpta. Varro classi praefuit Graecae in bello Pompeii piratico, ut ipse alibi narrat. Geoponica II. 35, fabas aqua marina aspergunt, aut silphii decocto. Lenticulam ita servat Colum. II, 10, 16.

In lora) Haec verba ex Codice suo addi voluit Vrsinus; eaque sunt in Catonis loco cap. VII, unde Plinius etiam transtulit.

Scantianas) Vrsinus verba *et Amineas* deleri volebat, quia Plinius XIV, s. 5: *Amineam proxime dictam* (maiorem) *Varro Scantianam vocat.* Et Edd. optimae omittunt *et*; possunt igitur iungi Scantianae Amineis, ut notius vocabulum ignoto nomini; aut *et* mutandum est in *id est*. Cato nominat solas Amineas maiores. Accedente auctoritate Pontederae in Cur. sec. cum Edd. primis copulam omisi.

Cap. LIX. *Melimela*) Plinius 15, s. 15: *mustea a celeritate mitescendi, quae nunc melimela dicuntur a sapore melleo.* Eadem inter mala nominat Columella V, 10, 19, et XII, 45, 5. Sed mustea Columella facit tertium cydoniorum genus. Martialis I, 44: *dulcibus aut certant quae melimela favis.* Idem VII, 25. *infanti melimela dato fatuasque mariscas.* Idem XIII, 24: *Si tibi cecropio saturata cydonia melle ponentur, dicas haec melimela licet.* ubi Isidorus Orig. 17, 7, legit: *ponantur, dices, haec melimela placent.* Cydonia in melle condita mel ipsum medicatum efficere, quod melomeli inde vocetur, asserit Columella XII, 45, 3. Eadem ratione etiam melimela et alia mala servari posse in melle, addit sect. 5. Horat.

ad aquilonem ut fenestras habeant, atque ut eae[f] perflentur, curant. neque tamen sine foriculis: ne quum humorem amiserint, pertinaci vento vieta fiant. Ideoque in iis, camaras[g] marmorato, et parietes, pavimentaque[h] faciunt, quo frigidius[i] sit: in quo

(f) *eae* om. I. B. Br. *aere* Ald. Ba. G. (g) *cameras* I. B. R. Iunt. in *his cameras* Br. *qui cameras* A. Ba·G. (h) *L. laudabiliter* addunt I. B. Br. R. et Codices Victorii qui deinde literam L. omisit, *laudabiliter* reliquit, quod eieci a Gesnero iam inclusum. *pavimentaque inducunt, laudabiliter faciunt* A. Ba. G. (i) *frigidior locus* A. Iunt. G. Deinceps *quidam etiam* Ald. (k)

Serm. II, 8, 34: *melimela rubere minorem ad lunam delecta* ubi Schol. cydonia mala interpretatur pessime, quia rubere dicuntur. Videntur igitur gemina melimela dicta fuisse et cognita veteribus; genus mali cydonio insitum, rubeum colore, alterum genus cydoniorum.

Ad aquilonem ut fenestras) Plinius 15, s. 18: *pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, septentrionalibus fenestris sereno die patere austros specularibus arcere, aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis. colligi mala post aequinoctium autumnale, neque ante XVI Lunam, neque ante primam horam. Caduca separari: stramentis, floccis paleisve substerni. Rara componi, ut limites pervii spiritum aequalem accipiant. Amerina maxime durare, melimela minime.* ubi Pintianus malebat ex h. l. legi *septentrioni fenestras*, deinde *ramenta, scobes paleasve substerni*; contra Vrsinus volebat: *septentrionales fenestras* legi.

Perflentur) Pomis cotoneis spiramentum in concluso omne adimendum esse, ex Plinio XV, 16, excipit Schoëtigen.

Foriculis) Fores sunt, quibus fenestrarum foramina clauduntur; quarum vices gerebant specularia, fenestris indita, quas patere nolebant.

Pertinaci) Id est continuo flante. Pertinacem in luscinia spiritum mirabatur olim Plinius, qui et famam, et gratiam candoris pertinacem similiter dixit. Haec prima verbi notio.

Camaras) Alii enim contabulabant pomaria.

Faciunt) Quod reliquerat Gesner ante hoc verbum positum *laudabiliter*, etsi damnatum a viris doctis, omisi, utpote sententiae inutile. In libris scriptis suis Victorius reperit, quod Edd. etiam principes praeferunt *pavimentaque L. laudabiliter faciunt.* ubi literam L esse notam grammatici, sententiam scriptoris approbantis, in margine appositam, uti solent graeci Grammatici in eiusmodi locis X apponere; contra vero, ubi improbant locum aliquem et obelo configunt, litera Theta in margine adscripta, praeclare docuit Scaliger. Atque in notis Probi est L. L. qua *locus laudabilis* annotari soleat. Hinc ortum esse vocabulum *laudabiliter* in h. l. multisque aliis in locis Varronis, ubi reliquis verborum formis varie accommodarunt librarii seriores, egregie vidit Scaliger. Inepte igitur Vrsinus ex nota hac efficiebat *pavimenta loricata*; quae nemo veterum unquam dixit. Ex emendatione viri docti orta est etiam lectio Edd. Ba-G.

Frigidius) Quasi pomarium non

etiam quidam triclinium sternere solent coenandi
causa. Etenim in[k] quibus luxuria concesserit, ut[l] in
pinacothece faciant,[m] quod spectaculum datur ab arte,
cur non quod natura datum utantur[n] in venustate
disposita pomorum? praesertim quidem, quum id non
sit faciendum, quod quidam fecerunt, ut Romae
coëmta poma[o] rus intulerint in oporethecen instru-
3 endam convivii causa. In oporothece[p] mala manere
putant satis commode alii in tabulis,[q] ut in[r] opere
marmorato, alii substrata palea, vel etiam floccis;
mala Punica demissis suis surculis in dolio arenae:

si ii quibus A. Ba. G. *in, quibus* Iunt. (l) *id* A. Ba. G. *pinacothecae* Br. (m) *faciunt* I. B. Br. R. A. Ba. G. (n) *imitantur* Eaedem. (o) *pomariis intul.* I. B. Br. R. *pomarus* P. *coëmpta* Br. Ald. (p) *oporotheca* P. (q) *tubulos* I. B. Rr. R. *tubulis* A. Br. Gr. G. (r) *in* om. I. B. Br. R. Ryck. (s)

oporothecam dixisset. Hinc emendarunt locum Editt. quaedam.

Etenim in iis) Malim *Etenim ii, quibus*. Deinceps *ut in p. faciant* interpretor *ut coenent* in pinacotheca.

Ab arte) Pictoria, cui spectaculum pomarii bene dispositi et instructi opponit.

Quod natura) Vrsinus malebat: *quod a natura datum, imitamur*. Lectionem *imitamur*, quomodo interpreter, non habeo. Quod a natnra datur spectaculum, est pomarium bene ordinatum et instructum; idque opponitur pinacothecae, ubi ars pictorum sola spectatur a convivis.

In venustate — pomorum) Haec spuria censebat Vrsinus; male!

Romae) In sacra via venalia. Vide ad cap. 2, 10. Sequens *intulerit* ex vulgari regula debebat esse *inferrent*; sed eam scriptores vetustiores contemserunt.

In op. — causa) Haec etiam Vrsinus spuria censebat; temere!

In tabulis) Gesner veram lectionem *in tabulis* esse censebat, sc. fictilibus, quae operis marmorati instar esse possint. Quam equidem interpretationem non capio. Oporothecas alii contabulabant, alii cameris et pavimentis instruebant, quo frigidiores essent. In contabulato igitur pomario poma ponuntur in tabulis, in camerato vero in pavimento seu opere marmorato. Legendum igitur suspicor: *aut in op. mar.* Columella XII, 45, tabulatum frigidum et siccum nouinat. Post *commode* distinctiouem ineptam sustuli.

Floccis) Meminit etiam Plinius l. c. et plura ea de re dicentur ad Columellam.

Dolio arenae) Plinius 15, s. 18: *M. Varro punica et in doliis arenae servari iubet*. ipse Varro deinceps matura in arena servari ait. Intelligit igitur dolio indita, quod in arena conditur.

mala cotonea,[s] struthea in pensilibus iunctis:[t] contra in sapa condita manere pira Aniciana,[v] et[x] sementiva.[y] sorba quidam[z] dissecta,[a] et in sole macerata, ut pira; et sorba per se ubicunque sint posita, in arido facile durare. Servare rapa consecta[b] in sinape, nuces iuglandes in[c] arena, Punica mala et in arena iam decerpta, ac matura (ut[d] dixi), et etiam imma-

cotonia strutea I. B. Br. R. (t) *iunctas* A. Ba. G. *vinctis* Cod. Victorii. (v) *antiana* Iuntt. *anitiana* a. V. (x) *et* deest I. B. R. Br. (y) *sementina* a. V. (z) *quaedam* P. (a) *disecta* I. B. Br. R. A. Ba. G. (b) *confecta* I. B. R. Br. (c) *in arena, punica mala et* desunt I. B. R. Br. (d) *ut dixi* omitt. I.

Iunctis) Polit. *vinctis*. Vrsinus ita aut *vinctas* malebat legi cum Scaligero. Pontedera *vinctis* interpretatur dictum pro *vinctuis*, ut *domuis*, et *fructuis venenum* supra I, 2, 19. Pendere vinctu dixit noster I, 8, 6. Gesner interpretatur: tanquam pensilia; et comparat locum I, 68. Mihi rationes hae displicent omnes. Varro infra c. 68, ipsa poma vocat *pensilia*, atque etiam Plinius. Cotonea vero et struthia omnes concludunt, ventumque arcent; solus Palladius: *alii tantum locis siccis reponunt, a quibus ventus excluditur*. Igitur ad poma pensilia non pertinent cotonea et struthea; contra uvae, sorba et mala quaedam pensilia fuerunt. Multa ergo h. l. excidisse puto. In oporotheca enim mentio fieri debebat pensilium pomorum, ubi reliqua servandorum fructuum genera enarrantur. Post verba *mala cotonea, struthea* nota lacunae apponenda est, ex qua reliqua et vitiosa habemus verba *pensilibus iunctis*.

Sementiva) Sunt matura. Ita frumenta sementiva πρωΐσπορα seu maturo sata. Cf. ad Columellam II, 10, 8.

Sorba dissecta) Dio in oratione Euboica T. I, p. 247, ed. Reiskii οὖα τετμημένα. Dioscorides I, 174: οὖα τὰ μηλίζοντα καὶ μήπω πέπειρα τμηθέντα καὶ ξηρανθέντα ἐν ἡλίῳ σταλτικὰ γίνεται κοιλίας.

Rapa consecta) Male Edd. antiquae *dissecta*. Modum docet Columella XII, 54; ubi vide notas.

Immatura) Plinius 15, sect. 18: *M. Varro et in doliis arenae servari iubet et immatura obrui terra in ollis fundo effracto, sed spiritu excluso ac surculo pice illito: sic etiam crescere amplitudine maiore, quam possint in arbore*. Crescent. VIII, 7: *Varro — Si mala punica immatura, quum haereant in sua virga, demerseris in ollam sine fundo, eamque si posueris in terram et operueris circa ramum, ne extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiam — penderint*. unde Vrsinus h. l. emendabat *obrueris* seu *obruas — ni extrinsecus*, id est, ne extr. Popma etiam *ni* i. e. malebat; pro *obteres* vulgato Cresc. *operueris*. Pontedera malebat *obseris* vel *obseres*, i. e. luto circumdas et *ne* ex Crescentio praeferebat. In Curis vero secundis *obteris* interpretatur, terram circa ramum esse comprimendam, ad includendum spiritum internum, e terra emissum, a quo crescere poma tradat Theophrastus de C. P. V, 5,

tura quum haerent[e] in sua virga, si[f] demiseris in ollam[g] sine fundo, eamque[h] si conieceris in terram, et obteris[i] circum[k] ramum, ne[l] extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi,[m] sed etiam maiora, quam in arbore unquam pependerint.[n]

LX. De[a] olivitate, oleas esui optime condi scribit Cato, orchites,[b] et pauseas aridas,[c] vel virides in mu-

B. R. Br. (e) *haereant* I. B. R. Br. (f) *et* I. B. R. Br. (g) *olla.* I B. R. Br. (h) *Eaque* P. (i) *obteres* I. I-G. A. (k) *circa* B. R. (l) Ald. *ramum. Si extrins.* Iunt. G. *sic ne* Cresc. *ramum, ne.* Vulgo erat *si.* Deinceps *aflet* Br. cum Cod. utroque Florent. teste Ponted. (m) *exsimi* P. (n) *pependerit* A. Ba- G. *de olivitate* add. P.

CAP. LX. (a) *De olivitate* deest a. V. *exui* Br. (b) *orcites et puscas* P. (c) *aridas, vel . . . . . . contusas. Orchites* desunt I. B. R. Br. (d) *in* ins.

ideo sine fundo ollam esse velle Varronem, ne humorem sol et aër extrahant. At vero ita ex Theophrasto emendare cogitur *si intrinsecus spiritus afflet*. Scil. Theophrastus l. c. quem attulit etiam Vrsinus, etsi de fundo effracto ollae non meminit, punicum tamen ait humorem terrae attrahere, atque ita corticem punici fieri crassiorem, grana tamen natura non maiora. Mala autem ita simul fieri insipidiora. Ex Martiali idem experimentum tradit Palladius IV, 10, 5; sed de fundo ollae et ramo obterendo tacet. Theophrastus paucum ex ramo nutrimentum pomo accedere ait, quippe curvato. Quod tamen si impedire Varro voluisset, poterat *ramum obterere*, i. e. quassare, ut sensim marcesceret. Sed voluit is spiritum seu aërem arcere; igitur cum Plinio lego *obleveris*. In Crescentio antiqua mea habet: *eamque si obieceris*.

Haerent — si dimiseris etc.) Revocat Pontedera antiquum *haereant et demiseris in olla — eaque si — et obteris* (i. e. conculcas terram) *circum ramum, si extrinsecus spiritus adflet*. Aldinum *ut dixi* recte etiam cum Polit. et libris reliquis Florent. omittit; *eaque* pro *eamque* Polit. et liber Laur. cum Crescent. Lov. habent, ubi tamen, ut in Vindob. est: *eaque sic obieceris*.

CAP. LX. *De olivitate*) Haec in libro antiquissimo verba reperit Victorius, atque ita h. l. refert Nonius in *olivitas*: *non modo integra eximi sed etiam maiora quam in arbore unquam pependerint. De olivitate, oleas esui optime condi scribit* Cato. Ex quo loco Pontedera arguit, Catonis librum tempore Nonii nondum fuisse in capita distinctum, ut hodie. Praeterea monet, verbi *olivitate* esse interpretationem, quae adduntur: *oleas esui*; quare comma post *olivitate* tolli malebat. Equidem tamen titulum fuisse capitis: *De olivitate*; credere malim. In Nonio Parmensis editio 1480 habet: *maior — pependerit — exui optime describit Cato*. Prior etiam Merceriana Editio *maior — pependerit* habet cum Codice Guelferbytano.

Aridas) Hoc vocabulum non est in

ria, vel in[d] lentisco contusas. Orchites nigras, sale si sint[e] confriatae[f] dies quinque, et tum[g] sale excusso, biduum si in sole positae[h] fuerint, manere idoneas solere: easdem sine sale in defrutum condi.

LXI. Recte amurcam periti agricolae tam in doliis[a] condunt, quam oleum, aut vinum. Eius conditio, quum expressa olea,[b] quod statim[c] effluxerit de ea,

A. Iunt. G. (e) *sunt* A. I. I. G. *si sale sint* Br. (f) Ita pro *confricatae* Codex Vrsini. *confricata* I. B. R. Br. (g) *cum* I. B. R. Br. (h) *posita* I. B. R. Br.

CAP. LXI. (a) *oleis* P. *ollis* a. V. (b) Ita A. I. I. G. Vulgo *expressa ef-*

Catone cap. 7, unde haec translata sunt, nec in Plinio, qui similiter locum Catonis excerpsit. Pontedera pro eo malebat *albas* legi. Certissime *aridas* vitiosum est; sed *albas* reponere ideo recusem, quod eaedem videntur esse albae et virides, scilicet nondum maturae, nigrae contra sunt maturae. Contusas Cato fractas appellat, Graeci θλαστάς. Non tamen omnes olivae albescunt, antequam in nigredinem maturentur.

Confriatae) Ita ex libris scriptis edidi etiam in Catone. Vulgo *confricatae*.

Manere idoneas solere) Haec verba, quia in Catone non sunt, deleri voluit Vrsinus. Sed Varro non annumerare solet nobis verba Catonis.

Condi) Ita legi voluit Vrsinus pro *condire*. Crescentius habet *condere*. Ex sequenti *recte* puto adhaesisse verbo *condiri* postremam syllabam.

CAP. LXI. *In doliis*) In Polit. libro, teste etiam Victorio, *oleis* est; unde effecit *doliis* Victorius, qui monet, etiam apud Varronem libro 3, de glirium doliis esse in eodem libro *doleis*. Pontedera lectionem *oleis* pro *ollis* probat, ut antiquam, quia veteres semivocales geminare non soliti fuerint. Sed dolia amurcaria habet etiam Cato c. 10, 4.

Quod statim) Antiquam lectionem Victorius restituerat *expressa effluxit, quod statim de ea decoquuntur duae partes*, nisi quod Edd. principes habent *effluxerit — decoquitur*. Iucundus sententiam satis bene una vocula inserta et verbis quibusdam transpositis redintegraverat, ut eum sequi h. l. non dubitaverim; etsi sanum locum praestare non ausim. Confirmat Iucundi correctionem cap. 64: *Amurca quum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis ac retrimentum.* Sed mirari licet, cur altero demum loco, ubi pariter decoquit amurcam et decoctam condit, naturam eius doceat? Scilicet suspicor, haec duo capita in unum corpus esse iterum redigenda, violenter a librariis divulsa, ut in reliquis Varronis libris multa orationis membra multis in locis disiecta ab iisdem videre licebit. Igitur locum sic equidem concinnavero: *Quum est olea expressa, quod statim effluxerit de ea, qui est humor aquatilis ac retrimentum, conditum in vas fictile id quidem sic solent tueri* et cet. ubi *quidam* mutavi in *quidem*, quoniam qui decoquebant amurcam,

decoquuntur[d] duae partes, et[e] refrigeratum conditur in vasa.[f] Sunt[g] item aliae conditiones, ut ea, in qua adiicitur[h] mustum.

LXII. Quod nemo fructus[a] condit, nisi ut promat, de[b] eo quoque vel sexto gradu animadvertenda pauca.

fluxit, quod statim. (c) Etiam I. B. R. Br. *effluxerit.* (d) I. B. R. Br. *decoquitur.* (e) *ac* Br. A. (f) *Vasis* I. B. Br. R. (g) Hic novum caput incipit in I. B. Br. R. P. (h) *adiiciunt* ante V. Litteram L hic inserit P. teste etiam Victorio.

Cap. LXII. (a) *condit fructus* Br. Ald. (b) *promat. De eo* Br. (c) *Pri-*

eadem omnes ratione decoquebant; et in vetere medicina et humana et veterinaria omnes amurca decocta opus habebant. Tunc sequebantur verba: *tunc decoquunt in ahenis leni igni duas partes et refrigeratum condunt in vasa; tum denique ad usum recte promitur. Sunt item aliae conditiones — mustum.* Tum statim sequebatur caput 65, quod incipit *Quod mustum conditur et cet.* Sic enim longe commodius caput istud antecedenti annectitur, quam nunc fit. Vnde apparet, amurcae mentionem post fruges demum factam fuisse a Varrone. Verba *decoquuntur duae partes* male coëunt cum sequentibus *et refrigeratum — conditur*, si vulgarem ordinem capitum sequaris, sed satis bene iunguntur eo ordine, quem monstravi. Iam tentaveram corrigere: *decoquitur ad duas partes*, quo melius sequentia iungerentur; quoniam videbam, Gesnerum in altero loco corrigi voluisse: *decoquunt — igni, ad duas partes quoad redegerunt*; sed opportune me admonuit locus Columellae VII, 5, sect. 9, de scabie: *eidem remedio est amurca duabus partibus decocta*; quod idem remedium Celsus V, 16, sic tradit: *amurca ad tertiam decocta partem*; unde et amurcae decoctae conditionem atque usum loquendi latinum accuratius perspexi. Altera ratio Gesneri, tentantis *duas partes quoad regerunt* interpretari igne expellunt et abigunt, usum latinae linguae contrarium habet. Equidem non dubito, verba *quoad regerunt, tum denique* orta esse ex vitiosa verbi *refrigeratum* scriptura, atque olim fuisse: *quod refrigeratum denique.* Ita supra cap. 57, sect. 3, ex antiquo *regyrare, regirare* Victorius *regelare*, aliae Edd. *regerare*, Vrsinus recte *refrigerare* efficit. Amurcae igitur duas partes decoquere seu amurcam duabus partibus decoquere idem significat, quod ad tertiam decoquere.

Mustum) In usu medico iungitur amurcae acetum, vinum vetus et mulsum, teste Plinio l. c. sed de eo non loquitur Varro. Igitur alium quaeremus. Ecce Plinius 15, sect. 4 · *olivae condiuntur amurca sapave.* Alii scilicet mustum amurcae adiecerunt, ut in multis condituris muriae mustum addit Columella. Has amurcae conditiones si voluit docere Varro, caput ipsum superiori potius adiungendum erat. Reliquum usum tradere videtur demum cap. 64. Sed vereor, ut duo haec capita sana omni ex parte Critici praestare valeant. Equidem ex uno capite duo facta a librariis suspicor, ob rationes antea dictas.

Cap. LXII. *Vel sexto*) In nota Ge-

Promunt[e] condita aut propterea, quod sint[d] tuenda, aut quod utenda, aut quod vendenda. Ea quae dissimilia[e] sunt inter se, aliud alio tempore tuendum et utendum.

LXIII. Tuendi causa promendum id frumentum, quod curculiones[a] exesse incipiunt. id enim quum promptum est, in sole ponere oportet,[b] atque aquae catinos, quod eo conveniunt, ut ipsi se necent, curculiones.[c] Sub terra qui habent frumentum in iis, quos vocant σειροὺς,[d] quod[e] cum periculo introitur recenti apertione, ita[f] ut quibusdam sit interclusa anima, aliquanto post promere, quam aperuerint,[g] oportet. Far, quod in spicis condideris per messem

mum autem propterea I. B. R. *primum aut propt.* Br. *Primum* etiam P. (d) *sunt* I. B. Br. R. Iunt. (e) *dissimilia sunt — utendum et tuendum* Br.

Cap. LXIII. (a) *curguliones* I. B. *gurguliones* R. (b) Vulgo *oportet aquae catinos, quod* I. B. Br. R. *oportet. Atque.* (c) ut littera a. (d) *syros* a. V. *serus* P. (e) *quo* A. Iunt- G. (f) *ut in* I. B. R. (g) Ita pro *aperueris* scri-

sneri scriptum est *ut sexto*; quod praefero. Vide de hoc gradu I, 37, 4.

Promunt) Ex lectione Polit. quam etiam Victorius in cunctis suis libris reperit, et habent Edd. primae, *primum*, Pontedera efficiebat *promundum*, ut sequitur *tuendum, utendum*.

Cap. LXIII. *Atque aquae*) Ita ex Edd. primis scripsi pro *oportet aquae*. Scilicet curculiones inique ferunt et frigus nimium et calorem. Igitur frumentum si in sole ponatur, eique catini aqua pleni imponatur, curculiones, infestum solem vitaotes, ad aquam concurrent, ibique submersi peribunt. Vulgarem tamen lectionem ex h. l. laudari nunc demum video a Nonio in voce Catinus p. 264, ubi est *promendum enim frumentum*; sed Mercerus p. 546 edidit nostram lectionem. Editio Parmensis 1480 habet *promendum in fructum q. c. ex sese — promptum in sole ponere oporteret atque catinos.* Simili ratione blatta capitur. Laberius in Virgine apud Nonium p. 543: *Amore cecidi tanquam blatta in pelvim.* ubi malim *Amorem incidi.*

Interclusa anima) Idem accidere interdum iis, qui aquas puteis quaerunt, monet Palladius; et qui latrinas purgant, aut cellas vinarias, musto fervente plenas, intrant, idem periculum subeunt. Deinceps dedi *aperuerint* ex Edd. aliquot; nam vulgatum *aperueris* sententia et orationis ordo reprobat.

et ad usus cibatus expedire velis, promendum hieme, ut in pistrino[h] pinsatur[i] ac torreatur.

LXIV. Amurca quum ex olea[a] expressa, qui est

psi cum A. Iunt. G. (h) *pristino* Iens. *pistino* P. (i) Ita pro *piscetur* scripsi ex Iunt. *Pisatur* P. *pinsetur* A. Ba-G.

CAP. LXIV. (a) *est* add. a. V. H. St-D. (b) *recrimentum et* P. *recri-*

Vsus cibatus) Posteriorem vocem omitti malebat Ursinus; ita enim solere Varronem loqui, veluti cap. 64, 67 et 68.

In pristino) *In pistino* ex Polit. probat Pontedera pro *pistrino*, unde fuerit dictum *pistillus* et *pistillum*. Ita etiam cap. 69, sect 1 *pistinum* habet Cod. S. Repar. deinde *pisatur* ex 3 probatissimis Florent. et Ambrosiano allatum praefert vulgato *pinsat*.

Pinsatur) Victorius *pisatur* in libris suis repertum probabat, etsi Nonius aliter p. 78, b.: *pisare frangere vel tundere. Varro de re rustica libro primo, promendum hieme, ut in pistrino piseтur ac torreatur.* Infra cap. 69: *messum far promendum hieme in pistrino ad torrendum, quod ad cibatum expeditum esse velis.* Festus: *Fornacalia feriae institutae sunt farris torrendi gratia, quod ad fornacem, quae in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Fornacalia sacra erant, cum far in fornaculis torrebant.* Antiqua Nonii Editio, Parmae 1480 facta, habet: *promendum diem*, et sic est in Codice Guelferb. optimo. Quum ipse Nonius alibi ex Varrone *pinsere* posuerit, hanc formam ex Iuntina restitui; alioquin *pistetur* legi debet. Ceterum haec verba de farre promendo ad cibatum hinc in alienum locum migrarunt in initium capitis 69, unde apparet, quam misere Varronem etiam lacerarint canes librarii! Curio maximus fornacalia indicebat, nec statae feriae erant, teste Ovidio Fastor. II, 525; Servius ad Eclog. VIII: *Virgines vestales tres maximae ex Nonis Maiis ad pridie Idus Maias alternis diebus spicas adoreas in corbibus messuariis ponunt, easque spicas ipsae Virgines torrent, pinsunt, molunt, atque ita molitum condunt.* Vide ad Caton. II, 4, et infra ad cap. 69. Hic satis habebo posuisse locum Plinii 18, s. 10, no. 7: *In area exteruntur triticum siligo et hordeum; sic et seruntur pura, qualiter moluntur, quia tosta non sunt. E diverso far, milium et panicum purgari nisi tosta non possunt. Itaque haec cum folliculis suis seruntur cruda; et far in vaginulis suis servant ad satus atque non torrent.* Vermiculum, in farre habitantem, idem memorat 22, s. 57, a farre farinam dictam idem tradit; ex farina tenuissime moliti farris atheram fieri et cum lacte coctam sorbitionis instar infantibus utiliter praeberi apud Aegyptios, tradit Dioscorides II, 114, quae Plinius 22, s. 57 ad olyram et arincam retulit. Atheram Aegyptiorum, ex farre factam, nominat Hieronymus in Genesin, Cassianus in Collat. XV, 10, et Hesychius sub voce Ἀθηρα, quorum loca posuit Harduinus, qui ea debebat Cangio in Glossario. Triticum Alexandrinum licebit farris speciem interpretari. Geoponica III, 3, 9 oblongi nomine distinguunt; simpliciter nominant Theophrastus H. P. VIII, 4, et Plinius 18, s. 12, no. 2. Tritico farris granum longius esse, constat inter omnes.

humor aquatilis ac retrimentum,[b] conditum in vas
fictile, id quidam sic solent tueri, diebus xv ex eo,[c]
quod est levissimum ac summum, deflatum[d] ut traii-
ciant in alia vasa, et hoc iisdem[e] intervallis, duode-
cies sex[f] mensibus proximis, item[g] faciant. Quum id 2
novissime,[h] potissimum traiiciant, quum senescit luna.
tunc decoquunt[i] in ahenis levi[k] igni duas partes
quoad regerunt, tum[l] denique ad usum recte pro-
mitur.

LXV. Quod[a] mustum conditur in dolium, ut ha-

mentum etiam Cod. antiquus Victorii. Vulgo distinguitur: *retrimentum conditum — fictile, id.* — Deinceps post *tueri* interpunxi cum Ald. (c) Ex A. Iunt. G. *ex* addidi. (d) *depletur* A. Iunt. G. (e) Ita pro *idem* scripsi ex A. Iunt-G. (f) *duodecies. In sex.* A. Iunt. G. (g) *proximis id faciunt* Eaedem. (h) *faciunt* add. Eaedem. (i) *decocunt* P. (k) *levi* ·(· *ignis* P. (l) *tum denique — promitur* om. I. B. Br. R. et Pol. sed adiungunt capiti sequenti.

Cap. LXV. (a) *Tum ad usum denique recte promitur: quod* P. *Mustum ad usum denique recte pr. quod m. in dol. conditur.* I. B. Br. R. *recte* tamen

Cap. LXIV. *Humor aquatilis*) Vide ad Caton. c. 97, de natura amurcae, ubi Cato *amurca decocta* utitur. Modum amurcae et sincerae et salsae colligendae vide ad Colum. XII, 50, 5.

Tueri, diebus) Vulgarem distinctionem mutavi, sententia postulante.

Ex eo, quod) Vulgatum Gesner interpretatur *eo modo.* male! praecessit enim *sic.* Igitur probanda erat lectio *ex eo;* nec tamen ideo ex iisdem libris *deflatum* mutaverim in *depletur.* Sed deinceps inde restitui *iisdem intervallis.* Nam vulgata inepte ταυτολογεῖ *hoc idem — item faciant.* Recte etiam hanc lectionem probavit Gesner, monens, aequalia intervalla quindenorum dierum intelligi. Quod est levissimum et summum, olei naturam et particulas immixtas habere debet.

Traiiciant) Reliqua verba postulant *traiiciunt.*

Levi igne) Victorius ex optimo exemplari affert *levi liguis,* unde Scaliger efficiebat *levibus lignis,* interpretatus ἄκαπνα. Sed in amurca decoquenda hac diligentia non erat opus. Vrsinus eandem lectionem *levi liguis* ex archaismo defendit, comparans ex Legibús XII tabularum *praesente ambobus.* Equidem in vulgata acquiesco; sed Gesnerus malebat: *ad duas partes quoad redegerunt.* Nam ita Varro apud Nonium in *Sapa: defrutum si ex duabus partibus ad tertiam redegeraut defervefaciendo.* Ratio vero illá, qua vulgatam defendere conatur Gesner, ut sit pro: quoad igne expellunt et abigunt: est plane inepta Sed vide supra ad cap. 61, ubi totum hoc caput tractavi. Pontedera in Curis sec. coniiciebat *cremi liguis,* de gremiis Columellae seu cremiis interpretatus.

beamus vinum, non promendum dum fervet, neque
2 etiam dum processit[b] ita, ut sit vinum factum. Si vetus bibere velis, quod non fit ante, quam accesserit[c] annus, tum, quum fuerit anniculum, promito.[d] Si vero est[e] ex eo genere uvae, quod[f] mature coacescat,[g] ante vindemiam consumi, aut venire oportet. Genera sunt vini, in quo Falerna, quae quanto plures annos condita habuerunt, tanto quum prompta sunt fructuosiora.

omitt. B. R. (b) *processet* P. *processit, nisi prius sit* I. I-G. A. (c) *accesserunt* P. 1. *accesserunt, anniculum promito* ex libris suis laudat Victor. *acescit anniculum* rel. desic., I. B. R. Br. (d) Male Victor. et sequentes *prodit.* (e) *Si est vero ex eo uvae genere* Br. (f) *quae dam mature coacescunt* I. B. Br. R. *quae dum maturescit, coacescat* A. *quae cum* ex Iunt. G. laudat Gesn. (g) *coacescant* P. *quod mature coacescant* Codd. Victorii.

Cap. LXV. *Etiam dum*) Ex vulgata *etiam cum* effecit hanc Scaliger, probante Gesnero, qu Plauti auctoritatem ex Pseudolo 4, 2, 2, et Rudente 5, 3, 25 attulit. Vrsinus vulgatam tuebatur, sublato tamen verbo *factum*.

Accesserit) Ex lectione librorum Victorii Scaliger efficiebat: *quod non sit ante quam acescerunt*: hac sententia: non sequendi sunt nostrates homines, qui non prius vetus doliare bibunt, quam acuerit; quod ut ne fieret, anniculum promendum censeo. Putat praeterea, esse enallagen numeri, ut sit *acescerunt* pro *acescit*. Sed et sententia haec inepta est, et ipsa locutio aliena ab ista sententia et dura. Magis vero probabiliter ex lectione velusta hanc effecit Pontedera: *quod non fit anni quum accesserint*. et in parenthesi haec verba collocat; quasi Varro mores sui seculi increpet atque obiurget.

Anniculum) Appellatione *veteris* vinum etiam anni prioris contineri, ex Vlpiano ad Sabinum Libro XXIII, et Pauli Libro IV ad Sabinum admonuit Popma; et Mercurialis V. L. I, c. 15 ex Galeno docuit, Romanos vina annicula ut plurimum, Graecos contra necdum sextum mensem adepta potasse.

Promito) Veterem lectionem, a Victorio etiam in libris scriptis repertam, restitui, cui nescio cur Victorius substituerit ineptum *prodit*. Mecum sentit Pontedera.

Fructuosiora) In nepotatu scilicet romano, ut ait Plinius 14, c. 40: *fumosos Falernos* ex Tibullo II, 1, 27 attulit Gesner. Falerni vini geminam speciem memorat Galenus Antidot. I, 3: alterum, aetate amarascentem (πικρὸν ὑπὸ παλαιότητος), alterum, dulciorem aetate factam, proprio nomine Faustianum vinum appellatam: δυοῖν δ' ὄντοιν εἰδῶν αὐτοῦ μηδενὶ ἀλλήλων διαφερόντων ἀρετῇ, ἡδίονα τὴν ἀντίδοτον ὁ γλυκύτερος ἐργάζεται καὶ καλοῦσιν αὐτὸν ἰδίως φαυστιανόν. Plinius XIV, s. 8: *secunda nobilitas Falerno agro erat, et ex eo maxime Faustiano.* — *Exolescit hoc quoque, copiae potius quam bonitati studentium.*

LXVI. Oleas albas, quas condideris,[a] novas si[b] celeriter promas, nisi condieris,[c] propter amaritudinem illas[d] respuit palatum. Item nigras, nisi prius eas sale maceraris, ut[e] libenter in os recipiantur.[f]

LXVII. Nucem iuglandem, et palmulam, et ficum Sabinam quanto citius promas, iucundiore utare, quod vetustate ficus fit pallidior, palmula cariosior, nux aridior.

LXVIII. Pensilia, ut[a] uvae, mala, et sorba,[b] ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi: quod colore[c] mutato et contractu acinorum, si non demseris[d] ad edendum, ad abiiciendum descensurum[e] se minitantur. Sorbum[f] maturum mite conditum citius

Cap. LXVI. (a) *condire vis* A. Ba-G. (b) *sic* Br. *sic celer. condito ut promas* A. Ba-G. Vulgo erat: *condideris novas, si celer.* (c) Ita pro *condideris* scripsi cum A. Iunt-G. (d) *illas* om. I. B. Br. R. Iunt. (e) *non* A. G. Ba. (f) *recipientur* A. Ba. G.

Cap. LXVII. (a) *et nux* Br.

Cap. LXVIII. (a) *aut* P. uterque. (b) *sorva* P. paulo antea *promi oporteat* Br. (c) *colorem* P. (d) *dempseris* Br. *demiseris* A. Iunt-G. (e) *descen-*

Cap. LXVI. *Condieris*) Victorius in libris suis reperit *conderis*; ibidem etiam *sic celeriter* reperisse videtur, et coniectura sua immutasse. Vulgatam ita corrigebat Vrsiuus: *quas condideris in vas ut celeriter — nisi condieris*, omisso pronomine *illas*. Pontedera vulgatam distinctione adiuvabat legendo: *condideris, novas si celeriter promas, nisi condieris propter amaritudinem illas*. Equidem, hanc viri egregii opinionem secutus, vulgatam distinxi. Aliter enim vocabulum *novas* ferri non poterat, nisi cum Vrsino mutaveris in *vas*. Deinde alterum *condideris* cum Edd. I, I-G. mutavi, senteotia flagitante. — Pontedera nunc locum ita constituit: *Oleas albas quas conderis; nisi condideris propter amaritudinem, respuit palatum*; interpretatus: oleas si recentes conditas promas, nisi reposueris ut amaras habeas, palatum respuit. Esse enim in Polit. duobus aliis Flor. et Caesen. *conderis* id est condieris; ibidem est *sic* pro *si* scriptum.

Cap. LXVII. *Pallidior*) Situm seu pallorem trahit, qui saporem etiam vitiat. Ita recte Gesoer. Vide ad Colum. XII, 41, 4, et c. 50, 46, cap. 55, 1.

Cap. LXVIII. *Minitantur*) uvae scilicet, quas solas omissis pomis nunc memorat, sorbum deinceps. Vrsinus ex Codice vetere affert *minitatur*, et monet, *descensurum* esse verbum ἀπαρέμφατον, auctore Gellio I, 7. Vide Perizonium ad Saoctii Mioervam p. 106.

Maturum, mite) Vrsinus vocem *maturum* ut glossam delebat. Sed recte monet Pontedera et Gesner, *maturum*

promi oportet: acerbum enim suspensum lentius est.[g] quod prius domi maturitatem assequi vult, quam[h] nequit in arbore, quam[i] mitescat.

LXIX. Messum far promendum hieme in pristino ad torrendum, quod ad cibatum;[a] expeditum esse

sura a. V. (f) *Sorvo* P. (g) *lentius mitescit* A. Iunt. G. (h) quod in *arbore nequit* I. B. Br. R. (i) *ut inde promatur ad escam* A. Iunt. G. (a) *cibarium* a. V.

colore prodi, *mite* sapore, succo et mollitie. Eandem distinctionem ipse Varro paulo post sequitur.

Quam mitescat) Pontedera malebat *quin mitescat*. Sed recte monet, in vulgata etiam sententiam constare; *quam mitescat* enim referri ad antecedens *prius*. At ita distinctio erat ponenda post vocem *arbore*; quod feci. Cicero Oeconom. apud. Quinctil. XII, 5: *Cum vero affecta iam prope aestate, uvas a sole mitescere tempus est.* ubi Xenophon Oecon. habet: καιρὸς ἢ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλάς. In Nonio p. 160 Mercerius edidit *mitescere* ex Codd.

Cap. LXIX. *Torrendum*) Vrsinus affert Virgilii versum: *et torrere parant flammis et frangere saxo.* Sed initium hoc male huc tractum videtur ex capitis 63 fine. Far tostum in spicis pinsebant, atque inde far, graneam et alicam conficiebant; nunquam vero farinam mola inde confecisse videntur Romani. Ex hordeo, similiter tosto et pinsito, polentam conficiebant; panicum item pinsebant, ut pulte inde facta in cibo uterentur. Pinsere verbum deductum est ex graeco πίσσειν; a pinsendo pistrinum dictum est. Male enim Varro L. L. IV, p. 34: *pilum, quod ea far pinsunt; id ubi fit pistrinum. L et S inter saepe commutant.* Antiquum πίσσειν postea dialecto fuit mutatum in πτίσσειν, ut πόλεμος in πτόλεμος; πτίσσειν est deterere frumentorum corticem; hinc *pinsere*, *pisere*, *pissare*, *pistare* latina verba eandem habuerunt significationem in iisdem frumentorum generibus, quae supra nominavi. A verbo graeco πίσσειν fiunt πίτυρα, furfures latine dicti, utriculi seu glumi frumentorum detriti pinsendo. In loco Varronis apud Nonium in pinsere est: *nisi cum qui in pistrino pinseret farinam.* Sed ex altero ibidem posito loco aliisque patet, legi debere: *pinseret far.* Non solum servi, sed etiam rotae aquariae ad pinsendum adhibebantur. Palladius I, 42: *si aquae copia est fusuras balnearum debent pistrina suscipere, ut ibi formatis aquariis molis sine animalium vel hominum labore frumenta frangantur.* Sed longe antiquior est locus Terentii Adelph. IV, 3, 30, *apud ipsum lacum est pistrilla.* Nunc instrumentum et modum pinsendi explicemus. Pinsendo nihil nisi acerem grani (ἄχυρα) qui furfurem facit, deteri docet locus Aristoph. Acharn. vers. 507: νῦν ἐσμὲν αὐτοὶ περιεπτισμένοι, τοὺς γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω. Fracta legumina et hordeum graece ἐρείκεσθαι, unde ἐρεικτός, ἐρεγμός ducuntur, latine *fresa* dicuntur. Plinius 18, s. 23: *lentem torrere prius, deinde cum furfuribus leviter pinsi, aut addito in sextarios XX lateris crudi*

velis. Quod ad sationem, tum promendum, quum

frusto et arenae semodio. Erviliam iisdem modis, quibus lentem. Sesamam in calida maceratam exporrigi, deinde confricari et frigida mergi, ut paleae fluctuent, iterumque exporrigi in sole super lintea. Alicam ipsam ex adoreo semine, seu trimestri semine ita parari, docet Plinius 18, *s.* 29, no. 2: *Alica fit e zea, quam semen appellavimus. Tunditur granum eius in pila lignea, ne lapidis duritia conterat. Nobilius, ut notum est, pilo vinctorum poenali opere. Primori inest pyxis ferrea. Excussis inde tunicis, iterum iisdem armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicae tria genera — postea admiscetur creta, quae transit in corpus coloremque et teneritatem affert. Invenitur haec inter Puteolos et Neapolin, in colle Leucogeo appellato, exstatque divi Augusti decretum quo annua vicena millia Neapolitanis pro eo numerari iussit e fisco suo, coloniam deducens Capuam, adiecitque causam afferendi, quoniam negassent Campani, alicam confici sine eo metallo posse. — Alica adulterina fit maxime quidem e zea, quae in Africa degenerat; latiores eius spicae, nigrioresque et brevi stipula. Pisunt cum arena et sic quoque difficulter deterunt utriculos, fitque dimidia nudi mensura; posteaque gypsi pars quarta inspargitur.* Denique addit, alicae, ex tritici granis factae, randorem pro creta lactis incocti mixturam conferre. Quae verba nunc singula sunt excutienda. Statim ab initio ante Harduinum erat: *nam lapidis duritia conteritur;* atque ita Vincentius h. l. excerpsit, e libro Chifflet. mutavit ille. Codex Pintiani scriptum habet *lignea vel lapidis duritia. Conteritur mobili, ut notum est, pilo;* unde malim *conterat, mobili, ut notum est, pilo, vinctorum p. opera.* Nam vulgatum *nobilius*, si ad granum referas, ineptum est; alica enim ipsa nobilior erat ex grano Campano facta. De gypsi flore, alicae admisto, testantur etiam Geoponica III, 7, ubi zea pinsitur, deinde ventilatur, postea aqua ferventi elota exprimitur et cum quarta gypsi parte miscetur. De usu cretae et gypsi vide germanicam versionem Gallici operis Descript. des Arts et Metiers Vol. VIII, p. 175 et 611. Deinde quod Harduinus ait esse in Codd. *anno advicena*, habet etiam Vincent; sed Chifflet. liber praefert plane coniecturam Harduini *annua duena.* Quod Augusti donum ex parte deinde ad Neapolitanos transiisse et frumento commutatum fuisse, ex Epistola Symmachi 60, libri X, coniicio. Postea Vincent. habet *et fit in dimidia modii mensura;* quam ipsam lectionem ex Codice aliquo apposuit Dalecamp, vulgata tamen non meliorem. Alicae ex tritico confectionem ubi docet Plinius, verba eius vitiosa esse videntur: *ex tritico candidissima grana et grandissima eligunt, ac semicocta in ollis postea arefaciunt sole ad initium, rursusque leviter adspersa molis frangunt;* ubi Cod. ex Reg. Colb. et Chifflet. *ad initum* habent, Vincentius verba inepta *ad initium* plane omisit. Harduinus corrigebat *ad motum;* quae lectio vulgata non est melior. Deinde verba *in ollis* mihi etiam sunt suspecta, et malim iis *evalli* substituere ex sect. 23, ubi ex Magone rationem pinsendi his verbis tradit: *triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea evalli, deinde sole siccatum pilo repeti;* ubi *evalli* recte Harduinus interpretatur decorticari. Ita scilicet Geoponica III, 8, in tragi confectione: τὸν σῖτον βρεχτέον καὶ

segetes maturae sunt ad accipiendum. Item quae pertinent ad sationem, suo quoque [b] tempore promenda.

πτιστέον καὶ ξηραντέον ἐν ἡλίῳ θερμῷ, εἶτ' αὖθις τὰ αὐτὰ ποιητέον ἄχρις οὗ οἵ τε ὑμένες τοῦ σίτου καὶ τὸ ἰνῶδες ἀποπέσῃ. Potest tamen in verbis *ad initium* latere verbum, quod desidero, *evalli* vel *confricari* quo utitur de sesamo pinsendo Plinius, vel simile aliquod. Superest loci Pliniani pars difficillima de pila Campana, *cui primori inest pyxis ferrea*, quo tundebatur granum in pila lignea. Redeundum igitur est ad sect. 23: *Pistura non omnium facilis. quippe Etruria spicam farris tosti pisente pilo praeferrato: fistula serrata et stella intus denticulata, ut nisi intenti pisant, concidantur grana ferrumque frangatur. Maior pars Italiae ruido utitur pilo: rotis etiam quas aqua verset obiter et molat*; cum quo loco Interpretes Catonis *fistulam* et *pilam farrariam* compararunt; Gesnerus etiam in Indice fabricam interpretari conatus est. Recte is fistulam trapeti apud Catonem 21, s. 4, comparavit; ubi Gallicus interpres *boite de fer*, *canon* recte vertit. Deinde contendit, molas illas manuales, quibus hodie grana vel semina Coffeae frangimus, quibusque plures etiam opifices ad opera sua utuntur. Sed non intelligo, quid sibi voluerit, dum pilum praeferratum quadratum in cavum fistulae serratae immitti putabat, atque huius pistilli ope ipsam fistulam intra stellam denticulatam, ut cochleam in matrice, circumagi, ita, ut grana inter fistulam et stellam denticulatam interiecta elidi et comminui debeant. Potius dicendum erat, pilum intra fistulam serratam circumagi. Multo minus placet interpretatio Io. Becmanni in Hist. Inventorum Vol. II, p. 3, qui pilam ipsam intus latera, atriis exasperata, pilum seu pistillum basin, crenis divisam, habnisse censet. Miror neutrum virum doctum alterum Plinii locum adhibuisse, ubi pila Campana lignea ad far adoreum decorticandum seu pinsendum et alicam inde parandam describitur, et *cui primori pyxis ferrea inesse* dicitur. Fistula igitur hic minus obscuro vocabulo pyxis appellatur, eique locus in prima vel summa pilae ligneae parte assignatur. Sed verba Plinii ipsa cum varietate lectionis inspiciamus. Dalecamp ex vetere libro laudat pro *pinsente* quod probo *pisit* vel *pinsit*. Deinde Chiffl. liber *ut si intriti pisant*. Turneb. liber *si interriti pinsant*. Ante Harduinum legebatur etiam *ferroque frangantur*; quae lectio ex libris scriptis fuit mutata. Postea *ruidum pilum* interpretantur *rudum, asperum, impolitum*, ferrum non habens. Forte tamen in eo vocabulo materies pili latet; hoc certum esse videtur, eiusmodi pilo plane diversa pilae fabrica opus fuisse. Stellae vocabulum difficile licebit explicare ex loco Plinii 18, s. 74, ubi in prelo Graecanico *palis affixam arbori stellam* memorat; ubi Meister de torculario Catonis p. 45, radios cochleae mari in stellae similitudinem infixos interpretatur. Itaque pilum praeferratum stella denticulata cochleae maris, fistula serrata matricis vicem gerebat in pila Etrusca farraria. Ad reliquorum frumentorum grana frangenda et in farinam commolendam mola trusatili utebantur, cuius fabricam ex monumento antiquo docui ad Catonis cap. X, 4.

Pertinent ad sationem) Cresc. I, 13: *item quae pertinent ad sationem suo*

Quae vendenda, videndum, quae quoque[b] tempore
oporteat promi. alia enim, quae[c] manere non pos-
sunt, ante quam se commutent, ut[d] celeriter promas,
ac vendas: alia[e] quae servari possunt, ut tum vendas,
quum caritas est. saepe enim diutius servata non modo
usuram adiiciunt; sed etiam fructum duplicant, si
tempore promas. Quum haec diceret Stolo,[f] venit li- 2
bertus aeditumi ad nos flens, et rogat ut ignoscamus
quod simus[g] retenti,[h] et ut ei in funus postridie pro-
deamus. Omnes consurgimus, ac simul exclamamus,
Quid? in funus? quod funus? quid est factum? Ille
flens narrat ab[i] nescio quo percussum cultello con-
cidisse, quem qui esset, animadvertere in turba non
potuisse, sed tantummodo exaudisse vocem, perpe-
ram fecisse. Ipse, quum patronum domum sustulisset, 3
et pueros dimisisset[k] ut medicum requirerent, ac ma-
ture adducerent; quod potius illud administrasset,
quam ad nos venisset, aequum esse sibi ignosci. Nec
si eum servare non potuisset, quin non multo post
animam efflaret, tamen putare[l] se fecisse recte. Non[m]

(b) *quoquo* I. B. R. altero loco et Br. (c) *quo* P. Iunll. (d) *ut* abest Herv. (e) *quae dimisisset* ins. H. A. Gr. G. (f) *Stolo* deest I. B. R. Br. (g) *sumus* a. V. (h) *detenti* I. B. R. Br. Deinceps *et ei ut in funus* Br. (i) *ab* abest I. B. R. Br. (k) *dimisisset* I. B. Br. R. I. I. A. *demiss. al.* (l) *putaret* I. B. Br. R.

quoque tempore promenda, id est, manifestanda sunt. Hoc loco malim *suo quodque tempore.*

Quae quoque) Cresc. ita: *videndum, ea enim quae servari non possunt, tunc vendat, quum caritas est, antequam se commuteut, celeriter promat et vendat. Saepe etiam diutius — duplicant, si exspectato congruo tempore promat;* sed ibi Editio mea antiqua habet: *Saepe enim.*

Quum haec diceret Stolo) Pontedera, reiecto *Stolo*, quod Iucundus inseruit, probat antiquum *detenti*, cui Aldina pessime *retenti* substituit; deinde pro *fecisse* in Polit. libro secundo, ut in Vindob. est *fecit: se*; quod ex sermone turbae abruptum et ad aedituum referendum censebat.

Prodeamus) Terentii Adelph. *eius causa in funus prodeo* comparavit Vrsinus.

Perperam) i. e. per errorem. Exemplum ex Paulo III, tit. 9, apposuit Vrsinus. Perperam accipere pecuniam, i. e. quae non debetur, Pomponius in Digestis, admonente Gesnero in Thesauro.

Non moleste) Ita respondent, liberto moram excusante. In vulgata

moleste ferentes descendimus de aede, et de casu humano magis querentes, quam admirantes[n] id Romae factum, discedimus[o] omnes.

(m). *I.* non P. *Id non* I. B. R. Br. *Id nos* I. I-G. A. (n) *mirantes* I. B. R. Br. (o) *descendimus omne* B. R.

olim *Id nos moleste* respicitur ad casum domini, subito occisi. Victorius monet, in libro manuscripto ante haec verba fuisse positam literam L, de qua vide ad I, 59, 2, et in margine aliam mendi notam.

Discedimus) Vrsinus dictum putabat antiquo more pro discessimus, ut in Pandectis florentinis *decederit* pro decesserit.

DE

TRAPETO TORCVLARIO

ET PRELO CATONIS

DIATRIBA.

DE

TRAPETO TORCVLARIO

ET

PRELO CATONIS

Trapetum a graeco πρατεῖν dicitur, quo verbo Homerus et Hesiodus significant uvas in lacu calcatas ct expressas. Vnde Hesyehio τραπηταὶ uvarum calcatores, et τραπητός mustum et vinum dieitur. Sedem igitur primam vocabulum in vindemia vini habuit; deinde ad uleam fuit translatum; bodieque Siculi vocant *trappiti* instrumentum, quo oleas exprimuut, simile illi, quod Etrusei seu Toscani vocant *Frantoio*, auctore Sestini Epistol. Sicul. T. I, p. 234 vers. germ. Idem p. 235 narrat, oleas immaturas a qnibusdam Siciliae agricolis pedibus calcatas exprimi, posteaquam in aqua coctae confracuerint. Oleum ita melius colligi. In Graecia agricolas sculponeatos calcasse oleas, maturas puto, arguit glossa Hesychii in κρουπεζούμενος — κρούπεζαι ὑποδήματα ξύλινα μεθ' ὧν τὰς ἐλαίας πατοῦσι. Eadem tradit Photii Lexicon Msptum sub voce κρούπεζαι. Ipsum vero τραπεῖν derivatur a τρέπειν vertere; et Hipponax, dialecto Ionica usus, torcular τροπήιον seu τροπεῖον dixit, fiscellam vero, cui uvae ingestae supponebantur torculari, ut exprimerentur et succum destillarent, σάκον. Locum posuit Pullux Onomast. X, s. 75, ubi de nescio quibus ait: στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκος, i. e. destillant veluti fiscella in torculari, ut verba graeca interpretatur Hemsterhusius. De molis oleariis pauca graeci scriptores et grammatici tradiderunt nobis. Pollux VII, 15o lignum, in quo oleum exprimebatur, ὅρον seu ὄῤῥον, funiculum, quo ligna colligarentur, τοπίον, lacum vero (ipse craterem dicit) in quem oleum expressum deflueret, τριπτῆρα dictum fuisse ait. Altero loco X, 13o lignum, quo olea teratur, ὅρον, funem, quo circumagatur lignum, τοπίον appellari ait. Contra Harpocration, eadem vocabula ex Isaei oratione referens, ad uvarum expressionem accommodat, adeo,

ut hinc arguere liceat, easdem machinae partes uvis oleisque terendis, certe exprimendis, olim inservisse.

Trapetum igitur originis graecae vocabulum est, quamquam a graecis scriptoribus non adhibitum, quod equidem sciam. Τριπτῆρα vocabant lacum. Harpocratio ex Nicandro: Τριπτῆρα—φησὶν ὅτι τριπτήρ ἐστὶ πιθάκνη ἐκπέταλος οἷα τὰ ἐπιλήνια. Vereor tamen, ut cum Nicandro grammatico Harpocratio falsus ipse lectorem fallat. Nicander enim poëta in Alexiph. versu 493 ubi punici mali succum colligere iubet, fiscella inclusum malum exprimit: ἐν κυρτίδι θλίψαις, ὡσεί περ νοτέουσαν ὑπὸ τριπτῆρσιν ἐλαίην. Vbi Codex Riccard. τριπτῆριν habet. Scholia graeca simpliciter interpretantur vocem τριπτῆρα machinam (κατασκεύασμά τι), qua uvae exprimantur. Sed poëta ipse de prelo oleario vel parte aliqua eius vocem posuit. De prelo vinario idem Nicander posuit vocabulum in versu apud Athenaeum IV, c. 4, πολλάκι δ' ἀσταφίδος προχέας τριπτῆρι ληναίῳ. Vnde cognoscimus, prelum ipsum dici τριπτῆρα, non lacum vinarium. Geoponica VI, c. 11, ubi uvas exprimunt, vocabulo ξύλον utuntur: ὑπὸ τὸ ξύλον ἐπιτιθέτωσαν; deinde, ubi uvas subdi prelo iubent molles iam calcatione pondere imposito (τοῦ βάρους ἐπιτεθέντος), saepe rumpi monent.

Eadem IX, 19 oleas molere docent ita, ut orbis (τροχὸς) leviter circumagatur, ne nuclei simul cum carne confringantur; deinde prelo fiscella inclusas imponunt, et pondere desuper addito primum leviore, deinde maiore, exprimunt. (εἶτα ἐπιθὲς βάρος ἐλαφρὸν καὶ μὴ βίαιον. —ὀλίγῳ βιαιοτέρῳ βάρει θλίψον). Vnde apparet, prelo cochleato usos non fuisse scriptores Geoponicorum. Prelum itaque hoc, quod ξύλον etiam vocavit Pollux VII, 150, vocasse Iones ὄρον censeo; et funiculum, quo circumageretur, τονίον. Ceterum in isto Geoponicorum loco τροχὸς plane cum Latinorum *orbe* convenit, de quo deinceps in molae oleariae descriptione videbimus.

Vocabuli latini scriptura variat; Cato enim et Varro *trapetas* et *trapetos* dixit, si libros scriptos et editos consulimus. De Catonis locis postea videbimus; nunc Varronem audiamus de L. L. IV, p. 34: *trapetes*, inquit, *molae oleariae*. Idem de R. R. I, 55, s. 5: *ac primus quisque acervus demittatur per sena vasa olearia ad trapeta, quae res molae oleariae duro et aspero lapide.* Vbi Edd. primae habent *trapetas*; deinceps recentiores: *in quae eam terent molae;* quasi trapetes sint pars aliqua totius machinae, ut et ipsae molae. Sed antiquior lectio propter alterum Varronis locum erat probanda; quamquam Columella molam

a trapeto ita distinguit, ut mola pro magnitudine et multitudine olearum vel submitti vel elevari possit. Hinc intelligimus, trapetum nec submitti nec elevari potuisse. Igitur inventa ea commoditate, trapeto mansit antiquum nomen, mola autem dicta est, quae submitti et elevari poterat. Quidam etiam, nullo discrimine usus diversi, trapetum et molam eandem machinam vocasse videntur. Male vero Popma trapetum in Columella interpretatur trabem, qua oleum exprimatur; cui opinioni nihil argumenti vel auctoritatis additum reperio.

Praeterea Popma monet, a Catone dici trapetum totam constructionem et fabricam, in quo orbem interpretatur ipsam molam oleariam, quae in trapeto vertatur et oleam terat; *molile* stilum ligneum seu manubrium, quo mola impellatur et circumagatur; *Miliarium* vas angustum et longum, trapeto suppositum, ad excipiendum liquorem. Popma sua debet Turnebo Advers. XX, 7 cuius monitis quaedam recte addidit Gesner. Equidem enarrationem trapeti a partibus simillimis molae vulgari exordiar, secutus inprimis Meisterum et Gallicum architectum, quorum ille anno 1764, hic vero 1771 Catonis torcular, prelum et trapetum egregie illustravit. Primum itaque constituam hoc, de quo iam supra admonui, trapetum Columellae elevari et submitti non potuisse. Plane igitur diversum fuit a Catoniano trapeto, de quo Caput 22, ubi si orbis nimis altus mortarii solum terat, orbiculos ligneos pertusos supponi iubet, ut orbis tollatur. In loco Vlpiani, a Gesnero laudato, video, *trapeta funibus suspensa* memorari: sed ea huc non pertinent.

Trapetum fabricam totam dici, recte posuit Popma cum Turnebo, quem etiam Gallicus architectus sequitur. Nescio, quae causa moverit Meisterum p. 39 ut trapetum interpretaretur lapidem inferiorem molae, seu mortarium; itaque mirabatur, unde nomen trapeti parti quiescenti molae inditum fuerit. Forte haesit vir doctus in capite 135, ubi Cato trapetos latos trium generum memorat; sed etiam in illo loco de tota fabrica molae trapetum dicitur.

Totius trapeti fabricae qui facile et aptam animo suo informare velit imaginem, eum cogitare iubet Meister rhedarum nostrarum rotas, praecipue anteriores, quarum ope rheda convertitur. Deinde ait, simile trapetum Catonis fuisse tribulae, qua frumenta in areis veterum exterebantur. Columella enim XII, 50 tudiculam, qua alii oleam commolere soliti erant, *organum* ait esse *erectae tribulae simile*. Quam tribulam putat esse eandem,

quam plostellum poenicum vocat Varro I, 52 1, itaque triturae rationem ad oleas terendas translatam olim, et ex tribulae fabrica trapetum effictum fuisse censet. Catonis vero trapetum tale fuisse credit, ut cum tribula non erecta, sed in area procumbente et plana comparari posset; ex plostello enim poenico additis quibusdam curruum et rotarum ornamentis et axe circa columellam versatili, trapetum; deinde vero cylindri situ plano in rectum mutato, tudiculam ortam esse. Denique trapetum Catonis idem esse affirmat, quo hodieque utantur Itali aliique Europae populi ad oleas commolendas. Figuram tamen addidit, eique verba Catonis accommodare studuit. Antequam vero Galli reliquorumque interpretum opiniones exponam, singulorum verborum, quae difficultatem habent aliquam, notiones enucleabo.

Miliarium unde dictum sit, disputant grammatici: quorum opinionibus reiectis Meister a cippi miliaris similitudine vocatum suspicatus erat. Verum ipse deinde improbavit hanc suam auspicionem propter locum Plutarchi in vita Gracchi c. 9, ubi post Catonis demum tempora vias romanas cippis hisce distinctas fuisse refert. Itaque probabiliorem eam censuit opinionem, qua miliarii originem a graeco μύλη derivaret. Verum hanc viri docti opinionem vanam plane esse, non est, quod operose demonstrem. Scilicet miliarium trapeti Catoniani Meister comparabat cum meta molae frumentariae, de qua Vitruvius X, c. 10; et in L. 18, §. 5 ff. de instructo, legitur: *est autem meta inferior pars molae, catillus superior.* Quem locum recte interpretatur et tuetur Meister p. 41 contra eos, qui catillum inferiorem, metam vero superiorem fuisse censebant. Catillum enim, seu orbem concavum superius fuisse collocatum, metam vero seu conum inferius, quo liberius farina a convexo lapide deflueret. Miror, locum Iurisconsulti et Meisteri latuisse Io. Beckmannum ubi historiam molarum enarravit in Histor. Invent. Vol. II, p. 6.

Erravit tamen Meister in eo, quod miliarium in trapeto Catonis vicem catilli in mola frumentaria gerere censebat; quum potius mortarium eum usum praestaret, quod trapeti vocabulo etiam appellari a Catone male posuit Meister. Gallicus architectus miliarium ita interpretatus est: *C'est une exubérance de la forme d'un vase miliaire qui occupe le ventre du bassin, et qui a la même hauteur que le rebord.* — *Je croirois plutôt que l'étymologie de notre miliaire viendroit plutôt de la ressemblance qu'il avoit avec les pierres, dont on se servoit pour marquer les milles.* Distinctius aliquanto formam verbis expressit Gallus alter Ber-

nard, cuius locum infra ponam in trapeti antiqui, Stabiis reperti, descriptione, unde cognoscas, miliarii altitudinem labrorum lineam excessisse in antiquo trapeto. Superest locus difficilis Catonis cap. 22, *inter orbem*, inquit, *et miliarium unum digitum interesse oportet. Si plus intererit, atque orbes nimium aberunt, funi circumligato miliarium arcte crebro, uti expleas, quod nimium interest.* Vbi Meister intelligebat columellam ligneam, quae cupam proxime sustineret.

Orbes, quos Graeci a forma et volubilitate τροχοὺς in trapeto dixerunt, vicem metae et turbinis in mola frumentaria gerunt, et circumacti subiectas atque inditas mortario oleas terunt. Lapideos fuisse, apparet ex verbis Catonis c. 135, *orbis medios ex lapicidinis quum eximes.*

Orbi subiecta pars cava trapeti dicitur mortarium, a cuius solo et labris ut absint orbes cavet Cato cap. 22, ne quid mortarium terant; unde intelligitur, esse cavitatem, quam intrabat orbis, et quae vicem gerebat catilli in mola frumentaria trusatili. Orbes hos medios crassiores fuisse, satis manifestum fit ex verbis Catonis. Meisteri pictura, quae trapetum vulgare, cum Catone comparatum, repraesentat, et cum pictura gallici architecti forma et positione singularum partium plane convenit, in eo tamen peccat, quod orbes aequales ponit; gallica cum descriptione Catonis plane convenit hac quidem in parte totius fabricae. In utraque vero orbes ad perpendiculum erecti stant, transverso axe firmati, qui circa columellam rectam vertitur.

Cupas a cuparum cavitate dictas esse, negat Meister; eas enim, quibus Cato utitur, non esse cavas. Itaque a graeco κώπη derivat vocabulum, quo et ramum et manubrium seu capulum significari ait. Vtriusque saltim formam cupae Catonianae usum aptius docere censet, quam cauponum vasa vinaria, cuparum vocabulo dicta. Itaque cupam in vicem vectis seu manubrii orbibus circumvolvendis adhibet; cui quidem usui convenire ait longitudinem, a Catone cupae assignatam, et locum, quem Cato dextra sinistraque trapetibus reliquit. Meisterum sequitur Gallus, nisi quod in etymologia diversus abit. Ita vero ille: *Ces mots* cupa *et* cupula, *qui en est le diminutif, paroissent venir du mot grec* κόπος, *qui signifie fatigue. Caton donne ce nom à ces pièces, que je nomme essieux, parce qu'elles fatiguoient le plus.* Etymologiam Meisteri equidem sequi malim, utpote analogiae et significationi vocabuli *cupa* magis aptam. Ceterum Gesner cupam et miliarium unum idemque intelligebat, pyxidem nimirum, intra

quam contineatur columella, cui imposita pilei instar fuerit. Hoc miliarium deinde transisse et sustinuisse orbem videbatur viro docto, ita, ut stante firmiter columella, orbis, miliarii sive cupae ope illi impositus, deinde funium et trochlearum beneficio circumageretur. Quam interpretationem recte deseruit cum Meistero Gallicus interpres; ex ea enim fabricari trapetum et concinnare Catonis nemo facile ingenio, ne dicam materia, potuerit. Effinxit tamen qualecunque et lectorum oculis exposuit Meister in Tabula II, Fig. 3, ipse confessus, in eo quasdam verbis Catonis partes non respondere, alias rationibus architectonicis minus convenire.

Igitur alia ratione concinnavit Catonis torculariam cellam cum vasis oleariis, id est trapeto et prelo quadriiugo, Meister, deinde Gallicus architectus *Goiffon*, cuius opera usus gallicus Interpres Catonis *Saboureux de la Bonnetrie*, totam fabricam multo elegantiori pictura quam Meister expressit, cuius maiorem partem a perito artifice repetendam caelo curavi, omissis Meisterianis figuris. Interim interpretationem Meisteri curiose locis singulis orationis Catonianae, ad quae pertinebat, adiici in Commentario, unde perspiciet lector, inventis Meisteri abusum Gallum totam fabricam meliori pictura repraesentasse. Vix enim persuaderi mihi patiar, Meisterianae disputationis nullam plane notitiam pervenisse ad Gallum; cuius tamen candorem si falso suspectum habui, argumento potest esse haec utriusque interpretationis similitudo, haud longe a vero abesse coniecturam Meisteri, quocum deinde in eandem cogitationem atque interpretationem artis architectonicae peritia deduxerit Gallum. Postea utriusque simillimam disputationem plane confirmavit exemplar antiqui trapeti, in ruinis Pompeiorum et Stabiarum reperti, cuius historiam figuramque ab Italo architectone, Francisco la Vega, picti et denuo concinnati enarravit, usumque commendavit Italis suis Marchio Grimaldi libello edito Neapoli 1783 *Memoria su l'antico Frantoio da Olio*, quem etsi diligenter ab Heynio meo, Bibliothecae regiae Goettingensi praefecto, quaesitum, nancisci tamen diu non potui. Interim aliunde mihi de forma trapeti istius satis constabat. Multi enim in Italia et Gallia exstitere deinde viri docti, qui usum eius, a Marchione Grimaldi tantopere commendatum, cum usitatis hodie molis compararent et plane improbarent.

Primam eius notitiam debeo auctori libri: *Sbozzo del commercio di Amsterdam*. Neustad d'Italia 1782, quem audio vocari *Torcia*. Is enim p. 28 meminit notitiae trapeti, in Stabiarum rui-

nis reperti, quam libello Italico periodico, Mediolani edito, (*Foglio Enciclopedico*) anni 1781 mensi decembri nescio quis inseruit; cuius tamen accuratiorem descriptionem expectare iubet lectorem a Marchione Grimaldi; deinde p. 161 excerptam posuit trapeti novi descriptionem ex libro: *Notizie Enciclopediche di Milano*, anni 1782, No. 37, p. 171, unde simul cognovi, geminum trapetum fuisse repertum, alterum in ruinis Pompeiorum, alterum Stabiarum.

Eiusdem trapeti descriptionem et figuram addito iudicio repetiit auctor egregii libri *Mémoires pour servir à l'histoire naturelle de la Provence*, a Paris 1788; in cuius altero Volumine olearum cultum oleique faciundi rationem omnem et machinarum ei operi servientium fabricam curiose et perite enarravit. Is igitur p. 339 praefatus auctoritatem nunciorum litterariorum anni 1786 decembris diei XXI descriptionem trapeti, in ruinis Stabiarum anno 1779 reperti, inde repetiit p. 537 et seqq.

Hoc ipsum esse Catonis trapetum, cuius inventionem Graecis attribuit, in hoc argumento classicus scriptor Italus, Presta agnovit p. 134, qui recte p. 136 monuit, trusatile fuisse vel manuale, quoniam Cato animalium nullibi facit mentionem in oleo faciundo. Vsum praeterea huius trapeti suspicatur in caussa fuisse, cur tantopere caverent veteres scriptores, ne nuclei saporem olei vitiarent confracti. Forte enim molarum motu rotatorio nucleos fuisse comminutos et in farinam redactos, atque ita saporem olei corrupisse. Contra in hodierno trapeto verticalem molam tam vehementer non confringere nucleos, ut ullum inde olei sapori sit periculum timendum (p. 183). Molas autem verticales laevas recentior actas per Italiam et Galliam adhibuit, quae olivas una cum nucleis conquassant. Sola Florentia molas sulcatas adhibet, quae cavent, ne nuclei una confringantur; verum ita multum olei, in samsa seu carnium conquassatarum massa reconditi, perire et operam molendi fieri molestissimam et diuturnam, monuit Presta p. 122, qui trapeti antiqui usum, a Marchione Grimaldi revocatum, tanquam operosum et damnosum, pariter damnavit, ut Gallus Bernard, cui hodie Gallia principatum in hoc rustico scriptionis argumento deferre solet. Equidem his virorum doctorum iudiciis quod addam vel demam, non habeo, nisi quod monendum hic iterum censeo, quod ad Catonis cap. 37, s. 2 demonstravi, olearum nucleos mola suspensa veterum non solum non fuisse confractos, sed postea etiam exemtos et succretos, antequam samsa, prelo subiecta, exprimeretur. Quid

vero cura ista ad ipsam olei factionem attineat, audi nunc indicantem Bernardum l. c. p. 405: *Après avoir mûrement réfléchi sur les moyens qu'on emploie pour extraire l'huile, je crois que la perfection de cet art dépend principalement de la séparation des parties qui contiennent l'huile d'avec celles, qui n'en renferment point. En procurant à la pâte une plus grande homogénéité, on la rendra plus susceptible d'être mieux pressurée et de l'être également. D'ailleurs, en rejettant le bois des noyaux, il suffira la moitié des engins pour presser la même quantité d'olives.*

Quam artis perfectionem ut consequeretur, varia tentavit remedia vir prudentissimus, quibus caro olearum a nucleis separaretur, atque ita seorsim prelo exprimeretur. Quorum ex numero hoc uno tandem acquievit, quo cives suos in regione aliqua Galliae usos animadverterat. *J'ai vu à Mougins une recense où, au lieu de meule pour séparer du bois des noyaux la chair des olives, on employoit des battoirs et un méchanisme semblable à celui que j'ai décrit. — Des volumes d'eau moins grands suffiroient pour établir des moulins à recense; il ne faut pas une force aussi grande pour agiter des battoirs dans un puits, que pour y faire rouler une meule.*

Hac viri docti narratione confirmatus sum in ea opinione, quam animo iam diu conceperam, tudiculam, a Columella XII, 50, memoratam et improbatam, esse hanc ipsam machinam, quam Galli *battoirs* vocant. Praeter causam, a Columella positam, ob quam usum eius improbabat, quod frequenter vitictur, et, si baccae plusculum ingesseris, impediatur, aliam etiam eamque multo graviorem fuisse puto. Nempe molam trapeto Columella praefert ideo, quoniam pro magnitudine baccarum vel submitti vel etiam elevari poterat, ne nucleus, a quo putabant oleum vitiari, confringeretur. Quod ne fieret in tudicula, nulla poterat ars cavere. Gallus vero fractos a tudicula nucleos in fundo mortarii vel putei relinquit, carnes vero seu sampsam aqua eluit saccoque bombycino canali addito effluentes colligit. Qua cura difficili sane carebant antiqui factores, quum trapeti orbe suspenso olearum carnes conquassassent, nucleis integris relictis, quos deinde cribri genere aliquo, nobis ignoto, succernebant, massamque carnium puram prelo exprimebant minore cum labore et maiore olei reditu. Quare satis mirari non possum, quid Bernardus et Italus Presta tantopere usum trapeti antiqui, a Marchione Grimaldi commendatum, improba-

verint; nisi quod recte viderunt caussam eam, quae scriptores antiquos maxime movisse videtur, ut trapeti orbem suspenderent, et ne nuclei confringerentur, caverent, vanam esse atque falsam. Antiquum errorem secutus Gallus *Sieuve* novam molae fabricam excogitavit, qua cavere voluit, ne nuclei, cum carnibus confracti mistique, olei saporem vitiarent. Sed eam antiqua machina inferiorem bonitate esse et falsa opinione niti, pronunciavit Bernard. p. 362 et 404. In antiqua olei faciundi ratione si quid damni erat, hoc omne spectabat ad oleum nuclei, ossibus inclusi, exprimendum; contra vero quicquid inerat sampsae seu carnibus olearum conquassatis olei, multo rectius copiosius et facilius exprimebatur.

Ceterum molam, a Columella memoratam, a trapeto nisi orbium magnitudine diversam non fuisse, suspicatur Bernard p. 536, quae quidem opinio manifesto falsa est. Nec tamen ipse excogito, qui Columella diversitatem molae in eo posuerit, quod submitti vel elevari posset, quum trapeti altitudinem temperari posse pariter moneat Cato cap. 22, sect. 2. Idem Gallus ibidem nescio quo auctore refert, orae maritimae Africae incolas, Mauros, trapeto Catoniano vel simillimo hodieque uti in oleo conficiundo. De Sicilia testatur idem Sestini in loco ab initio huius disputationis laudato; quanquam verba ipsius mihi dubia paulum atque obscura esse videntur. Qui rudes molarum oleariarum fabricas, a nationibus Asiae atque Indiae excogitatas, cognoscere et comparare voluerit, accuratam earum notitiam reperiet positam in Io. Beckmanni Historia Molendinorum, inserta eius Symbolis ad Historiam Inventorum.

Posteaquam haec scripseram, librum, diu desideratum, ubi molae duae trusatiles, altera olearia, altera farraria, Pompeiis repertae, pictae et descriptae esse dicebantur, tandem benigne mihi submisit venerandus Praeceptor Heynius, cum exemplo picturae minoris inde descripto, quod additum quarto voluminі maioris atque elegantioris Editionis Virgilianae antea non observaveram. Titulum libri hunc reperi: *Monumenti antichi inediti ovvero Notizie sulle antichità e belle arti di Roma per l'anno* 1786. *In Roma* 1786, ubi mensi Maio p. XXXIX inserta legitur auctore Ios. Ant. Guattani brevis descriptio utriusque molae in Tabula I depictae. Dicuntur repertae fuisse in ruinis Pompeianis, earumque fabrica his verbis explicatur:

1. *Vasca di lava cavata emisfericamente, e lasciataci in mezzo una colonnetta un poco più alta del labbro della Vasca.* 2. *Co-*

lonnetta suddetta, a cui è assicurato un perno di ferro inserviente a fissare nel manubrio il centro della circolazione. 3. *Due ruote di lava formate di due porzioni di sfera, le quali girando circolarmente muovevansi anche per rotazione, e con ciò ottenevasi la frazione delle olive.* 4. *Due buchi rotondi ne' quali venivano conficcati le sale del manubrio.*

Qui figuram eiusdem, ut suspicor, molae a Gallo Bernard positam cum hac Italica comparaverit, picturam Gallicam, quanquam minorem, multo tamen accuratiorem reperiet. In exemplo etiam Heyniano fidem sculptoris equidem desidero; quanquam id curiositati lectorum Virgilii poterat satisfacere. Multo magis artificis manus a vera molae frumentariae forma aberravit; quocirca eandem denuo accuratissime exscripsi in Tabulae XI, Fig. VI et VII. In mola olearia pictura haec Italica lectori partes praecipuas, suo loco positas et concinnatas, ob oculos ponit; contra Gallica easdem seorsum positas exhibet. Molae autem frumentariae trusatilis figura an alibi exstet publicata, equidem nescio; explicationem quidem eius accuratiorem cum mensura singularum partium vellem dedisset vir doctus. Is vero hac brevi notatione defungitur:

1. *Parte inferiore della macchina fatta di lava, e formata nella sommità a cono, come vedesi dallo spaccato A.* 2. *Parte superiore che mediante la sua cavità inferiore soprapponevasi al cono suddetto, e nella cavità superiore mettevasi il frumento che si voleva macinare: il medesimo entrando nello stretto spazio, che restava tra una parte e l' altra, veniva nella circolazione infranto, e la farina usciva al luogo segnato B.* 3. *Buchi quadrati, ne' quali si ponevano i manubrj, e dentro vi si assicuravano mediante i piccoli buchi rotondi di fianco ai medesimi.*

Inferior molae pars latine *meta* dicebatur, per cuius latera devexa farina decurrebat, superior *catinus* vocabatur, cuius lateribus mediis insunt foramina quadrata, quibus indita et firmata manubria, quae *molilia* a Catone dicta fuisse suspicor, catinum versabant et frumentum desuper infusum commolebant inter utrumque saxum pyxidatim sibi invicem incumbens. Hinc igitur convincitur manifestus error Gesneri Beckmanni aliorumque virorum doctorum, qui catinum inferiorem, metam autem superiorem molae partem fuisse censuerunt; qua de re iam supra ex Meistero admonui. Materiam molarum plerumque ex saxis montis Vesuvii igne liquefactis fuisse argumento huius

molae, in ruinis Pompeianis repertae, credere licet; eamque respicere videtur Ovidius Fastor. VI, 318, *molas pumiceas* dicens.

In ipsa molae frumentariae pictura video metae partem quadratam in cava catini parte exstantem, et circa eandem descriptionem linearem partis alicuius, quam coniectando assequi non potuit consultus a me collega amicissimus et architectonicae rei peritissimus *Huth*. Suspicabatur tamen is, aut pictorem in parte superiore metae aberrasse a vero, aut significare voluisse columellam, superiori metae parti impositam, quadratam inferiorem, atque superiore sine rotundo sustinentem, tigilla circumposita, quae motu aequali circum columellam rotata catinum cum meta iungerent eiusque marginem inferiorem a margine metae iusta distantia distermimarent, ne catinus non suspensus in columella metam ipsam contereret.

Postquam librum illustris Marchionis *Grimaldi* diu, sed frustra quaesiveram, exempla molae Stabiis reperta ex libro Galli Bernardi, et Monumentis antiquis ineditis Guattani repetita ponere constitueram, quanquam erant, quae me de figurarum auctoritate et ἀκρίβεια in tanta earum parvitate dubium atque anxium redderent. Taudem his me angustiis expediit promtissima et iuvandis literis indefessa liberalitas atque humanitas praeceptoris mei, ingenio atque eruditionis suae monumentis immortalitatem iam diu adepti et supra clamosorum graculorum vociferationes ad coelum evecti, Heynii, qui librum Grimaldianum mihi suppeditavit, postquam altera iam vice descriptionem molae Catonianae et torcularis ex virorum doctorum coniecturis adornare conatus eram. Titulus libri habet: *Memoria sulla Economia olearia antica e moderna e sull' antico Frantoio da olio trovato negli scavamenti di Stabia. In Napoli MDCCLXXXIII, nella Stamperia reale.* Folia quadruplicata continet novem cum Tabulis in aere expressis tribus. Descriptio cellae oleariae, in ruinis Stabiarum repertae, cum mola olearia et vasorum prelique fragmentis et vestigiis incipit a pagina 53, auctore *D. Francisco la Vega*, cui cura Musei Herculanensis commissa erat, quique effodiendis Stabiarum ruinis praeerat, ita, ut quum primum vestigia domus rusticae detecta fuissent, e vestigio summa cum diligentia singula loca rescranda curaret, eorumque speciem fideliter ipse in charta lineamentis ductis repraesentaret. Totam hanc eius narrationem et notitiam locorum, sub eius oculis retectorum, excerptam ipsius verbis

ponam, quo magis lectores, rerum harum intelligentes, singulis novi inventi argumentis confidere possint. Verebar enim, ne dum latinis verbis reddere conarer orationem Itali, sententia forte ipse, in architectura eiusque artis vocabulis non nimis versatus, aberrarem. Eo vero maiorem fidem attentionemque meretur oratio doctissimi Itali, quod nec ipse nec illustris Marchio vel suspicati sunt, esse hanc eandem molam, quam Cato tam diligenter tamque minute, sed verbis plerumque obscuris aut vitiosis concinnare docuit. Preli vestigia, Stabiis reperta, illustris Grimaldi comparare conatus est cum prelo Catoniano; verum fabrica Catoniani preli plane fuit diversa, ut ex ipsa Stabiani preli notitia agnoscet lector. Interim ponam Marchionis verba de hac re p. 21: *Per quanto vi abbiasi fatta riflessione, mi sembra, che altro non si può rilevare dalla detta descrizione, che il Torcular e il Prelum degli antichi, erano presso a poco simili alla quercia, che generalmente si usa nei contorni di Napoli per premere le vinacee ed in alcuni paesi di Terra di lavoro anche per premer l' olio. Di fatto nello scavo di Stabia — si trovarono i vestigi del sito di due gran torchi, ed alcuni di loro frammenti, che possono dar molto lume alla descrizione, che fa Catone di tali macchine. — Dall' aver trovato poi in quella stanza istessa, dove vi era piantato il mentovato frantoio a due mole, i vestigi di due gran torchi, possiam dedurre, che gli antichi per ogni frantoio vi adoperavan due torchi; o perchè con tal frantoio spedivasi presto la macinatura; o perchè gli antichi davano lungamente tempo allo scolo dell' olio sotto il torchio.* Idem postea p. 43 inventionem huius molae Graecis tribuendam censebat, eo inprimis motus argumento, quod eiusdem exemplum repertum fuerat in regione, quam olim Locrenses tenuerant. Quae quidem ratio tantum valere non debebat apud virum illustrem, qui nemini facile persuadebit antiquarum Graeciae magnae artium fabricarumque vestigia certa hodie in ista regione relicta exstare, nisi quae olim sepulcralium monumentorum latebris religio absconderat. Verba viri illustris haec sunt: *ma sopra tutto la scoperta fatta anni sono di un simile frantoio sotto un fico selvaggio nel territorio di Careri, posto nella regione degli antichi Locresi nella Calabria meridionale, non fa più dubitare un istante, che tale invenzione appartenga all' ingegno Greco.*

Nunc ipsum audiamus artificem et restauratorem antiquae molae Catonianae, vestigia cellae olearíae antiquae, cum vasis oleariis repertae in ruinis Stabiarum, enarrantem.

DESCRIZIONE

del ritrovamento, e ristaurazione di un antico molino da olio.

Nello scavarsi di Reale ordine gli edifici dell' antica Stabia si sono scoperte più case rurali: una di queste s' incominciò a scavare alli primi del 1779, nel podere detto l' Oliaro, delle Monache di S. Michele Arcangelo della Città di Gragnano. In distanza di tale edifizio si trovò, nel principio di febbraio del sopra nominato anno, una macina da olio, composta di una vasca concava con colonnetta nel mezzo, e di due ruote in forma di segmenti di sfere convesse e ciascuna trasforata nel mezzo: tutto di pietra vulcanica molto dura e bucherata. Oltre di tali pezzi si trovarono alcuni frammenti di ferro dell' armadura, che reggeva le ruote. Nella stanza, ove era situata questa macchina, vi restava benanche una vasca con piccolo labbro all' intorno, e scolo verso l' esterno della stessa stanze, per mezzo di una doccia di creta: tale vasca veniva rivestita all' in tutto di calcina con mattoni pesti: come di eguale intonaco veniva rivestita nell' esterno la vasca del molino, dal pavimento sin presso al suo labbro; il quale si trovava superiore al pavimento, quanto era conveniente per muovere la macchina a braccia. Il pavimento poi della stessa stanza, restava formato di calcinacci battuti, e le mura si sono trovate del tutto prive d' intonaco, probabilmente per essere questo caduto nella grande eruzione, che sotterrò tale edifizio. In un' altra stanza della stessa casa si scoprì benanche una vasca con vestigi dello strettoio, e recipiente ove scorreva l' olio dalle olive premute. Molti doli di creta si sono trovati in questa casa, ma la maggior parte rotti. Altra gran casa rurale s' incominciò a scavare nel fine dell' ottobre del 1779, in un podere detto Casa di Miri, benanche del sopra nominato Monastero. Si scoprì in questa, nel mese di marzo 1780, una stanza ben ampia, con altro molino da olio, simile in tutto a quello antecedentemente trovato,

e con piccioli frammenti di ferro della sua armadura. Nella stessa stanza vi erano due vasche con i vestigi di due strettoi, come può osservarsi nell' ingionta Tavola I. Tutte le pareti di tale stanza come il suo pavimento, e le vasche, erano rivestite di calcina con mattoni pesti.

Il primo di tali molini fu da me rimesso nel reale museo a portici, ed il secondo in Pompei, acciò potessero essere alla vista delle persone intelligenti, cui piacesse l'esaminarli. Nel passato anno 1782 dall' Eccell. sign. marchese della Sambuca primo segretario di Stato, come sempre propenso a tutto quello che possa essere vantaggioso al pubblico, mi fu incaricato di formare i disegni, ed una succinta descrizione del preciso stato, nel quale si erano trovate tali macchine: lo che da me eseguito, stimò l'E. S. di passarlo in mano del sig. marchese Grimaldi. Questi, soggetto adorno di molti lumi e di profonde cognizioni, specialmente nelle cose agrarie, e dal quale si era già data al pubblico un' opera intorno all' economia olearia, che portò, come ognun sa, un utile deciso alle due Sicilie, subito riconobbe, che tale macchina dovea esser quella dagli antichi detta le Mole. M' incaricò dunque l'eccellentissimo sig. marchese della Sambuca, che col sentimento del sig. marchese Grimaldi, avessi procurato di fare, per suo uso, una macchina simile a quella, che si trova nel reale museo, ristaurata in tutte le sue parti. Tanto mi sono studiato di fare, esaminando i frammenti di ferro rimasti, quali passo a descrivere, col dippiù, che mi ha dato lume in tale intrapresa come appresso.

Nel centro della colonnetta (a) resta impiombato un perno di ferro (b), attorno del quale si avvolgea una lamiera, fissata in altra di forma rettangola, che di presente si trova unita, per mezzo della ruggine, al piano superiore della colonnetta stessa. Si conosce che tale lamiera rettangola ripiegavasi ad angoli retti lungo i due lati maggiori per rivestire l'asse di legno; del quale restano de' vestigi e nell' impressione restata nella ruggine, e nelli chiodi, che trapassano la lamiera di ferro determinata a legarlo, come si è procurato di fare vedere nelle Fig. 4 e 5 della Tav. I.

Tale asse, nella porzione, che s' inseriva nei fori delle ruote, era cilindrico, come si distingue da pochi frammenti di ferro

(a) Miliarium Catonis c. XX.

(b) Columella ferrea Cat. eo plumbum effundere caveto, ne labet columella. Ibid.

che restano delle sue rivestiture. Ciascuna di queste porzioni cilindriche dell' asse era coperta da doppia fodera; l' interna delle quali restava unita al legno, per esservi gli stessi vestigi che si sono numerati di sopra. Nell' esterna fodera, che di presente, mediante la ruggine, fa quasi uno stesso corpo coll' interna, vi si distingue un collare ben rilevato verso la sua estremità: ed oltre questo un chiavello, che trapassa diametralmente tutta la grossezza dell' asse; ma del medesimo non è possibile conoscerne la precisa forma per essere molto corroso dalla ruggine; quali frammenti si trovano imitati da due aspetti nella Fig. 6 della Tav. I. Si è trovata benanche una porzione di lamiera in forma di anello; come resta delineata nella Fig. 7, Tav. I, quale anello, unitamente con altri, doveano essere destinati a facilitare il moto delle ruote, nell' essere premute dalla parte conversa delli collari sopra espressati, e dalle parti piane da qualche altro riparo.

Il foro è quadrato (c) in ciascuna delle ruote, ma alquanto più stretto verso la superficie piana, che verso la convessa delle stesse. Nella parte stretta del foro di una di queste ruote vi è impiombato cerchio di ferro, e nel dippiù si conteneva un legno alquanto a conio (d), o a più propriamente parlare, a piramide troncata, quale era trapassato da un foro cilindrico per contenere l' asse. Di tale legno se ne sono conservati alcuni avanzi, come di una lamiera di piombo, che la rivestiva, destinata al certo a fermare strettamente il legno colla pietra, mediante la compressibilità di tale metallo. Nel foro dell' altra ruota non vi è vestigio alcuno nè di legno, nè di ferro, e questo in ambo i molini trovati.

Merita di referirsi, che oltre il molino da olio trovato nella fabrica nominata, e l' altra nell' edificio, del quale ne ho dato la pianta, si è scoperta benanche la vasca d' un consimile molino nella strada, che conduce alla città di Gragnano, e le ruote d' un altro nello scavo fatto al principio della strada, che conduce a S. Leo, i quali tutti restano nel territorio di Gragnano, ed a distanze tra di loro non molto grandi. (e) Dal fin

(c) Cato c. 135, s. 7, foramen in orbes semipedem quoquoversum facito.

(d) Cato cap. 20, s. 2, modiolos in orbis oleaginos facito, et eos circumplumbato, caveto ne laxi fient.

(e) Accuratius locum indicat Praefatio Tomi VIII. Picturarum Herculanensium: *nel luogo chiamato la Cappella degli Impesi in giugno del 1780.*

quì detto era facile il comprendere, che le due ruote descritte dovessero avere doppio moto nell'azione della macchina; uno di rotazione attorno sè stesse, sempre che avessero da superare un qualche ostacolo; e l'altro in giro della vasca condotte dal comune asse, restando sempre fra loro parallele le superficie piane, e perpendicolari queste all' orizzonte.

Dall' esatta osservazione si conosce che le ruote, nell' essere mosse, avevano combaciato colla vasca, per essere logore e quasi lustrate (sì queste che la vasca) ove possono essere fra loro tangenti, nell' essere situate nell' asse: dico ove possano essere tangenti, perchè avendo distinte curvature, non è possibile che in tutta la superficie si adattino questi pezzi tra loro. Considerate le ruote in tale stato costantemente, si vede bene che sarebbero state solo atte a frangere del tutto le olive con i nocciuoli; ma per le riflessioni del signor marchese Grimaldi, avendo avuto questa macchina benanche il vantaggio di frangere il solo frutto delle olive senza rompere i nocciuoli, ho creduto, che ciò dovesse farsi con allontanare alquanto le ruote dalla superficie interna della vasca, e due osservazioni mi hanno condotto a questo. Primo che, essendovi doppia fodera attorno all' asse stesso, e la superiore movibile, come ho di già detto, questa sarebbe restata del tutto inutile, semprecchè non avesse avuto l' ufficio d' accostare o discostare dal margine della vasca la ruota, che gli restava appoggiata. L' altra osservazione è stata che il collare prossimo alla parte estrema della nominata fodera esteriore, essendo restato per poco discosto dalla superficie del labbro della vasca, avea in questa segnato il suo corso di tratto in tratto con due distinte traccie concentriche. Esaminata la distanza di tali traccie fra loro, l'ho trovata di minuti 4 1/2 di palmo Napoletano, o sia di dito uno dell' antico piede romano, o sia eguale alla metà dello spazio che passa fra la colonnetta, nel mezzo della vasca, e la superficie piana di ciascuna delle ruote: quando queste combaciano colla concavità della vasca stessa. Da tali dati ho creduto doversi conchiudere, che le ruote fossero trasportate, colla fodera esteriore dell' asse, ora a combaciare colla concavità della vasca, ed ora a discostarsi da questa, per la distanza sopra espressata, di un dito del piede romano, nel quale stato trovandosi queste, non potevano per modo alcuno rompere i nocciuoli, come da sè è evidente.

Messi in vista i dati, che si hanno dell'armadura, per mezzo

della quale si dava il moto alle ruote di questo molino, mi resta a descrivere la costruzione delle stesse, e della vasca che le contiene; secondo ciò che ho ricavato dall' esame fatto dell' antico molino che resta nel reale museo: costruzione colla quale si è fatto il molino dell' Eccellentiss. sig. marchese della Sambuca. La costruzione dee farsi sulla sezione verticale della vasca colle sue ruote, e per facilità di spiegarmi la descriverò solo per quanto riguarda la metà della stessa sezione, come si osserva nella Fig. I della Tavola II, la quale dee tenersi presente per l' intelligenza di quello che rimane da dirsi. Su di una retta indeterminata si prenda A B, eguale al semidiametro della pietra, nella quale voglia costruirsi la vasca, e nel punto B s' innalzi la perpendicolare CD, che disegnerà l' asse della vasca, si divida la retta A B in 13 parti eguali, ed una di queste A E determinerà la grossezza del labbro della vasca: e la restante porzione D E il raggio interno del labbro della stessa: quale raggio nel molino del reale museo è di palmi 2 e mezz'oncia, ed in quello, che resta in Pompei di palmo 1 oncie 8 1/2. Indi si tiri la retta H G, che sia perpendicolare, e divida nel mezzo la retta B E, nel punto F paralella alla linea F G verso l' asse della vasca, si conduca la retta indeterminata I K alla costante distanza di due dita dell' antico piede romano, o sia di minuti 9 di palmo Napoletano, e con questa sarà determinato il lato della colonnetta, che resta nel mezzo della vasca, ed il suo diametro dalla retta B I. In seguito si tiri la paralella L M distante dalla retta A B la terza parte di E I, e tale linea L M determinerà l' asse lineare della ruota. Il centro della curvatura della medesima si troverà nel punto N per la distanza di L N dell' asse della vasca, eguale all' ottava parte di E B raggio della vasca stessa; da questo centro col raggio N E si descriva l' arco G E H, che verrà tagliato dalla retta H G, e resterà in tale guisa determinato il segmento sferico della ruota. Dal punto E colla distanza di L N si determini nell'arco EC il punto O, e da questo punto pel centro della ruota N si tiri la retta indeterminata NO, in questa si prenda il punto P distante dal punto N quanto è la retta I F, ed il punto P sarà il centro della convessità della vasca nel sito della sezione, quale verrà descritta col raggio P O, e ne resterà determinato l'arco delle linea A B ed I K, la retta BE si è considerata in questa costruzione come raggio del margine della vasca, benchè in rigore geometrico ne differisca alquanto, ma essendo cosa di picciolo momento,

ho creduto che non si abbia da tener conto di tale differenza, trattandosi di cosa pratica. In ultimo facendosi centro in N e col raggio eguale al LB un arco di circolo, che taglia la retta BD, il punto Q, ove taglierà questa, determinerà l'altezza della colonnetta, quale ha la sua superficie piana paralella a BA.

La sezione della ruota punteggiata si è posta per mostrare la situazione, che questa prende quando si discosta dal margine della vasca, in maniera che movendosi non rompa i noccìuoli delle olive, come già si è detto.

Le due segnenti figure 2 e 3 sono poste per mostrare con chiarezza la ruota nel suo aspetto di fronte e nella sezione, e specialmente per fare conoscere il foro che le trapassa; sul qualo devo avvertire, che la metà del lato del quadrato, verso la sua convessità, che è il maggiore, deve essere per poco minore alla distanza, che passa fra la linea, che determina il labbro della vasca, e quella dell'asse lineare delle ruote.

Nella Fig. 4 della Tavola II si mostra l'esterno del molino con l'asse, che regge e trasporta le ruote nel muoversi questo a braccia, per mezzo di due stanghe che si prolungano alle sue estremità. Dal lato X si vede la ruota discostata dal margine della vasca, come deve restare situata per non frangere li noccìuoli, appoggiandosi la superficie piana alla parte quadrata dell'asse; così obbligata da un chiavello, che trapassa l'intiero asse, e la fodera in foro, che ha la maggiore sua lunghezza lungo la direzione dell'asse stesso. Dal lato Y si mostra la ruota, che combacia col margine della vasca; situazione propria per frangere i noccìuoli delle olive. Operazione che si fa, secondo è stato da me ideata, interponendo fra la parte quadrata dell'asse e la superficie di un anello, che resta dalla parte piana della ruota, un ferro di forma pressochè lunata, della grossezza di un dito dell'antico piede romano, quanta deve essere la differenza fra la prima e la seconda situazione della ruota, come ho detto in altri luoghi. Ed acciò la fodera esteriore non abbia da scorrere oltre la determinata situazione, nello stesso foro che trapassa sì questa che l'asse, ove nel primo caso veniva situato con chiavello, che occupava intieramente la sua larghezza, ho creduto di passare altro chiavello tanto minore del primo, quanta è la grossezza del ferro lunare, interposta fra la ruota e la porzione quadrata dell'asse. Tutti i pezzi ch'entrano in questa armadura, per maggiore chiarezza si descrivono separatamente.

Nella Fig. 5 di questa stessa Tavola si dà l' asse intero del molino, compresevi le stanghe, delineate su di una scala minore di quella delle antecedenti figure; non essendosi dato tutto intero nella Fig. 4 per non impicciolire questa di soverchio. Si è procurato di esprimere, come la sola porzione quadrata unitamente colle due parti cilindriche dell' asse, sono rivestite di lamiere di ferro, e le stanghe sono semplicemente di legno.

Lo stesso asse riportato in grande, senza le stanghe, e senza le fodere esteriori, si osserva nella Tavola III cioè nella Fig. I, veduto questo per lo suo lungo; nella Fig. 2 veduto da sopra; e nella Fig. 3 per la parte più corta, o sia di fronte. Nelle due prime figure resta espressato il tubo di ferro ch' è inserito a traverso dell' asse, per introdurvi il perno impiombato nel centro della colonnetta. Due piccoli perni si esprimono verso gli estremi della fronte superiore quadrata dello stesso asse, destinati a fermare i due ferri lunari, quando occorra d' usarli. Del ferro, che si osserva fissato vicino ad uno de' nominati perni nelle due prime figure, che si stende al disotto dell' asse nella Fig. 3, se ne parlerà in appresso. In ciascun estremo delle due parti cilindriche, che sono rivestite di ferro, si vede il foro, ove s' introduce il chiavello.

Si è designata nella Fig. 4 una delle fodere esteriori, che rivestono le parti cilindriche dell' asse, e sulle quali restano appoggiate le ruote, o muovendosi attorno sè stesse o facendosi le medesime ruote accostare o discostare dal margine della vasca. In questa si osserva il collare destinato a stringere la ruota dalla sua parte convessa, ed a moderare qualunque moto irregolare, per restare questo situato discosto di poco dal piano attorno il margine della vasca, come ho detto parlando de' frammenti delli corrispondenti pezzi antichi. Verso l' estremità di tale fodera vi è il foro, ove situate i chiavelli che la fermano all'asse. La veduta di fronte della stessa fodera viene espressa colla Fig. 5.

Due anelli piani di ferro, e le grossezze di ciascuno de' medesimi si mostra nei pezzi espressi sotto la Fig. 6. Il minore di questi per inserirsi nella parte cilindrica dell' asse, fra la porzione quadrata del medesimo e la sua fodera esterna. E l' altra maggiore, per situarsi nella fodera esterna, accosto del suo collare. Ambi sono destinati a facilitare il moto di rotazione delle ruote con restare interposti fra queste, ed i pezzi che le stringono.

Nella Fig. 7 si dà, così di fronte, che veduto da sopra, il pezzo di ferro di forma lunata, del quale ho già descritto l'uso parlando della Fig. 4 della Tavola II. Devo solo aggiungere, che il pezzo, che si eleva dal piano del medesimo a squadro con foro prossimo a suo termine è destinato a fermarlo per mezzo di piccolo perno situato verso l'estremo della fronte superiore quadrata dell'asse, come ho detto in ispiegazione delle tre prime figure di questa tavola. La porzione di questo ferro lunato, che s'innalza al di sopra, si è fatta per comodo di poterlo situare, o togliere con tutta la facilità.

Il chiavello, che si osserva nella Fig. 8 è della larghezza necessaria per ritenere le ruote distanti dalla convessità della vasca, in maniera di non frangere i nocciuoli. Questo è della stessa larghezza e grossezza del foro fatto nell'asse e nella fodera esteriore del medesimo. L'altro chiavello Fig. 9 è tanto meno largo del primo, quanto è la grossezza del ferro lunato, e serve ad introdursi nelli fori già detti, quando si vogliano frangere i nocciuoli: come tutto si trova spiegato parlandosi della Fig. 4 Tav. II.

Nella Fig. 10, Tav. III, vi resta disegnato l'asse con tutti i ferri già descritti, messi nelli proprii siti, come è facile d'intendere. E per maggiore chiarezza, dal lato X si è situata la fodera esteriore dell'asse come deve restare, non volendosi frangere i nocciuoli delle olive, ritenuta così dal chiavello il più largo: dal lato segnato Y si è situata la stessa fodera, quale deve restare nel frangere i nocciuoli, obbligata a restare in tale guisa dal ferro lunato e dal chiavello di minore larghezza dell'antecedente.

Nella Fig. 11 si dà il foro di una delle ruote in due aspetti con cerchio di ferro verso la sua parte piana, e nel dippiù di legno a piramide troncata, con foro cilindrico dello stesso diametro del cerchio di ferro, per contenere la fodera esterna dell'asse. Fra il detto legno e la pietra vi è camicia di piombo, come il tutto ho descritto parlando de' pezzi antichi. Nella Fig. 12 si dà il foro in due vedute dell'altra ruota, ed inserito semplicemente in questo un legno a piramide troncata, con foro cilindrico dello stesso diametro, ed allo stesso uso di quello dell'altra ruota. Per qual fine si trovi tal differenza fra le ruote di ambedue i molini antichi, io non ho potuto indagare, ma non ostante l'ho posto così in pratica nel molino fatto per l'Eccellentiss. sign. marchese della Sambuca, avendo procurato

che corrispondesse, per quanto fosse stato possibile, al suo originale.

Nella pratica ho veduto, ch'era necessario, che un uomo da tratto a tratto movesse le olive con un mastiatojo dal fondo della vasca, quando si volevano frangere i loro nocciuoli, per mandarle sotto alle ruote. Per evitare un tale incomodo ho ideato un mastiatojo di ferro, che legato all'asse delle ruote, e scorrendo prossimo al fondo della vasca facesse il suo uffizio nell'atto stesso, che si mettevano in moto le ruote. La forma di questo e la maniera come resta legato all'asse, si mostra in più aspetti nelle Fig. 2, 3 e 10 della Tavola III segnato in ciascuna di tali Fig. z. Tale mastiatojo si è posto in pratica nel sopra nominato molino, nella conformità che resta disegnato, con ogni buon successo: e dico solo che stimerei conveniente che in ciascun molino ve ne fossero due, cioè uno per lato legati alla parte quadrata dell'asse.

Molte altre cose si possono pensare in miglioramento di tale macchina: ma devo ripeterlo, d'aver procurato unicamente di adattarmi all'antico in tutto, o di aggiungervi solo qualche parte, che fosse compatibile con i pezzi, che si doveano dedurre dalli frammenti rimasti. Altro molino in appresso ho fatto eseguire pel sign. Duca di Serra Capriola, nel quale non essendomi legato a tutte le parti, che si rilevano dell'antica armadura, ho reso la maniera di muovere le ruote lungo l'asse più semplice e più facile: e nel mezzo dell'asse stesso, avendo legato un fuso, ed a questa una vetta, si muovono le ruote in giro della vasca da una bestia con ogni agilità. Cosa che credo sufficiente d'averla accennata. —

Spiegazione della Tavola I. (Tab. V).

Fig. I. Pianta di stânza antica scoperta a Gragnano nel podere detto Casa di Miri, per uso del magistero dell'olio, secondo le parti che vi si osservano, come appresso. *a.* Molino da olio. *b.b.* Due gran vasche, con pendio verso i punti *cc.* dove in ciascuna vi resta un condotto di piombo, che immette quanto può scorrere nella corrispondente vasca, in un dolio di creta *d. d.* Due doli di creta, dove si raccoglievano i scoli delle vasche. *e. e.* Piani, ciascuno rivestito da una tegola, inclinati verso le bocche de'doli. Vicino ad uno di questi, sul piano della vasca, si è trovata una cassa di piombo, di palmo 1 3/4

per lato, e palmo 1 1/2 d' altezza. *f. f.* Tre buche da ciascun lato della stanza, formate nel pavimento della medesima, e dalla vasca corrispondente, con labbro all' intorno di selce. Queste buche doveano essere destinate a fermare l' armadura di due strettoi; essendosi trovati benanche quattro cerchi di ferro, che cingevano la trave movibile di uno di questo, ed alcune fasce di piombo con chiodi di ferro.

gg. Due fossicelle ben profonde rivestite di fabbrica, dove avevano da scendere dei pesi per spingere le travi movibili de' strettoi verso li pavimenti delle corrispondenti vasche.

Fig. II. Sezione della stanza sopra nominata, sulla linea segnata in pianta colle lettere A. B. Le parti, che in questa restano espresse, sono chiamate colle stesse lettere della pianta.

Fig. 3. Sezione della stessa stanza, sopra la linea segnata in pianta colle lettere CD.

Fig. 4. Veduta di lato de' frammenti di ferro, sì del perno che resta fissato nel centro della vasca del molino, che di una ramiera, che lo riveste, e di altra ramiera piana, che foderava la parte quadrata dell' asse.

Fig. 5. Veduta da sopra della nominata ramiera piana, e dell' altra, che riveste il perno.

Fig. 6. Veduta da due lati de' frammenti delle doppie fodere di ferro, che rivestivano l' asse da una delle sue parti cilindriche: ove si distingue un collare in giro della fodera esterna, ed un chiavello che le trapassa.

Fig. 7. Porzione di anello piano di ferro, che dovea restare situato, con altri attorno le fodere cilindriche dell' asse, per facilitare il moto delle ruote.

Spiegazione della Tavola II. (Tab. VIII)

Fig. 1. Sezione della metà della vasca del molino da olio, compresa quella di uno delle sue ruote. Questa è determinata a facilitare la sua costruzione, che distesamente viene spiegata nell'acchiusa descrizione. Si avverte, che tale molino conviene farsi di pietra molare ben forte.

Fig. 2. Profilo di una delle ruote, vista dalla parte convessa, specialmente affine di mostrare il foro che la trapassa.

Fig. 3. Sezione di una delle ruote, per far conoscere con ogni distinzione il foro che la traversa.

Fig. 4. Veduta esterna del molino con tutta la sua armadura.

Dal lato X la ruota si mostra in situazione di schiacciare soltanto le olive. E dal lato Y in sito di frangere le olive ed i nocciuoli, combaciando la sua convessità col margine della vasca.

Fig. 5. Asse intero del molino foderato di ferro, con stanghe ne' suoi estremi.

Avendo accennato di aver fatto eseguire altro molino da olio pel sign. duca di Serra Capriola, con aver migliorato varie parti di quelle ristaurate su i pezzi rimasti dell' antico, sono stato obbligato da chi ha tutta l' autorità sopra di me, di dare benanche di tale molino una succinta descrizione: assicurando di essersi per reiterate volte, alla presenza d' intelligenti persone, esperimentato con ogni buon successo, quanto passo a descrivere. E premetto che il raggio interno del labbro della vasca di questo molino si è fatto di palmi 2 1/3.

All' asse che porta le due ruote del molino, quale sopra distesamente ho descritto, si è legato perpendicolarmente un fuso, con perno di ferro nella sua sommità, che si aggira in foro fatto in una trave fissa alle pareti della stanza ove è situata tale macchina. Al fuso resta inserita una vette, atta a situarsi una bestia, come si usa in tutte le altre macchine, che muovonsi con tale mezzo. Ed ho procurato, che si potesse facilmente dividere il fuso dall' asse delle ruote, pel comodo di situare ciascuna di queste parti distintamente.

Il foro di ognuna delle ruote si è fatto di forma cilindrica, e questo si è guarnito alli due estremi con bronzo impiombato alla pietra mediante alcune spranghe. In ciascuno de' fori, oltre l' asse di legno, vengono introdotte due armadure di ferro composte da più sbarre, ed ognuna di queste armadure con cerchio rilevato ad uno de' suoi estremi; in tale maniera che introducendosi un' armadura nell' altra, e restando assieme legate per mezzo di una zeppa, con il rilevo de' cerchi vengono a stringere la ruota sì dalla superfizie piana, che dalla convessa. Fermate in tale maniera le ruote, il loro moto lungo l' asse dipende intieramente da quello delle doppie armadure di ferro già dette, senza altro ajuto: ed il moto di rotazione liberamente fassi su le armadure stesse. Per fermarsi ciascuna ruota, ove convenga, si è trapassata la doppia armadura al di fuori de' cerchi rilevati, da un chiavello, che viene ritenuto in foro formato verso l' estremità dell' asse. Ma come la varietà delle due situazioni che conviene darsi a ciascuna ruota ne' casi già di sopra descritti, non lascia spazio da fare due

distinti fori nell' asse, si è praticalo un solo foro con dente nel suo mezzo, nel quale foro introducendosi ora dall' uno, ora dall' altro lato il chiavello con corrispondente riscontro de' denti, ritiene colla doppia armadura la ruota nella situazione che si richiede. Resta l' asse rivestito solo da una fascia di ferro nel sito, ove restano i descritti fori, e dove s' inserisce nel perno che resta nel centro della colonnetta, e nel dippiù si è stimata inutile la fodera, che si è praticata nel primo molino.

Per estrarre le ulive già frante dalla vasca fatta sull' antico modello, vi si richiede del tempo alquanto considerabile, relativo a quello ch' è necessario per frangerle, ed ho creduto di evitare un tal inconveniente, con fare che la massa franta potesse uscire dalla vasca solo nella situazione del moto delle ruote. A tale fine si è fatto un foro nel fondo della stessa vasca, di sotto al sito che viene premuto dalle ruote di once 8 del palmo Napoletano per lato, ed alquanto più largo nella parte estrema. Questo si tiene chiuso nell' atto di macinarsi con un tassello di legno, che esattamente se gli adatta, e si apre, quando si stima di estrarre le ulive già frante. Resta fermato esteriormente tale tassello, mediante una traverso di ferro, che s' inserisce in due pezzi impiombati nella pietra della vasca.

Già ho parlato in altro luogo della necessità, nella quale mi era trovato d' ideare un mastiatojo legato all' asse stesso del molino, ed ho dato il disegno di quello fatto al molino di S. E. il sig. Marchese della Samboca, nè altro ho creduto potersene ideare nel caso che si avessero dovuto estrarre le olive a mano. Ma ora che si eseguisce questo per altro mezzo, ho ideato di fare due mastiatoj, uno in ciascuno degli spazj della vasca, che restano liberi dalle ruote, ad arco di cerchio, continuando la curvatura stessa della vasca, e restando da quella di poco discosti, quali nascendo dalla parte inferiore, continuano per quanto è la corda di once 13. Questi tali ferri arcuati vengano fortemente legati nei loro estremi da traverse di ferro, che si uniscono al fuso sopra nominato, in maniera tale però che volendosi, facilmente si possano dallo stesso disarmare, per comodo di quando si abbia da disarmare tale macchina. Ho nella pratica osservato, che le superficie piane delle ruote facilmente venivano ad impaniarsi dalla pasta già franta delle ulive. Per evitare un tale inconveniente, senza impiegarvi alcun uomo, si sono situati due ferri, che vanno quasicchè radendo le dette superficie; scorrendo questi, mediante due pezzi a squadro,

lungo i lati del fuso, alli quali restano legati con alcuni anelli a guisa di catenacci. Ed acciò tali ferri possano trovarsi sempre alla stessa distanza delle ruote in qualunque caso, le parti di questi che scorrono lungo i lati del fuso, si fermano mediante due spilli di ferro.

Mi occorre in ultimo di dire, che per diminuire la frizione dell' asse sul piano della colonnetta, ho fermato attorno del perno impiombato nel centro della medesima, una piastra di bronzo, e fra questa e l'asse ho situato un anello piano di ferro movibile, sul quale posa del tutto l' asse. Mediante questo tale anello si potranno benanche con facilità inalzare o sommettere le ruote verso il fondo della vasca più o meno, secondo le occorrenze: cosa che potrebbe anche avere effetto praticandosi nella prima macchina descritta.

Ristretta Spiegazione della Tavola III (nostra Tabula IX).

Fig. 1. Veduta per fianco della sola parte dell' asse del molino, ch' è rivestita da lamiera di ferro.

Fig. 2. Veduta da sopra della stessa porzione d' asse.

Fig. 3. Veduta di fronte dell' asse medesimo.

Fig. 4. Veduta per lungo di una delle fodere esterne di ferro, che si soprappongono alle parti cilindriche dell' asse, con collare da un lato. Quali sono determinate a sostenere le ruote.

Fig. 5. Veduta di fronte di una delle fodere esterne.

Fig. 6. Due anelli di ferro, veduti sì di fronte che di lato, quali restano frapposti fra le ruote, ed i pezzi che le stringono, per facilitare il moto delle ruote stesse.

Fig. 7. Ferro di forma lunata veduto in due aspetti. Questo è destinato a situarsi fra la parte quadrata dell' asse ed una delle ruote, quando si voglia che questa combaci col margine della vasca.

Fig. 8. Chiavello di ferro per fermare la fodera esterna all' asse.

Fig. 9. Altro chiavello per lo stesso uso, ma men largo del primo, quando dal lato opposto della fodera esterna si pone il ferro lunato.

Fig. 10. Parte dell' asse rivestita dalle fudere esteriori. Dalla parte X si mostra tale fodera nello stato di tenere la ruota discosta dal margine della vasca, e dalla parte Y si trova in maniera d' accostare la ruota al detto margine. Il pezzo Z, che si

mostra si in questa figura, che nella 2 e 3, veduto in vari aspetti, è un mastiatoio destinato a rimuovere le ulive dal fondo della vasca.

Fig. 11. Foro di una delle ruote, veduto in due aspetti, con cerchio di ferro ad uno de' suoi estremi, e che nel dippiù contiene un legno a piramide troncata, con foro cilindrico. Il legno ha rivestitura di piombo nel suo giro, che lo stringe alla pietra.

Fig. 12. Foro dell'altra ruota, con legno a piramide troncata, trapassato da un foro cilindrico.

Huic viri docti disputationi subiungam, quae de eodem argumento posuerunt docti picturarum Herculanensium Interpretes in praefatione, volumini octavo praemissa, ubi non solum partes quaedam ipsius cellae oleariae ex ruinarum, ut puto, ipsarum inspectione supplentur, sed mola ipsa et prelum cum Catoniana oratione comparantur, obiterque obscura Catonis verba aut coniectura tentantur aut interpretatione illustrantur. Picturas cellae oleariae fragmentorumque ferreorum, in ruinis repertorum, in universum elegantiores atque accuratiores reperisse mihi videor comparando eas, quas Herculanenses interpretes posuerunt; neque tamen idcirco contemnendas atque omittendas censui Veganas picturas, quippe quae statim in ipso ruinarum loco factae a mathematico, ruinarum effodiendarum curam gerente et Catonianam descriptionem ignorante, magnam certe fidem merentur. Deinde si quis in posterum forte iterum Catoniano trapeto preloque illustrando et cum reliquiis antiquitatis Stabiensibus comparando operam suam impendere voluerit, cum magna is et voluptate atque utilitate sub oculos hic simul positas conspiciet picturas Veganas et recentiores picturarum Herculanensium Interpretum. Interpretationem tabularum ipsam hic addo; ubi quaedam rectius tradita reperi, quam fieri poterat a Meistero: cuius librum adhibuerunt docti Picturarum Herculanensium interpretes. In plurimis contra Catonis locis cum Meisteriana consentiunt interpretatione, quam repetere non erat necesse. Sunt etiam loca Catonis, quae multo felicius tractavit Gallicus architectus; cuius librum Itali ignorarunt; qua de re lectores ipsi ex nostra relatione iudicabunt. Civis sui et socii, Fr. la Vega, merito quidem rationem habuerunt Academici Herculanenses; verum ipse mallem auctorem novarum picturarum causamque diversitatis indicassent. Nunc in rem praesentem veniamus. Ponam ipsa Academicorum verba ex praefatione excerpta, quibus in margine inferiore ad-

dam annotationes quasdam meas. In descriptione igitur eiusdem cellae oleariae, quam tabula Vegana, in repetito a nobis exemplo numero V signata, Herculanensis vero numero a nobis VI notata (in ipso Academicorum libro prima) sistit, haec ab initio narrata reperi, quae Fr. la Vega omiserat. Formava parte di una casa rurale, comunicando per una porta fra settentrione e levante in un cortile circondato da colonne, ossia in un peristilio di quella; e per la porta apposta in un racchiuso di mura, con grandi e spesse feritoie; il quale racchiuso avea l'uscita in una contigua strada. La lunghezza della stanza è di piedi antichi Romani 46 1/2, la sua larghezza di piedi 16 1/4, e 'l pavimento fra le due vasche è di piedi 17 1/4. Non si è per noi potuto determinare l'altezza delle sue mura; perciocchè trovaronsi del tutto abbattute; e ignoriamo del pari se vi fossero state finestre, e da qual parte: certamente non dovean esser dal lato fra settentrione e levante, poichè questo era comune col peristilio. Il pavimento avea un lastrico fatto con mattoni pesti e calcina; nè altrimenti era formato l'intonaco delle mura sino all'altezza di piedi 5 1/2; essendo il rimanente rivestito di ordinario intonaco: il lastrico però, e l'intonaco delle due vasche erano anch'essi fatti con gli stessi mattoni pesti e calcina.

Non è facil cosa il determinare a qual uopo fosse destinato cotal racchiuso di mura; che certamente non sembra un serbatoio da tenervi le olive pria di macinarle nell'infrantoio: più verisimilmente però ci par che fosse servito per gittarvisi gli avanzi delle olive, che i Toscani dicono *Sansa*, ed i Latini *fraces*; dei quali si facea uso, come anche oggidì, pel fuoco e per ingrassare i terreni: ed era ben necessario che le mura di esso fossero così traforate; onde il cattivo odore che le olive infrante rendono, si diminuisse con la libera ammissione dell'aria. Nè anche abbiam potuto rinvenire ove fosse il serbatoio nelle descritte case rurali. Noi non ignoriamo, che gli antichi Scrittori delle cose rustiche espressamente prescrivono, che le olive, subito colte, si passino nell'infrantoio; ma sappiamo altresì, che essi vogliono de' serbatoi nelle ville, per riporvi, secondo il bisogno, le olive; come in tempo di gelata; perciocchè, congelandosi allora le particelle oleose, convien che le olive si rimangano per alquanti dì in luogo caldo, pria di mettersi nell'infrantoio. *Cato III e LV. Varro I*, 55. *Colum. XII*, 50. *Plin. XV*, 3. *Pallad. XII*, 17.

Si son date le misure della stanza, e delle altre parti co' piedi

antichi romani; onde ne riuscisse facile il confronto con quel che ci vien detto dagli antichi Scrittori. In fatti la lunghezza e la larghezza del Fattoio Stabiense risponde esattamente a quel che insegna Vitruvio (VI, 9): *Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus et prelo premitur, ne minus longum pedum quadraginta constituatur — latitudo eius ne minus pedum senum denum.* Non dobbiamo però tralasciar di avvertire, che confrontatisi da noi i diversi piedi antichi romani, che serbansi nel Regal Museo, si sien ritrovati quasicchè tutti uguali fra loro, e ciascuno corrispondente a pollici 2 del piede Parigino, ed al palmo Napoletano, oncia 1, e 514/1000; se non chè un solo di quei di metallo è lungo una mezza linea di un piede Parigino dippiù degli altri. Tali scandagli sono stati eseguiti con la maggior diligenza ed esattezza possibile; ciò non pertanto, in così agitata quistione non pretendiamo, che si abbia per indubitata la norma da noi prescritta: sol possiamo assicurare, che se nel nostro calcolo sia per avventura corso errore, non può certamente esser maggiore di una quinta, o al più di una quarta parte di linea.

Si è posto in dubbio, se il nostro Fattoio avesse o no finestre; avendosi riguardo così alla niuna necessità, ricevendo sufficiente lume dalle due porte, come anche alla consuetudine, quasicchè universale presso gli antichi, di non aver finestre nelle loro. Inoltre è da por mente al precetto di Catone (*cap. LXV, quam calidissimum torcularium, et cellam habeto*); il quale è ripetuto dagli altri Geoponici tutti: e si avverta, che se mai nel Fattoio Stabiense eranvi finestre, dovean esser dal lato di mezzogiorno e di ponente, ch' è l' aspetto più caldo. Finalmente anche a' dì nostri è costante uso nelle provincie di questo Regno, che ne' Fattoi o non vi sieno affatto finestre, o, se necessità il richiegga, ve ne sia una sola assai piccola.

Catone cap. XVIII, prescrive dover esser il pavimento del Fattoio, quale l' abbiamo rinvenuto nello Stabiense, e così ancora ci vien descritto da Plinio XXXV, 12. Nella stessa guisa adoperavasi in tutte le antiche fabbriche, qualora restar dovessero esposte all' intemperie dell' aere, o servissero per conserve di acque. Non dovea quindi formarsi altrimente nel Fattoio e nelle vasche; perciocchè quello e queste doveansi spesso lavare, perchè non vi si fermassero immondezze, onde potesse l' olio prender cattivo sapore.

Certamente parte de' Strettoi esser doveano le due vasche se-

gnate con le lettere H. 3, Tab. VI, in cui sta espressa la pianta del Fattoio e che monstransi in diversi aspetti nelle sezioni, che quivi veggonsi: l' una e l' altra vasca ha per lungo un labbro segnato *a*, da quel lato, che non è circondato dalle mura del Fattoio, il cui pavimento pende (a) verso il punto *b*; ove restavi un condotto di piombo, che mena in un gran vaso di terra cotta contrassegnato *c*, fissato con fabbrica, del quale se ne mostra la bocca nella pianta, e la sua interior forma nelle sezione A B, e nella sezione poi C D vedesi pur quanto resta al di sopra del pavimento del Fattoio. Presso le bocche di tai vasi sono due pianerotti di fabbrica, che inchinano verso di quelle, ed in uno di essi vi sta fisso un tegolo similmente inchinato, siccome può ravvisarsi nella pianta e nella sezione CD.

Debbon anche aversi come parti degli Strettoi quelle, che veggonsi intorno alle vasche, e principalmente i tre fori *d*, *e*, *f*, tutti aventi in giro un labbro di selce, i quali si approfondano (come appare nelle due sezioni CD, EF), tanto che giungono ad un piccol sotterraneo *g*, che mostrasi nella pianta, e nelle due sezioni punteggiato; nel qual sotterraneo si discendeva per lo piccol pozzo segnato *h*. Havvi poi in ambedue le bocche de' pozzi un orlo, ch' è alquanto più alto del piano della vasca, ed un simile orlo vedesi intorno al forame *f*, in una delle divisate vasche. Al lato del forame *d*, che resta molto vicino al muro del Fattoio, evvi nel muro stesso un' incavatura a guisa di nicchia, siccome si appalesa nella pianta e nella sezione A B. Alla per fine in sul pavimento della vasca I, eranvi quattro cerchi di ferro accozzati a due a due, che si è procurato di additare nella detta pianta, contrassegnandogli con lettere *i* (b).

Or la forma dello Strettoio, che risulta dalle parti già descritte, e che certamente adoperavasi per premer la pasta delle olive, non è affatto diversa da quella di altri Strettoi trovati in alcune case rurali di Stabia, i quai fuor di ogni dubbio serviti erano a premer le vinacce; dal che convien dedurre, che una tal macchina fosse comune all' uno e all' altro uopo presso

(a) Vide infra notam (e), ubi docebo lacum esse, qui plumbeus canalis hic audit.

(b) In enumeratione vasorum atque instrumentorum in ruinis torcularii Stabiensis repertorum miror hic omissam esse mentionem vasis plumbei, de quo supra Fr. La Vega ad literas *e*, *e*, dixit.

gli antichi; ne mancano testimonianze di vecchi autori, che anche ce lo attestano.

Al far de'conti abbiam rinvenuto che a un di presso lo Strettoio che tutto giorno è in uso per ispremer le vinacce ne'luoghi, ove era un tempo Stabia, è composto delle stesse parti descritteci da Catone.

I segni più espressi dello Strettoio Stabiense sono i forami *d*, *e*, *f*, i quali si veggon tagliati in altrettante selci, e gli stessi trovansi descritti da Catone, per introdurvi i piedicini degli stipiti e degli alberi. Egli però richiede, che tai piedicini fosser unicamente conficcati ne' forami; ma con miglior avviso nello Stabiense tai piedicini giugnevano fino ad un piccolo sotterraneo *g*, per ivi esser trapassato da traverse in modo da non potersi per qualunque forza smuovere, e in siffatto sotterraneo si discendeva pel pozzo *h* (c).

Ne' due forami *d*, *e*, esser vi dovevano fissi i piedicini degli stipiti, che abbracciavano i perni del molinello, il quale poteva esser lungo circa piedi $5\frac{1}{2}$. Nelle vestigie de' due Strettoi espresse nella Tav. VI, vedesi costantemente, che il forame *d*, è uno più stretto dell' altro; e lo stesso si osserva in altri vestigi di Strettoi scoverti pur anche in Stabia; il che determina, esser stato uno degli stipiti più largo dell' altro: inoltre in tutti i Fattoi, d' un solo in fuori, tal foro più stretto è vicino a quel muro del Fattoio, accosto al quale era situato lo Strettoio. Nè è senza ragione, che così siasi fatto: perciocchè, a ben riflettere, negli stipiti doveau tagliarsi i fori da ricevere i perni del molinello, uno de' quali avea a restar aperto, per situarvi il molinello, e toglierlo quando occorresse. Quindi lo stipite, che avea il forame aperto, era necessario, che fosse più solido degli altri, che non erano da tale apertura indeboliti; e per contrario alquanto più stretto, onde senza molto stento vi si facesse il foro, che lo trapassava. Conveniva altresì, che non fosse prossimo al muro il forame aperto; conciossiachè dovendosi per questo lato situare il molinello con l' aiuto di più uomini, era uopo, che lo spazio all' intorno fosse affatto libero.

Il forame *f* era destinato a ricevere il piedicino dell' albero,

(c) Contra Fr. la Vega: *Due fossicelle ben profonde rivestite di fabbrica, dove aveano da scendere dei pesi per spingere le travi movibili de' strettoi verso li pavimenti delle corrispondenti vasche:* Vnde suspicatus eram prelum a Catoniano diversum, scilicet eius generis, quod cum Vitruvio descripsit Plinius 18, s. 71, ubi *arbor a palis arcas lapidum secum attollit*

che abbracciava la coda della Trave. Catone ricercava due alberi per abbracciarla, e che i piedicini di essi si ponessero in un stesso foro, riempiendo il vacuo interposto con pezzi di querzia, e piombo fuso, e perciò tal forame era bislungo, sicoome può vedersi nella Tav. VII. Però il forame *f* è quadrato, e tutto che sia più grande di quello di qualunque altro stipite, pur non è facile a persuadersi, che contenesse i piedicini di due alberi, i quali doveano esser distanti in maniera da abbracciare la coda della Trave. Per la qual cosa sembra, che un solo albero vi si conficcasse, ma ben grosso, onde fosse resistente abbastanza, dopo di esservisi fatte due fenditure, una per ricevere la coda della Trave, l'altra per inserirvisi i Rai e 'l Mignozzo.

Nello Strettoio Catoniano doveansi legare i due alberi col capitello, affinchè non potessero allontanarsi fra loro, trovandosi in azione la trave, che gli abbracciava: il che non poteva avvenire nello Stabiense, essendo di un sol pezzo, e quindi non era necessario il capitello. Inoltre questo si voleva ben solido e che vi fosser soprapposte più travi, siccome nella sommità degli stipiti, per caricargli di tutto il peso possibile, sicchè impedisse di sollevarsi sì gli uni, che gli altri sopra il pavimento, uscendo da buchi delle selci, nel mettersi in azione la macchina: nè contento di ciò voleva Catone che si appoggiasse alle dette travi l'armadura tutta del tetto del Fattoio. Or di questo nè anche potea temersi nello Strettoio Stabiense per la maniera già descritta di conficcare i piedicini. Potea però aprirsi l'albero, o per evitar ciò, forse al di sopra delle sue fenditure vi eran di quelle fibule nominate da Catone. Sembra, che ne dia qualche indizio la nicchia, altrove descritta, contigua al foro *d*, poichè qual altro oggetto poteva questa avere, se non di dar agio a poter fare una legatura intorno alli stipiti, che vi corrisponde?

Quanto all'altezza, che doveano avere gli stipiti accosto al muro del Fattoio, par che sia determinata dalla stessa nicchia, sicchè ognuno fosse di piedi 5 circa sopra il pavimento; la quale altezza sembra sufficiente; non richiedendosi altro, se non che non rimanesse una bastevol porzione di legno sul forame del perno del Molinello, che resistesse all'impressione, che il perno stesso gli faceva contro, venendo ad agire con forza. L'altro stipite però forse giugneva sino all'asticciuola del tetto, non per esser caricato del peso di questo, ma al contrario per rin-

forzare l' asticciuola, alla quale doveva esser legata la carruoula per inalzare col mezzo di una corda la testa della Trave; e da ciò per avventura può trarsene un' altra ragione, per la quale siffatto stipite facevasi più grosso dell' altro.

Dovendo poi l' albero (secondo che prescrive Catone) aver le sue fenditure sino all' altezza di piedi $5\frac{1}{4}$ al di sopra del suolo della vasca, onde poter contener la coda della Trave e i Rai, non doveva esser alto meno di piedi 8, o anche 9. La distanza fra gli alberi e gli stipiti trovasi in questo Strettoio di piedi 13, laddove nel Catoniano era di piedi 16; or se in questo la Trave, compresa la sua coda, è lunga piedi 25; nel nostro, serbando la stessa proporzione fra la divisata distanza, e la lunghezza della Trave, questa esser doveva di piedi $20\frac{1}{4}$. Inoltre dalle due copie di cerchi segnati con la lettera *i* nella Tav. VI, si rileva, che la Trave era rotonda e di diametro, ove propriamente eran posti i cerchi, piedi $1\frac{1}{4}$.

La fune torcolare, che stringeva la Trave contro il Molinello, Catone vuol che sia di cuio, e lunga negli Strettoi più grandi piedi 55, e 51 ne' più piccoli: laonde nello Stabiense esser poteva da piedi 44, e dita 11, a piedi 41, e dita 7.

La vasca, che nel nostro Strettoio si vede, serviva per contenere le olive poste dentro le gabbie nell'atto di esser premute dalla Trave, e per farvi scorrere l' olio espresso dalle olive; e serviva altresì per tener queste dopo infrante, prima di riporle nelle gabbie (*d*). Vna tal vasca, che la troviamo del tutto simile negli Strettoi di vinacce, è quella parte che da più scrittori vien appellata *Forum*, e che insieme comprendeva l' area e 'l canale di Catone. Questi ci dice, che dal canale scorreva l' olio nel lago, ove era ricevuto in una caldaia di piombo: e nello Strettoio di Stabia l' olio per mezzo del condotto *b*, passava in un vaso di terra cotta *c*. Egualmente vedesi praticato in altri Strettoi da olio e da vinacce dissotterrati a Stabia; in

(d) Adiungit his, nota 63. haec: *Era pur troppo necessario un sito da riporre le olive infrante, perciocchè non potevansi queste subitamente passare dall' Infrantoio allo Strettoio, essendo molto minore la quantità della pasta delle olive, di cui era capace il primo, che il secondo. Era dippiù necessario tal sito per riporre le olive nelle gabbie, o sia canestri, ondè le olive fosser tutte raccolte nell'esser premute dalla Trave. Nè senza ragione le olive infrante, prima di premersi, e nell' atto di mettersi dentro le gabbie si riponevano nella vasca; perciocchè l'olio, che da esse trasudava, si raccoglieva nel vaso sottoposto.*

uno de' quali solamente si trova il lago, secondo richiede Catone, il quale è profondo in modò, che si scenda al suo pavimento per mezzo di alquanti scalini.

Il pianerotto vicino alla bocca del descritto vaso di terra era certamente fatto per collocarvi un vaso, che indifferentemente labbro e dolio è chiamato da Catone, in cui il Capulatore passava l' olio, che prendeva dal vaso ivi fissato, per quindi riporlo in altri dolj, e finalmente nel lago della cella olearia, quando fosse spogliato affatto della morchia.

Comechè il vaso di terra cotta, che trovasi in ciascheduno de' descritti Strettoi, sia del tutto atto a ricever l' olio, che scorreva dalla vasca, nè par che possa aver altr' uso; pure non abbiam di esso alcun cenno negli antichi Scrittori; additandosi da tutti soltanto il lago, come un sito, ove scorreva dagli Strettoi sì l' olio che il vino.

La voce *forum* presso Varrone e Columella dinota il sito, ove si calca l' uva; il che viene anche spiegato da Isidoro Orig. XV, 6: *Forum est locus ubi uva calcatur*, *unde et calcatorium dicitur*: e *calcatorium* chiamasi nu tal luogo da Palladio I, tit. 18.

Il luogo di Catone cap. XVIII, sect. 6, *aream et canalem rotundam facito*, *latam P. IIII*, 5: ≡. ba posto a tortura l'ingegno del Meistero, e non senza ragione. Osservi però la Tavola VII, chi abbia desio di conoscere come l' abbiam inteso noi. Qui avvertiamo, che l' area corrisponde fuor di ogni dubbio al letto dell' odierno Strettoio; ma il canale non è poi lo stesso in questo e nel Catoniano. Primieramente si determina la misura de' due Strettoi co' due Canali; qui oltre l' area si prescrive di fare il Canale; si dice, come debba costruirsi il restante pavimento, cioè il dippiù, che rimane occupato dall' Area e dal Canale: in fine si trova divisata la maniera di restringere l' armadura tutta, che abbraccia i due Strettoi, cioè con mettere i Canali fuori di questa. Il Canale adunque non può considerarsi per un' apertura fatta nel labbro dell' Area, donde scorra l' olio nel lago; conciossiachè allora i due laghi occuperebbero uno spazio, non già i Canali, come dal sin qui detto rilevasi. Per la qual cosa sembra, che i Canali, non solo servissero a ricevere lo scolo dell' olio, per trametterlo nel lago, ma a contenere altresì le olive frante pria di passarle sotto la Trave, e per ivi situare le olive stesse ne' fiscoli.

Or l' Arca restar dovea al piano stesso di tutto il pavimento;

si perchè Catone non ne prescrive l' altezza, il che non avrebbe trascurato per la tanta precisione, con la quale descrive le dimensioni tutte di questa macchina: sì ancora perchè la fenditura negli alberi essendo di soli piedi $5\frac{1}{4}$ al di sopra del pavimento, non sarebbe rimasto fra l' Area e la Trave spazio sufficiente da contener le olive poste ne' fiscoli, qualora l' Area fosse stata per poco sollevata dall' intero pavimento del Fattoio. Quindi il Canale esser dovea del tutto sottoposto al pavimento del Fattoio, ed il lago più al di sotto di questo in riguardo al suo fondo. Del lago così trovasene fatta menzione da Catone Cap. 66: *Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat, ubi factores vectibus prement*; e nel cap. 67: *Fraces quotidie reiiciat, amurcam commutet usque adeo, donec in lacum, qui in cella est, postremum pervenerit, fiscinas spongia effingat: quotidie oleo lacum commutat, donec in dolium pervenerit.* Da quest' ultimo sembra che un lago vi fosse nel Fattoio, ed un altro nel magazzino, ove riponevasi l' olio: e dallo stesso scrittore cap. 25 si ha, che ve n' erano per reporvi il vino, e forse l' acquato, di cui in quel luogo parlasi. Tai laghi eran certamente di fabbrica; poichè descrivendo Catone tutti gli utensili e vasi necessari al Fattoio ed al magazzino da rimettere oliò, non mai nomina i laghi, come avrebbe fatto, se questi fossero stati vasi mobili. Columella XII, 18, fra le cose da prepararsi per la vendemia novera: *Tum lacus vinarii et torcularii et fora, omniaque vasa* (c).

(c) De lacu Catoniano eiusque situ et forma asseverare aliquid, temerarium esset; neque enim ipse Cato nos iis de rebus certiores sua descriptione fieri voluit. Hoc tamen video, probe esse interpreti Catonis cavendum, ne Stabiensis torcularii formam singulis Catoniani partibus accomodare conetur. Inde enim erroris periculum est manifestum. Veluti supra narrarunt Academici pavimentum torcularii declive versus illum locum, quem ipsi *condotto di piombo* cum Francisco la Vega appellant; hic vero canalis plumbeus oleum omne ex pavimento declivi collectum deducit in dolium, pavimento subditum Tab. V, Fig 2, c. e. Tab. VI, Fig. 2, c. e. Tale vero pavimentum torcularii sui Cato esse noluit; neque enim eius librandi vel inclinandi mentionem uspiam fecit. Contra Varro I, c. 13, sect. 7: *Pavimentum cellae vinariae proclive in lacum* esse voluit: ex quo loco confirmatur opinio Academicorum Herculenensium, qui cellae vinariae atque oleariae itemque preli olearii vinariique magnam fuisse invicem similitudinem censebant. Atque hanc equidem causam esse existimo, cur cellae vinariae formam, quanquam breviter, scriptores rustici delinearunt, oleariam contra deformare verbis omiserunt. Simul ex Varronis loco, cum

Arbores cap. 18, corrispondono alle Colonne dell' odierno Strettoio, e *foramina* alle fenditure, nelle quali s' inseriscono i Rai e 'l Mignozzo. Or di questi non parlò affatto Catone in questi due capitoli, che abbiam sotto gli occhi, quantunque sembri che a niun altro uso potesser servire le fenditure già nominate. Però dal cap. 12 potrebbe dedursi, che i Rai e 'l Mignozzo fosser conosciuti da Catone, quelli sotto il nome di *cunei*, questo di *asserculum*. Sebbene non è da tacere, che *asserculum* presso lo stesso Catone cap. 152 significhi il bastone della scopa; alla di cui forma veramente corrisponde il Mignozzo; e che nel

Stabiensi torculario comparato, agnoscimus situm lacus pavimento proclivi subiectum, quem academici quaerere in Stabiensi omiserunt, quum in Catoniano torculario multo maior esset dubitatio. Est etiam locus Palladii I, 18 de cella vinaria: *duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sint. Ex his lacubus canales structi vel tubi fictiles circa extremos parietes currant, et subiectis lateri suo doliis per vicinos meatus manantia vina defundant.* ubi dolia lateri canalium, circa extremos parietes currentium subiecta, magnam similitudinem ostentant cum lacu plumbeo torcularii Stabiensis; lacus ipse tamen cellae Palladianae plane diversus a lacu Varronianae esse videtur. Nec equidem inficior, me locum Palladii non plane intelligere; quanquam de forma cellarum vinariarum multa, in primis ex Galeno collecta, habeo, quae posita in notis ad Palladium reperiet lector. Ad Catonianum lacum ut redeam, ipse antequam Stabiensis torcularii formam ex Fr. la Vega atque Academicorum Herculanensium libris cognoveram, in nota ad Catonis cap. 67 admonueram lacum fuisse immobilem. Cato cap. 66 cortinam plumbeam in lacum ponit, quo oleum fluat; ubi ipsum cortinae nomen cum plumbi materia ignem arguit cortinae oleoque ibi collecto subiectum. Vbi factores vectibus premunt, continuo capulatorem concha oleum tollere iubet quam diligentissime; amurcam vero cavet, ne tollat. Quod praeceptum quo pertineat, ipse interpretatur in extremo capite: *Quum oleum sustuleris de cortina, amurcam deferito.* Scilicet calidum ex cortina oleum in labra transfertur plura, et in singulis labris demum oleo refrigerato subtrahitur amurca. Quodsi cum Academicis Herculanensibus lacum ipsi preli areae supposueris, commodius sane ipsum torcular et oleae fiscinis inclusae vaporabuntur. Ecce vero cap. 67 Cato subito omnem vasorum ordinem susque deque habet: *Fraces quotidie reiiciat, amurcam commutet usque adeo, donec in lacum, qui in cella est, postremum pervenerit. — Quotidie oleo lacum commutet, donec in dolium pervenerit.* Qui locus aperte vitiosus est, atque ita corrigendus: *in labrum quod — oleo labrum commutet.* Confirmant emendationem locus Columellae. atque alter Plinii in notis ad h. l. positi. Temere itaque Academici alterum cellae oleariae lacum ex Catonis loco transtulerunt, cuius mendum multis potest argumentis convinci

numero de' cunei vi sia certamente errore, dovendo esser almeno 15 per cinque Strettoi, secondo l' uso di oggidì.

Inter arbores P. I. ≡, *inter arbores et parietes P. II, inter arbores ad stipitem primum directos P. XVI.* Noi ci siam da Gesnero per una parte discostati, essendoci piacinto seguir la lezione di Giaosonio e di Gymnici, e per l' altra correggendo lo spazio fra l' uno albero e l' altro per piede $1\frac{3}{4}$ come conviene, avendosi riguardo alla pietra, che dee contenere l' estremità inferiori degli alberi. Per gli *P. XVI directi* forse intende Catone lo spazio perpendicolarmente preso, la linea tirata per le facce interne degli alberi e quelle degli stipiti, cioè da dentro a dentro. Gli stipiti, per quanto apparisce dal contesto, esser doveano legni retti, che abbracciavano il molinello; a differenza dello Strettoio odierno; in cui le sponde, dalle quali vien abbracciato il molinello, sono due travi poste a giacere, alle estremità delle quali sorgono a perpendicolo le colonne. Ed in ciò sembra da preferirsi il nostro al Catoniano.

Riguardo alla *lingula*, caderà fra poco in acconcio di parlarne più opportunamente. *Per il resto si osservi la Tav. VII, che renderà più di qualunque spiegazione facile e chiara l' intelligenza di Catone: Summa Torculario vasis quadrinis latitudine P. LXVI, longitudine P. LIIII.* Comechè in tutte le edizioni veggasi il numero LIII, pure da noi gli si è sostituto LIV, come quello che corrisponde alla somma delle dimensioni antecedentemente date.

Forum debbesi intendere per lo piano delle selci, delle quali qui si ragiona. *Ibi silicem — crassum P. I*, 5. Nella edizione di Gesnero bassi *P. II*, 5, ma noi abbiam seguita la lezione di altri esemplari, siccome ha conosciuto anche il Meistero; perciocchè la dimensione di piedi $1\frac{1}{2}$ è più dell' altra corrispondente all' uso richiesto, e la stessa altezza vien prescritta per l' altra selce, nella quale si piantano gli alberi, comechè le altre dimensioni ne sien più grandi.

Or Meistero pone il piano di tai selci piede $1\frac{1}{2}$ al di sopra del pavimento del Fattoio; come vedesi nelle figure in fine del suo opuscolo. Ma ciò non può aver luogo, poichè tai pietre così poste, non essendu sufficientemente legate alla fabbrica, mal potrebbero resistere agli impulsi, che ricevono nell' atto, che le olive son premute dalla Trave, i quali tendono a sollevarle. Sembra perciò regolare, che il piano delle selci restasse nello stesso livello del pavimento del Fattoio, per esser così legata cogli strati di fabbrica, che erano sotto il pavimento stesso.

Trabeculam pedum XXIII, 5, *imponito:* La lunghezza di piedi $23\frac{1}{2}$ pe' travicelli non può altrimenti intendersi, che della sola porzione, che riman fuor delle mura, siccome appare nella Tav. VII.

Iungitoque materiae. La voce *materiae* dee quì denotare le travature del tetto, usandosi con tal significato da Vitruvio IV, 2. Siffatte travature debbonsi appoggiare sopra i travicelli, de' quali ora si ragiona, mediante certi legni, che i Toscani dicono Scorgozzoni, i quali per alcuni vestigi trovati in Pompei si ravvisa usarsi dagli Antichi per sostenere le asticciuole de' cavalletti de' tetti.

Orbem olearium — punicanis coagmentis facito. È di per se manifesto, che quest' *orbis* composto di più pezzi di legno, serviva per riporvi sopra le gabbie piene di olive infraute nell'atto di esser premute dalla Trave. Qual poi fosse la mauiera Cartaginese, con la quale eran tai legni uniti, non è egualmente manifesto; sembra però, che fosser commessi insieme in guisa, onde veniva a formarsi un perfetto piano.

Clavis corneis occludito. Forse Catone vorrà dire, che fermate le spranghe con chiodi, e cacciate indentro le teste di questi con la cacciatuia, il voto, che resta nella superficie del legno si debba riempire con chiavelli di corno: il che dee credersi prescritto, affinchè dal ferro e dalla ruggine di esso non contragga l' olio cattivo sapore.

Tres catenas indito. Tai catene esser debbono propriamente traverse di legno fissate sull'orbe oleario; su le quali veniva immediate a premere la Trave. Infatti da Vitruvio VII, 3, son chiamate catene le traverse di legno, che legano le centine delle volte formate con canne.

Unae fibulae locum facito. Cap. XIX. Da tutto ciò, che in varii luoghi ne prescrive Catone, può dedursi, che le *fibulae*, o vogliam dir legature, eran formate di vinchi, siccome conveniva all' uso, che se ne faceva; e si adattavano non meno agli alberi, ma pur anche agli stipiti, e forse due per ciascheduno, dacchè nel cap. 3 se ne prescrivono sei per ogni Strettoio, ed otto nel cap. 12. Nè ad altro servir doveano, se non per impedire, che nel mettersi in azione la macchina non si fendessero que' legni, che facevano la maggior resistenza, quali appunto erano gli alberi e gli stipiti. Le confibule poi di legno nominate nel citato cap. 12, sembra, che fosser propriamente randelli, ovvero legni fatti a guisa di randelli posti al di sopra

delle fibule, che stringendosi l'uno contro l'altro non permettevano, che gli alberi si torcessero, allorchè la Trave era in grande azione.

In suculam sena foramina. Catone vuol nel molinello sei forami, per introdurvi le manovelle; nell'odierno però avvene otto, cioè due per ogni lato, che trapassano da parte a parte, come prescrive Vitruvio X, 2. Sembra che nel molinello Catoniano vi fosser tre forami in ciaschedana testa, che non la trapassassero da parte a parte, siccome ha creduto il Meistero, poichè altrimente sarebbe stato molto indebolito.

Porculum. Non resta luogo a dubitare, che *porculus* fosse un pezzo posto nel molinello, sporto alquanto in fuori, per fissarvi un capo della fune da avvolgersi attorno il molinello: ed un tal pezzo corrisponde a quello, che nel moderno Strettoio dicesi zeppa.

Or sebbene in questi due capitoli niente Catone ci dica delle funi, che servivano per lo Strettoio, pur da quel, che prescrive nel cap. 3, 12, 63, 68 et 135, possiam cavarne alcune notizie necessarie per ben intender la macchina intera.

Tre sorti di funi son ricordate da Catone. I. *Funis torculus*, cui talvolta ancora chiama *funis torcus*, per esser composta di corregiuoli. II. *Medipontus* pur composta di corregiuoli, che perciò dicesi altresì *Medipontus torcus.* III. *Funis subductarius*, o semplicemente *subductarius*, e talvolta ancora *Funis sparteus*, per la materia di cui formavasi. La prima è quella, che legata per un capo alla testa della Trave, e per l'altro al *Porculum* ovvero zeppa, passa di sotto il molinello, e poi sopra la stessa testa della Trave. Essa è forse detta per eccellenza *torculum*, come quella, ch' è assolutamente necessaria al Fattoio per premere le ulive: nè potea esser di minor grossezza della richiesta da Catone, o di altra materia meno resistente per la grande azione, che doveva fare. Giusta è anche la lunghezza prescrittane: e se abbiasi riguardo alla proporzione delle dimensioni fra 'l moderno Strettoio e 'l Catoniano, si ravviserà, che la lunghezza della fune di questo differiva di poco da quella del moderno. Si è altrove osservato, che la fune dello Strettoio odierno ha in uno degli estremi una maglia, onde abbracciar la zeppa: una simigliante maglia par che accenni Catone, ove dice cap. 135, *in commissura abibunt pedes III*, nè a dir vero minor lunghezza di questa puossi impiegare.

L'altra detta *Medipontus*, che in varie lezioni hassi *Meli-*

pontus, è quella che anche oggi voglion mettere alle vetti delle manovelle, per forzare con l'aiuto di più uomini il molinello a girare e stringer la Trave contro le vinacce. Meistero crede, che il suo nome derivi della voce greca μέλποντα etc.

L'ultima chiamata *subductarius* serviva ad innalzare la testa della Trave nella guisa descritta da noi, ove si è parlato del moderno Strettoio; e la voce stessa il denota: presso Vitruvio ha nome *funis ductarius*. Dicevasi anche *sparteus*, perchè formata di sparto, materia, della quale comunemente facevasi uso per le funi. Questa fune passa nel moderno Strettoio per una carrucola fissata nella soffitta del Fattoio; e di tai carrucole non lascia Catone di far cenno nel riferito cap. 12, designandone una per Fattoio, e nel cap. 3 espressamente dice di servire per passarvi la fune di sparto, e la chiama *trochlea graecanica*: perchè poi dia loro l'aggiunto di *grecanica*, sembraci di non potersi determinare. Finalmente la fune onde si legava tal carrucola, è forse quella denominata *Capistrum*.

Nel descriversi l'odierno Strettoio si è detto, che per impiegarvi minor forza sogliono aggirare la fune posta alla vetta della manovella conficcata ne' fori del molinello intorno ad un altro molinello, il quale si fa muovere col mezzo di altre vette: e Catone par che ne parli nel cap. 3 così: *Si rotas voles facere, tardius ducentur*. O dunque può intendersi nella guisa, che veggiamo praticarsi ora, con la sola differenza, che in vece di molinello si usava la ruota: ovvero nella maniera prescritta da Vitruvio X, 40, ove in una stessa macchina combina il molinello e la ruota.

Lingulam — digitum pollicem laxamenti facito. Qui vuole Catone, che la coda della Trave *lingula* corrisponda lungo il mezzo di questa: e dee credersi, che la Trave, come si è detto parlandosi dello Strettoio Stabiense, fosse tonda, non come si usò nell'odierno. Vuole inoltre, che la coda sia un pollice men grossa dello spazio, nel quale dovea situarsi, e perciò piede 1, e pollici 2, e lunga, come si è già detto, piedi $2\frac{1}{2}$.

Dal disegno del Fattoio sin qui descritto, vedesi chiaro, qual situazione avesse nella stanza la macchina, a cui abbiam dato il nome d'Infrantoio; perciocchè in essa frangevansi le olive. Ella è rappresentata nelle figure della parte superiore della Tavola X, così nell'insieme, che nelle sue parti divise (g).

(g) Addiderunt Academici Herculanenses tabulam, in ipso Opere numero III signatam, quam ex ordine numero VII notatam repetii, ubi tor-

Mostrasi nella prima una fonle circolare, che è assai concava, e 'l cui labbro resta un poco giù della cintura di nn nomo di ordinaria statnra: dal mezzo di essa sorge un cilindro avente un perno ritto nel sno centro, che è il centro medesimo della fonte; dalla quale si levano in alto due ruote a guisa di segmenti di sfere, l'nna a dirimpetto dell' altra, e ciascuna con un foro quadrato nel centro. Nella fig. 2, la stessa macchina è veduta di sopra; e sul cilindro appare porzione di una lamina di ferro, che dovea star fissa con chiodi sopra nna stanga di legno, che servir dovea quasi di asse alle due rnote; delle quali ne vedrai una di fronte, e l'altra di fianco nelle fig. 3 e 4. Nella 5 è delineata la sezione di tal macchina con varie linee distinte con lettere per ispiegar la sua costruzione geometrica, che abbiam riportata nella sottoposta nota 8 (*h*): è per mostrare, come la fonte fosse enfermata con fabbrica, vi si veggon sotto ed in giro segnate a bella posta alcune pietre.

Or calcolate le dimensioni delle parti già divisate co' piedi antichi romani, si è rinvenuto il diametro della fonte, preso esternamente, di piedi 3 e dita 10; e la grossezza del labbro dita 5; lo spazio poi fra il labbro e 'l cilindro dita 14. La ruota ha di diametro piede 1 e dita 7, e di grossezza dita 12 1/2: ogni lato del foro è nella parte couvessa di mezzo piede; ma stringendo sempre verso la parte piana, si diminuisce sino a dita 6 1/2.

Nelle altre figure si danno in grande alcuni frammenti di ferro, perchè si possin comprender più chiaramente: e nella 6 e 7 vedesi di fronte e di lato porzione di un tubo formato da due lamine di ferro l'una all' altra soprapposta, le quali dovevan rivestir un cilindro di legno, che si è trovato del tutto

cularium Catonis ex interpretatione sua concinnarunt. Superest, ut explicationem literarum, ibi positarum, adiungam.

A. Pavimentum Torcularii.
B. Pavimentum inter binos stipites.
C. Parietes.
D. Quadrina vasa, instructa iuga II.
E. Trapetes.
F. Area.
G. Canales.
H. Lacus.
I. Fora cum foraminibus.
K. Arbores.
L. Stipites.
M. Trabes planae.
N. Trabeculae vel tigna.
O. Praela.
P. Lingulae-praelorum.
Q. Suculae cum senis foraminibus.

(h) Easdem literas cum explicatione posuit Franc. la Vega in explicatione Tabulae VIII quam lector comparabit.

consunto; restando tuttavia al di dentro di esse le punte di non pochi chiodi, co' quali era il cilindro fermato: al di fuori poi verso una delle estremità del tubo ci ha un labbro ben rilevato in giro; e lo spazio fra il labbro e l' estremità, vien traversato da un avanzo di verga pur anco di ferro. Siffatto tubo si è rinvenuto nel foro di una delle ruote in modo però, che il labbro e la parte più corta sporgea in fuori dal lato convesso della ruota. Inoltre deesi avvertire, che al di dentro del foro eravi piombo; e fra questo e 'l tubo conservavasi tuttavia qualche pezzetto di legno, che formava il mozzo della ruota. Evvi nella fig. 8 un frammento di lamina di ferro in forma di anello, che circondava uno degli estremi del mozzo. In fine con le due fig. 9 e 10, si è procurato di render più intelligibili così il perno, che veduto hai nella fig. 1, come la piastra di ferro, che si è accennata nella fig. 2; e di mostrar singolarmente, che il perno era rivestito da un tubo anche di ferro, e che la piastra ripiegava alquanto da' lati più lunghi per abbracciare un legno, a cui era inchiodata con chiodi, de' quali si riconoscon tuttora le vestigia. Oltre di essi però nella stessa macchina furon rinvenuti alcuni pezzi di lamine di ferro, le quali non si potè per allora comprendere a qual uopo servissero, se non che un altro pezzo quindi scoperto, quasi come una lama curva di sciabla, ne trasse a credere, che fosser tutti destinati a distaccar dalle ruote e dalla fonte la pasta delle olive, che vi si attacca nell' atto dello infrangere. Le prefate parti dell' antico infrantoio sarebbero sufficientissime per farci conoscere per se sole, come quello fosse adoperato dagli antichi; ma noi non vogliamo presentare alla repubblica letteraria le nostre congetture sgombre di ogni altra più convenevol pruova: e trovandosi fortunatamente da Catone descritta con molta esattezza una macchina da infranger le olive, che egli appella *Trapetum*, composta quasi delle parti rinvenute nel nostro infrantoio: recheremo noi qui la sua stessa descrizione, affinchè facendosene attentamente il riscontro possa ognuno di per se dedurre, che la nostra non sia diversa affatto dalla macchina di Catone: e quindi comprenderne con maggior chiarezza l'uso. Ecco adunque i quattro capitoli, ne' quali Catone ragiona del Trappeto, che noi anderemo, ove bisogna, illustrando. (i)

(i) Verba Catonis repetere hic non erat necesse; quare adscripto Capitum numero verba, ab Academicis illustranda, breviter excerpta praeposui.

Siccome le misure del Fattoio rispondono esattamente a' precetti di Vitruvio, così possiamo dimostrare, che le dimensioni da noi date dell' infrantoio con egual esattezza corrispondano agli insegnamenti lasciatici da Catone c. 135.

Pria di passar oltre, fa uopo che sul riferito luogo di Catone si avvertano alcune cose o trascurate, o non bene avvertite. 1. *Trapetum* deriva dalla voce greca τράπητος, che vien dal verbo τρέπω, verto; e Catone usa tal vocabolo indistintamente per denotar la macchina intera, e la sola fonte. 2. La misura dei Trapeti di massima grandezza, che egli novera in primo luogo, comprende la fonte insieme ed il labbro. 3. Checchè si abbiano detto il Popma, il Turnebo e 'l Gesnero sulla parola *miliarium*, credendo, che significasse un vaso posto al di sotto del Trappeto per ricever l' olio, che usciva dalle olive infrante: Alberto Meistero nel suo opuscolo *De torculario Catonis etc.* stampato in Gottinga l' anno 1764, fu il primo a conoscere, che *miliarium* denotar dovesse un cilindro, che sorgeva dal mezzo della fonte; e solamente egli dubita, se fosse della pietra stessa della fonte, ovvero di legno; il che par che gli sembri più probabile, anzi sufficiente all' uso a cui era destinato. Ma ora la macchina Stabiense ci assicura non meno, che sia un cilindro, ma altresì della pietra medesima della fonte. Il Meistero però pretende che *miliarium* derivi dalla greca voce μύλη, mola, anzichè dalla latina *milliarium*; sì perchè in Catone è scritta con una *l*; sì ancora perchè Plutarco nella vita di C. Gracco cap. 9 afferma, che il numero delle miglia si segnasse nelle pubbliche strade. Ma dee far non lieve autorità il luogo di Polibio II, 8, che egli stesso riporta, donde si fa chiaro, che anche a' suoi dì (e Polibio fu quasi contemporaneo di Catone) vi erano de' segni per determinare le miglia nelle strade romane: e finalmente chiunque abbia per poco veduto qualche antico ceppo milliario, e 'l cilindro del nostro infrantoio non potrà più far contrasto, che non sia da quelli derivato il nome al cilindro de' trappeti. 4. Noi abbiam segnato *ped.* I, *digitos* II, perciocchè secondo questa volgar lezione resterebbero sole quattro dita per la grossezza de' due labbri e del cilindro; laddove correggendosi come abbiam fatto noi tutte le dimensioni si troveranno proporzionali a

mus, ipsasque rerum et verborum interpretationes, per varias notas dispersas, collegimus oratione continua complexi.

quella degli altri due trappeti. Si è corretto *digitos V*, sebbene nell' edizione di Gesnero si trovi *digitum;* perchè tale è la costante grossezza delle labbra degli altri due trappeti; eppur questi hanno tutte le dimensioni minori di quello, di cui si ragiona. 6. Comecbè in tutti i testi trovasi *pedes III*, *digitos III*, pur da noi si è letto *pedes III*, *digitos II*, sembrando necessaria tal correzione, onde siavi la giusta proporzione fra le dimensioni di questa ruota e quelle delle ruote de' trappeti già descritti. Queste tre correzioni le abbiam tolte di peso dal citato opuscolo del Meistero, conciossiachè le abbiam credute a proposito, e che senza di esse non potesse intendersi bene Catone. Il solo, che abbia più di vicino (comechè non sempre) compresa la descrizione dal trappeto di Catone, è stato il lodato Meistero. Noi però a buona equità giudichiamo, cbe sieno per isvanir tutte le difficoltà, or che si può far esatto riscontro del nostro infrantoio col trappeto Catoniano.

Cap. XX, modiolos in orbes—et eos circumplumbato. Quanto qui si dice da Catone, vien confermato dal frammento del mozzo di una delle ruote, cbe abbiam sopra descritto; ove si è altresì avvertito, di esser bene impiombato nel forame della ruota. Solo ignoravasi di qual legno egli fosse: e Catone ci dice formarsi tai mozzi di legno di quell' olivo, cbe i Latini dicevano Orchite, come assai duro e compatto, secondo cbe referisce Plinio XVI, 40.

Cap. XXI. Cupam. Tal voce, comechè presso i Latini denoti una botte od altro vaso, pur da Catone è usata qui per significar la stanga del trappeto, siccome ognuno di per se potrà in leggendo tutto quel che siegue persuadersene. Il Meistero anche così la intese, e la credè originata dalla greca voce *κώπη* denotante *remo* o *manubrio.* (k)

Sub cupa tabulam ferream, lata cupa media erit, pertusam figito, quae in columellam conveniat. Inter cupam dextra sinistraque pertundito: Il periodo, che vedi chiuso fra le parentesi, trovasi nel testo dopo di quello, che qui gli siegue; la qual mutazione si è per noi creduta necessaria, onde non

(k) Recte viri docti sequuntur Meisterianam sententiam, quam confirmari nunc video comparatione loci Diodori Siculi III, 43: *καὶ μυλῶν ἑξῆς πλειόνων ὄντων — καὶ παραστάντεν ἀνὰ τρεῖς ἢ δύο πρὸς τὴν κώπην ἀλήθουσι.* ubi recte monuit Wesselingius, comparato etiam Agatharchidae loco, ubi est de eadem re: *καὶ παραστᾶσαι τρεῖς ἑκατέρωθεν πρὸς τὴν μίαν κώπην*: molae trusatilis manubrium intelligi.

restasse interrotta la descrizione della stanga: maggiormente che oggi non vi ha chi ignori, il trattato di Catone esser a noi pervenuto assai lacero e guasto.

Digitos primoris. Dal contesto sembra verisimile, che denotar anzi vogliasi il primo dito della mano, o vogliam dire il pollice.

Laminae pollulae si dovranno spiegar lamine sottili. *Cupae minusculae* ossiano le stanghe picciole.

Insuper foramen librarium ferrum, si è da noi letto, e non già *librarium ferreum*, come si ha nelle altre edizioni; perciocchè le molte congetture del Menosio e del Gesnero, per l' intelligenza di quelle voci, par che non possano aver luogo.

Armillae sono piastre di ferro rotonde a guisa di anelli, che adoperavansi nelle estremità del mozzo, siccome si ravvisa dal frammento di uno di essi già da noi descritto nella macchina Stabiense, e rappresentato nella fig. 8 della parte superiore della tav. X.

Cap. XXII, *pariter ab labris digitum minimum orbem abesse oportebit.* Chiunque per poco osservi le figure II e V della tav. X, facilmente concepirà, come essendo ciascuna ruota convessa verso il labbro della fonte debba perciò restarne lontana un dito, il che non può avvenire nel trappeto immaginato dal Meistero; dappoichè le ruote di esse son di figura cilindrica: il che è uno de' più notabili sbagli, ne' quali è egli incorso nel voler mettere in opera la macchina descritta da Catone.

Funi circumligato miliarium arcte crebro. Il Meistero dandosi a credere, che il cilindro poteva esser anche di legno, immagina che siffatta legatura servisse a tenerlo bene stretto; ma a noi, i quali sostenghiamo, che il cilindro, siccome si vede nell' infrantoio Stabiense, debba esser della stessa pietra della fonte, sembra, che talvolta era necessario cinger di funi il cilindro, affinchè tra esso e le ruote non restasse spazio maggiore di un dito, onde le ulive s' infragnesser tutte ugualmente.

Per rendere vieppiù chiara ed agevole a comprendersi la descrizione dell' antico Trappeto conservatoci da Catone ne' riferiti capitoli, abbiam voluto farlo delineare nelle figure della tav. XI, con le dimensioni del più piccolo Trappeto, che lo stesso Scrittore ci ha tramandate nel cap. 135 da noi già recato. La fig. 1 mostra l' intera macchina nel suo aspetto esterno; cioè la fonte, detta da Catone *Trapetum*, e più particolarmente *mortarium*,

che supera per altezza il labbro, *labrum*, della fonte; sul cilindro vi è la stanga, *cupa*, forata nel centro; ove ha un tubo di ferro, *columella ferrea*, affinchè intorno a lui giri la stanga, che ha ne' due opposti lati le ruote, *orbes;* le quali, perchè da essa non escano, son fermate al di fuori di chiodi, *clavi*; e finalmente nella porzione della stanga, che resta fra le due ruote, sono due fori, *foramina, dextera sinistraque*: al di fuori dell' uno e dell' altro vi sono inchiodate le laminette di ferro, che Catone chiama *sublaminas pollulas et minutas*, le quali fanno sì che i due fori *maiora non fiant*, allorchè vi si conficcano le due altre picciole stanghe, *cupae minusculae*, quai si ravvisano nella fig. II, ove l'intera macchina è veduta di sopra. Con le fig. III e IV si dà di fronte e di lato una delle ruote; ed in quella si mostra il foro, *foramen orbis*, il quale va stringendo verso la parte piana; e sebbene niente di ciò prescriva Catone; pure trovandosi così nelle ruote dell' infrantoio Stabiense, nè dovendo esser altrimente, affinchè il mozzo, *modiolus*, resti ben fisso nel foro, lo abbiam noi in tal guisa fatto disegnare: il che più apertamente si osserva nella fig. V, ov' è la sezione dell' intera macchina, nel di cui mezzo vedesi il cilindro avente nel suo centro il perno di ferro; ed uno de' mozzi vedrai tu per lungo, di fronte, ed in sezione nelle fig. VII, VIII e IX. Finalmente con la fig. VI mostrasi per lungo, e al di sotto la stanga, che si è già veduta conficcata alle ruote nelle fig. I e II: la porzione, che resta fra le ruote, si è fatta quadrata, sì perchè tale apparisce nella Stabiense, sì perchè pare potersi così meglio adattar all' uso; la quale al di sotto ha una piastra di ferro, *tabula ferrea.* La parte poi della stanga, che passar dee pe' mozzi delle ruote, è rivestita da quattro embrici di ferro, *imbrices ferrei*, inchiodati in essa con piccioli chiodi, *clavuli*; in fine de' quali embrici evvi un ferro, *ferrum librale*, che abbraccia la stanga, in cui vedesi un foro per introdurvi il chiodo, onde fermarsi le ruote; come si è avvertito nella fig. I. Fra il chiodo poi e la ruota, e fra questa e la parte quadrata della stanga sonovi piastre di ferro rotonde a guisa di anelli, *armillae ferreae*, che si è procurato alla meglio di additar nella stessa fig. I, e nella fig. II. Dopo tutte queste descrizioni è facile a comprendersi, in qual modo agisse il Trapeto di Catone. Due uomini posti alle estremità della stanga, l'uno opposto all' altro, giravano intorno al perno la stanga medesima; e questa faceva girar le ruote dentro la fonte; le quali incontrando la

resistenza delle olive eran costrette a girare intorno a se stesse nell'atto che infrangevansi, distaccando la polpa dal nocciuolo, e riducevanlo in una pasta, senza che il nocciuolo si rompesse. Nè in diversa maniera doveasi muovere la macchina Stabiense; nella quale, tuttochè non siasi trovata la stanga, è nondimeno da supporre, che fosse non diversa da quella descrittaci da Catone. E se vorrassi attentamente esaminare l'una macchina e l'altra, nè molte nè grandi varietà vi si ravviseranno: perciocchè picciola è la diversità, che si scorge fra le dimensioni di amendue; e laddove la piastra posta al di sotto della stanga del trappeto Catoniano è la metà della larghezza della stanga: nella Stabiense non è meno della stessa sua grandezza, ma anche ripiega a rivestirne i lati.

La più osservabile varietà, che vi si osserva, è, che la porzione della stanga del trappeto di Catone, ch'intrava nel mozzo delle ruote, era rivestita da una semplice lastra di ferro divisa in due embrici; e nel frammento Stabiense, oltre della piastra di ferro che sembra esser di un sol pezzo, havvene un'altra soprapposta, a forma di tubo, non legata in maniera alcuna alla prima, avente un labbro, che sporge verso la parte convessa della ruota per tenerla abbracciata. Forse un tal tubo servir dovea a tener equidistante le ruote così dal cilindro, che dalle sponde della fonte, e quando poi bisognasse, a far, che le ruote stroppicciassero con le sponde: il che potea ben eseguirsi, qualora ogni lato della stanga, che usciva in fuori della ruota, in vece di un foro ne avesse due, in guisa, che le ruote or fossero un dito distanti dal cilindro, ed altrettanto dalla fonte, ed ora stroppicciando con la fonte, fossero pur due dita lontane dal cilindro: e tanto più ci persuadiamo, che siasi così praticato nell'infrantoio Stabiense, dacchè nella parte superiore del suo orto vi si veggon segnati due solchi d'intorno fattivi senza dubbio dalla punta del chiodo nel girar la macchina; ed appunto un dito vi è di distanza tra l'uno e l'altro solco: e quel che più è, tanto le ruote che le sponde della fonte si son trovate levigate e logore nella superficie; laddove le altre pietre della macchina sono tuttavia intatte; donde si appalesa, che quelle han dovuto fra loro spesso stroppicciarsi. A qual uopo mai servisse un tal cambiamento di situazione nelle ruote, è facile a comprendersi; conciossiachè una stessa macchina veniva così a doppio uso destinata; e qualora le ruote si mantenevano equidistanti, s'infrangevan solamente le olive; se poi quelle urtas-

sero con le sponde della fonte, vi si rompevan anche i nocciuoli, e se n' estraeva l' altro olio. Tutti gli antichi Scrittori hanno creduto, che il nocciuolo rompendosi facesse acquistare cattivo sapore all' olio. Non dee quindi dedursene, che a' tempi di Catone non si estraesse affatto olio da' nocciuoli per uso delle lucerne, se non per altro: tanto più, che dallo stesso Catone rilevasi, che le ruote de' trappeti non di rado si logoravano; infatti rapporta cap. 22 la spesa necessaria per temperarsi; e cap. 3, vuole, che si debba tener un trappetto di riserva, *ut commutare possis, si orbes contriti sunt;* or soltanto per cagion di rompere i nocciuoli posson logorarsi le ruote de' trappeti.

Sembra non potersi per niun modo dubitare di tai dimensioni, perciocchè le dimensioni de' tre trappeti riferitici da Catone nel sopra citato cap. 135 son tutte fra loro proporzionate; tranne pochi errori trascorsivi senza dubbio per imperizia degli amanuensi: dalle quai misure si è facilmente dedotta la profondità della fonte, che trovasi molto minore dell' infrantoio Stabiense; all' opposto dell' altezza del cilindro, la quale si è dovuta far maggiore nel disegno del trappeto Catoniano, affinchè la stanga divenisse di una giusta grossezza. In un altro antico trappeto scavato in Careri paese della Calabria ulteriore vedesi anche così alto il cilindro.

Niente ci resterebbe da aggiugnere alla descrizione così dell' infrantoio Stabiense, come del trappeto di Catone, se questo Scrittore non ci avesse lasciato scritto finanche dove si comperavano le pietre, e quanto si spendeva per la formazione dell' intiera macchina. Or siccome le cave di tai pietre son tutte de' nostri contorni, non vogliam tralasciare di riportare il luogo di Catone, e le osservazioni, che noi vi abbiam fatte sopra, credendo di soddisfar così la curiosità degli eruditi. Or nello stesso Capitolo 22, dopo aver dati i precetti sul modo di costruire un trappeto, così sieguo a dire: *trapetus emptus est in Suessano* ✠✠ CCCC. Molte congetture han fatto gli eruditi sul segno ✠✠ usato in questo luogo da Catone, e da alcuni si è creduto, che indicasse il Sesterzio, da altri il danaro, da taluni finalmente l' asse; le quai congetture sono state riferite dal Gesnero in una nota. Noi però seguiamo di buona voglia l' opinione degli ultimi, siccome la più probabile, e la più atta a spiegar la mente di Catone.

Le due sigle S. S. sono state da' dotti interpretate, siccome tutto il contesto lo dichiara, per la somma della spesa, la quale

leggesi di esser di assi 729: ma o dee dirsi, che vi sia corso errore nel calcolo, importaudo la somma 719, o dee credersi che siasi errato in qualche particolar somma.

Pompeis emptus est trapetus ornatus. Sebbene nel testo di Gesnero leggasi: *Pompeis emptus ornatus*: pur noi abbiam seguita la lezione, che lo stesso Gesnero riporta come di un antico Codice. Quel che però non possiamo comprendere è che se la spesa delle sole pietre per un Trappeto comperate in Sessa fu di assi 400, oltre una certa quantità di olio, come mai in Pompei un Trappeto *ornatus*, ossia fornito di tutto il bisognevole, abbia potuto comperarsi per assi 384.

Nel Cap. 21 poi va descrivendo minutamente le spese, che bisognano per una stanga guernita, la quale avea detto che viene in tutto a costare assi 72. Non sapremo indicar la cagione, per la quale fra le spese del Trappeto comperato in Pompei non vi sia quella della stanga guernita, come vedesi fra le spese del Trappeto di Sessa.

Da tre luoghi adunque dice Catone, che comperavansi le pietre pe' Trappeti, cioè ne' contorni di Sessa, donde anche oggi si cavano pietre per uso di molino, singolarmente in Cascano, in S. Felice, e in altri paesi convicini. Dalle macerie di Rufro, le quali erano in Nola, poichè lo stesso Catone afferma nel Cap. 135 *trapeti Pompeis, Nolae ad Rufri maceriam*; ed apparisce tuttavia una grande lava del Vesuvio dal lato fra settentrione e greco, la quale ha la sua fronte verso quella parte che dalla terra della Cisterna conduce a Marigliano e a Nola, ed è vicina a Nola quasi per un miglio e mezzo. Anche da questa lava si tagliano pietre per molino, e ne son tuttavia aperte le cave: per modo che da esse cavate si sono le pietre per formar i Trappeti a somiglianza dello Stabiense, e trovate si sono attissime a siffatto uso, piucchè ogni altra pietra delle nostre contrade. Ei dunque par, che questa sia la cava a' tempi di Catone, che si denominava maceria di Rufro, e che ivi si prendessero le pietre pe' Trappeti, siccome in Pompei altresì. In fatti l'Infrantoio Stabiense si è riconosciuto esser formato della stessa pietra di un' antichissima lava del Vesuvio che trovasi dal lato fra austro e sirocco molto al di sotto de' terreni ora detti della Città, ovvero del Rapillo, ove appunto è Pompei fino alle sponde del fiume Sarno. Ella è ricoperta in parte d'altra anche antichissima lava, sulla quale è quasichè interamente edificata Pompei; ed in parte da terra, che mostra di

esser pur essa vulcanica, e tutto finalmente è rivestito da' strati di materie eruttate sotto l'Imperio di Tito a danno de' luoghi convicini. (l)

Atque haec interpretandis Catonis locis omninoque explicandae molae oleariae, (frumentariae obiter) torcularii, cellaeque quum oleariae tum vinariae formae et fabricae sufficere equidem existimo; neque aliquid difficultatis vel dubitationis gravioris superesse puto, cui quidem humana sagacitas, cum diligentia coniuncta, sine meliorum Codicum ope possit occurrere. Nec vereor, ne lectores, ii quidem, qui rei difficultatem rite aestimaverint, ex longiore disputatione quam variare idiomatum vario genere necesse mihi fuit propter nimium fortasse ἀκριβείας studium, taedium contraxerint. Contra iucundum illis fore spero, si animum animadverterint, quanto ingenii acumine viri doctissimi, a tenuibus admodum atque obscuris principiis progressi, in argumento difficillimo et verborum novitate obscurissimo eruendo atque explicando decertarint, et quam prope a vero divinando abfuerit Meisterus, donec reperta in ruinis Stabiensibus et Pompeianis molarum oleariarum, frumentariarum, torculariique fragmenta et vestigia coniecturas eius Gallicique architecti partim confirmarent, alias contra verae formae effigie convincerent. Figurarum igitur numerum maiorem addere fuit necesse huic Scriptorum R. R. volumini, quo facilius lectores singulorum virorum doctorum disputationes intelligere, atque eorum coniecturas rectius aestimare possent. Caeterum in altera Academicorum Herculanensium, in duas partes, superiorem inferioremque, divisa, unde Tabula nostra X et XI ducta est, superioris partis (nostrae Tabulae XI) Figuram 5 omisimus, quippe quae in Francisci la Vega Tabula altera (nostra Tabula VIII) Figura prima exstet expressa. Idem fecimus in Figuris 6, 7, 8, 9, 10 eiusdem partis, quas Francisci la Vega prima tabula et nostra Tab. V, sub figuris 4, 5, 6, 7, 8, easdem plane exhibet.

Pauca supersunt de prelo Catoniano annotanda, quae priusquam Italorum eodem de argumento libros videram, in chartas

(l) Referunt Academici viri docti inter Academicos Herculanenses coniecturam, qui corrigebat locum Catonis ita: *Nolue et ad Rufri maceriam* interpretatus de Rufris Virgilii Aeneid. VII, 739, et Silii VIII, 567, quam tamen ipsi veluti non necessariam et loquendi consuetudini antiquae contrariam reiiciunt.

conieceram. Iis igitur postremum hunc locum assignabo, simulque historiam prelorum breviter enarrabo, ducem inprimis secutus Meisterum, cuius laudes recte etiam Itali interpretes praedicarunt.

Antiquissima quidem forma fuit preli Catoniani, postquam apud Romanos fuit illa in usum introducta, quam breviter annotavit Plinius 18, c. 31, his verbis: *Antiqui funibus detrahebant et vectibus. Intra centum annos inventa graecanica, mali rugis* (cochleam marem interpretatur Meister in Caton. Torculario p. 14) *per cochleas* (feminam Meister interpretatur) *bullantibus, palis affixa arbore stella*, (radios cochleae mari in stellae similitudinem infixos intelligit Meister) *a palis arcas lapidum attollente secum arbore.* Lapidum pondere cavebatur, ne cochlea, quae preli caudam deducere debebat, ipsa potius sursum torqueretur, monente Meistero.

Formam, fabricae hodie usitatissimae, his verbis deinceps describit: *Intra viginti duos hos annos inventum parvis prelis et minori torculario, aedificio breviore et malo* (cochlea mare Meistero) *in medio decreto tympana imposita vinaceis superne toto pondere urgere et super prela* (super materiam, cui iuncta est cochlea femina, Meister interpretatur,) *construere congeriem*; lapidum, lignorum, ne cochlea mas non tam premat deorsum, quam feminam et materiam omnem tollat sursum, monente Meistero.

Geoponica in prelo oleario ξύλον vocant partem eam, quae oleas subiectas et fiscella inclusas pondere premit atque exprimit. Vide loca posita in Dissertatione de Trapeto Catonis. Alibi eadem in confectione rhodomelitis VIII, c. 29, cochleam nominant his verbis: ἐκπιέσας ἐν κοχλίῳ, ubi monet Niclas, constructionem cochleae ad usum alium doceri a Pappo Mathemat. Collect. L. 8, p. 486, quem librum ipse adhibere non potui. Similiter Palladius IV, c. 10, s. 10, *in cochleas exprimere* dixit; idem XI, c. 19, s. 2, *cochleae supposita sportea comprimitur.* Preli partem aliquam Graeci στρύμοξ dixere, de quo Hesychius: στρύμοξ· ξύλον μεμηχανημένον ἐν τοῖς ληνοῖς πρὸς τὴν τῶν σταφυλῶν ἔκθλιψιν.

Catonianum prelum non dissimile esse ait Meister iis, quae hodieque passim adhibentur; quale etiam in usus olearios commendari monet a Florino Oeconom. prudentis lib. 2, cap. 33. Constat binis arboribus erectis et intercedente intervallo aliquo ita iunctis, ut prelum extremum seu preli lingulam vel caput recipere possint; prelo subest area, in quam oleae premendae

collocantur; ex adverso stant stipites bini, quibus interiacet altera pars preli, quam caudam possis appellare. Cato maiusculo intervallo vult distare stipites, ut suculae locum faciat; cuius ope caudam preli deducere iubet; quam alii solo pondere addito deprimunt, Florinus vero cochlea subiecta detorquet. Haec Meister p. 14, qui postremae huic formae simile ait esse prelum, quod Plinius 18, c. 31, non funibus et vectibus detrahi ait, sed cochleis. Locum supra positum reperies. Catonianum prelum ut deducebatur suculis, ita subductum fuisse per trochleas graecanicas censet Meister p. 28, apposito loco Leg. 19, §. 2, ff. Locati conducti: *et prelum et suculam et regula et tympanum et trocleas, quibus relevatur prelum.*

Regularum mentionem in prelo oleario facit etiam Columella XII, cap. 50, s. 10, et cap. 52. Scilicet oleae aut fiscinis inclusae aut regulis, prelo subiiciebantur atque exprimebantur. Regulae autem vocabulum significat machinam ligneam, vel ex alia materia, quae corpus aliquod includit immotumque continet; quod apparet ex locis Columellae VI, 26, s. 2. Palladii Maii VII, 1 et 4. Vegetii II, 41, 3; II, 47, 3. Usum in prelo oleario praestabat eum, quem in melioribus nostris prelis exhibet, quam cistam (den Kasten) vocant. In prelo vinario regulas adhibuisse non videntur veteres agricolae; pedem enim vinaceorum circumcisum memorat Columella XII, 36, quo circumciso post primam pressionem mustum fiebat tortivum. Pedem prelo eximi iubet idem XI, 13, et XII, 44, 10. pes vinaciorum prelo bene expressus proruitur, et modice separatis scopionibus intrita follieulorum separatur. In Columella Gesner regulas interpretatur ligna oblonga et quadrata, quibus etiam apud nos vinaceorum pes coërcetur, ne cedere possit prelo. In prelo oleario solo regulas memorat, ut novum inventum Plinius 15, s. 2: *Quin et ex eo prima unda preli laudatissima, ac deinde per diminutionem; sive, ut nuper inventum est, exilibus regulis pede incluso*, ubi ex Columella corrigo: *exilibus regulis, sive fiscinis pede incluso.*

Vides, a Plinio pedem olearum etiam dici, massam olearum, prelo subiectam, veluti pedem vinaciorum dixit cum aliis Columella massam uvarum, cum racemis seu scopionibus prelo subiectarum atque expressarum. Samsam maluit dicere Columella proprio vocabulo, quod Itali hodieque retinent.

Cato eodem prelo ad uvas oleasque exprimendas utitur; hoc est eandem machinae formam utrique usui accommodat, nisi

quod cap. 19 *in vasa vinaria stipites arboresque binis pedibus altiores facit.* Cuius diversitatis eam rationem edit Meister p. 26, quod maiora uvarum quam olearum volumina prelo subiiciantur. Veriorem excogitavit Gallicus architectus, cuius disputationem deinceps ponam. Fabricam preli olearii Catoniani plane convenire cum ea, quam Galli *Pressoir à Martin* vocant, descripta ab abbate Rozier (*Journal de Physique* anni 1776 p. 406.) monuit Bernard p. 329, cuius iudicium de commoditate atque usu eius extat pag. 419 et seqq. Comparavit idem Catonianum prelum cum recentioribus p. 332, ubi quae contra Gallicum Catonis interpretem monuit, cum ipsius potius interpretis descriptione postea subiecta, ponam.

Praeter dicta a Vitruvio et Plinio prelorum genera, tertium aliquod, a nullo scriptorum memoratum, exhibent picturae Herculanenses Tom. I Neapoli 1757 p. 183, cuius picturam ex libro raro et carissimo repetiit Meister in egregio libello de Torculario Catonis. Idque ipsum exemplum ab artifice repetendum in Catonis hac nova editione curavi (vide Tab. XI, Fig. V), addita brevi Meisteri annotatione, cuius haec fere summa est.

In hac fabrica liquor vel uvarum vel olearum ope cuneorum inter fibulas adactorum exprimitur. Constat binis stipitibus crassioribus erectis, capitulo aliquo, prope capita affixo, iunctis, non valde dissimilibus Catonianis arboribus, quousque patitur utriusque machinae diversitas. Pedes stipitum in solum adacti, et cuneis circumfirmati, ima fere parte iuncti sunt altero ligno transverso, cuius cardines in stipites inserti. In eo collocatus est canalis, liquorem expressum in vas suppositum effundens. Id quod premitur, pictor ipsi canali eiusque labris imposuit; uvae si sunt, videntur fiscina inclusae esse. Quas quae premit proxime imposita pars, lignum est vel fibula, inter stipites intercedens, cuneis deorsum adigenda. Cunei tribus ordinibus ita dispositi sunt, ut inter binos quosque ordines fibula intercedat. Tota fabricae imago indicat in stipitum quadra interiore a summa parte usque ad imam excisum esse debere foramen aliquod longum seu canalem, per quem fibularum capita moventur, ita, ut cuneorum ope detrusae, omnem eorum vim quasi colligant et in uvas premendas exerceant. Adstat utrinque puer alatus, brachia cum malleis iactans quibus cuneos adigant adversi sibi; cunei enim non ab una parte omnes, sed alterni debent immitti, quo magis vi

aequabili et recta fibulas deorsum ire cogant. Tertius puer mustum, ut videtur, coquit et rutabulo miscet. Possis etiam suspicari, eum oleis contritis ope foculi calefaciendis operam dare, postea prelo submittendis. (Quae tamen mihi quidem non admodum probabilis videtur opinio). Foculus non differt ab iis, quos Chemici adhibent, neque ab eo, quem Florinus II, cap. 33, in torculario oleario adhibet. Sine dubio ferreus est; pedibus brevioribus, paulum recurvis insistit; parte ima igni subministrando patet; spiraculis quamplurimis ex ordine dispositis aërem admittit. Qua vas rotundum est impositum, in aliquot lacinias seu ligulas excurrit, quae illud amplexae stabiliunt.

EXPLICATION RAISONNÉE

DES PLANS FIGURÉS DU PRESSOIR A QUATRE EQUIPAGES COMPLETS ET DU TRAPETE.

PAR

M. GOIFFON,

rapportée dans la traduction françoise de l'ouvrage de Caton, T. I, p. 197—216,

(*Tab. I et II*)

En rassemblant les divers passages où Caton parle du pressurage, tant des olives que des raisins, on apperçoit que les Anciens écachoient (a) leurs raisins comme leurs olives, avant que de les mettre sous l'arbre du pressoir, et que les *trapètes* qui servoient à cela, étoient à peu près construits de même, à tel de ces fruits qu'ils fussent destinés.

On voit encore, ou du moins on peut le conjecturer avec beaucoup de fondement, qu'ils mettoient bien du temps à dessécher un tas, soit d'olives, soit de raisins, et qu'ils n'en mettoient pas moins à le préparer par le *trapète*, avant que de le porter au pressoir, puisqu'il falloit pour un plan d'oliviers d'environ soixante de nos arpens, deux pressoirs et un *trapète* pour chaque pressoir (chap. III), pour un plan d'oliviers de cent vingt arpens, cinq pressoirs et cinq *trapètes* (chap. X), et pour un vignoble de cinquante arpens, c'est-à-dire, de deux-cent cinquante de nos muids de produit, trois pressoirs et trois *trapètes* (chap. XI).

(a) Equidem trapetum usum in vindemia et cella vinaria nullum reperio in locis a Gallo laudatis nec alibi ullum eius vestigium mihi licuit indagare.

Il paroît de même que leur machine accumuloit la force motrice bien plus avantageusement (b) que les nôtres, et cela rend plus étonnante encore la multiplicité de ces machines dans leurs métairies. Quoiqu'il en soit, voici l'idée qu'on peut se former du pressoir que Caton avoit sans doute décrit correctement, mais qu'on ne peut aujourd'hui qu'entrevoir dans un texte corrompu de mille manières différentes.

La principale pièce de cette machine étoit une poutre très-grosse et très-longue: elle opéroit sur le tas à pressurer, de la même manière que le levier du maçon sur l'orgueil ou point d'appui, quand il est chargé sur la pince d'une pierre de taille et que le maçon pèse sur sa poignée, pour détacher de terre cette pierre et la soulever de quelques pouces. Il y

(b) Contra hanc Galli sententiam pugnat alter Gallus auctor egregii libri: *Mémoires pour servir à l'histoire naturelle de la Provence, par M. Bernard*, Tom. II, p. 382, *his verbis*: Mais il s'en faut de beaucoup que cela soit vrai. Pour s'en convaincre, supposons les leviers R T de neuf pieds de roi de longueur; le diamètre du treuil d'un pied seulement; la longueur du levier BBO, depuis O jusqu'au point d'appui, de vingt pieds de roi (cette longueur excède celle qui est prescrite par Caton); la distance du centre de l'espèce de colonne que formoient les cabas, au point d'appui du levier, ne peut pas être supposée moindre de six pieds; cela posé, déterminons les rapports des vitesses de la puissance appliquée au levier T R, à celle du levier BO à l'endroit où se trouvoient les cabas.

Le levier R T est au rayon du treuil :: 18 : 1. La longueur du levier BO est à la distance du centre du cabas au point d'appui :: 20 : 6 :: 10 : 3. En compassant les deux rapports, on voit que les vitesses de la puissance et du levier BO à l'endroit qui répond au centre des cabas, sont entre elles comme 180 : 3 :: 60 : 1. Dans nos bons moulins, les vitesses de la puissance et de la tête de la vis sont entre elles comme 3168 : 1. A forces égales, l'ouvrage se fait donc cinquante-deux fois plus facilement chez nous que chez les anciens. Il n'est donc pas étonnant que les pressoirs fussent très-multipliés dans leurs métairies. Ce qui rendoit cela d'ailleurs nécessaire, c'étoit leur attention à cueillir les olives de bonne heure, et à en exprimer l'huile peu de temps après qu'on les avoit cueillies, p. 338.

Mais puisque les anciens avec des machines très-considérablement moins puissantes que les nôtres et moins bien entendues, avec un nombre d'ouvriers moindre, exprimoient en vingt-quatre heures de temps 300 panaux d'olives, c'est-à-dire près du double de ce qu'on en prépare dans nos meilleurs moulins, il est incontestable que l'art de faire l'huile étoit chez eux dans un état d'imperfection extrême, et je ne conçois pas comment des personnes d'un mérite très-distingué ont montré tant de préve ntio en leur faveur.

a à la vérité cette différence, que la pierre a communément moins de pésanteur, que le point d'appui n'a de force pour résister à la charge, au lieu que dans la machine dont il s'agit, la partie que nous prétendons désigner par la pierre très-lourde, est inébranlable par la lourdeur, et que le tas à pressurer que nous figurons par l'orgueil, est très-compressible. Transportons donc l'idée de point d'appui ou d'orgueil à la pierre, et supposons que l'intention du maçon soit de forcer l'orgueil à entrer dans la terre, ou, si l'on veut, de l'écraser; et observons que dès-lors le point d'appui réel est sur le levier et non dessous comme il étoit, sur la pince du levier et non ailleurs. Il faut donc, pour que notre arbre écrase, pour ainsi dire, le tas, qu'il ait un point d'appui sur son gros bout, autrement dit, son pied, tandis que la force motrice oblige la pointe de descendre, comme fait la main du maçon par rapport à la poignée de son levier: or ce sont les jumelles qui donnent lieu à l'existence de ce point d'appui.

La force motrice n'étoit pas appliquée immédiatement à la pointe de l'arbre, comme la main du maçon à la poignée de son levier: les hommes qui manœuvroient à ce pressoir, étoient armés de grands leviers ou barres, à l'aide desquelles ils tournoient un treuil qu'aucune force ne pouvoit élever.

Les poteaux étoient au treuil sur l'avant du pressoir et sous la pointe de l'arbre, ce que les jumelles étoient sur l'arrière par rapport au pied de ce même arbre. Or ce treuil tiroit en contre-bas la pointe de l'arbre par l'entremise d'un cable, et quand il falloit relever l'arbre, on abandonnoit le treuil à lui-même en arrachant les barres, et l'on usoit de moufles qui, selon toute apparence, ne différoient pas essentiellement de celles dont nos charpentiers font communément usage (chapit. III).

Quant au tas, soit de raisins, soit d'olives, il étoit renfermé dans des cabas (chap. 153); mais ces cabas de quelque matière qu'ils fussent, n'auroient su résister à la poussée du marc, chargé aussi puissamment qu'il le devoit être par cette machine, s'ils n'eussent été secourus d'une corde de cuir de cinquante et tant de pieds de longueur (chap. 135), dont on

emmaillotoit, pour ainsi dire, le tas, en l'entourant d'autant de révolutions qu'elle en pouvoit fournir.

Ces cabas s'opposoient à ce qu'on recoupât le marc sitôt après la première serre, et voilà la principale raison de la longueur des pressurées, du moins de celles de raisins, d'autant plus qu'après avoir tiré du marc renfermé dans les cabas tout le vin qu'on en pouvoit exprimer de la sorte, il falloit le développer des cabas pour le mettre à nud sous le pressoir, le pressurer de nouveau, le recouper même, peut-être plus d'une fois, afin d'en extraire le vin, qu'ils appelloient *tortivum circumcidaneum*, du chap. 23.

Le tas à pressurer étoit formé sur l'aire, or cette aire étoit une portion ronde de la surface du sol, un peu renfoncée et pentive d'un côté; elle ne différoit du reste du sol du hangard que par-là, et par un peu plus de finesse dans l'enduit de ciment qui la formoit; cette aire se vuidoit dans le bassin, qui étoit une fosse ronde comme l'aire, profonde d'environ deux pieds, et revêtue du même enduit que l'aire. Mais aidons-nous des Figures.

La Pl. I représente le plan total du hangard garni de ses machines; les quatre pressoirs y paroissent en coupes horizontales faites à différentes hauteurs, savoir: (Fig. I) à quelques pouces au-dessus du plein-pied; (Fig. II) entre l'arbre et le chapeau des jumelles; (Fig. III) au-dessus de la poutre de vingt-quatre pieds, on n'y a néanmoins marqué qu'en ponctué les pièces qui formoient le lit de maçonnerie; (Fig. IV) dans la hauteur de cette même maçonnerie. On voit de plus dans la même planche les places des *trapètes* au milieu.

La Pl. II représente un de ces quatre pressoirs en perspective (Fig. I) et un *trapète* en élévation, moitié extérieure, moitié coupe (Fig. II).

Les mêmes lettres désignent les mêmes objets dans toutes les figures où il peuvent être visibles; nous nous dispensons par cette raison d'indiquer à chaque article tant la Planche que la Figure.

(A) *Arbores*, les jumelles. Deux pieds d'équarissage et neuf pieds de hauteur, y compris le tenon qui les termine supé-

rieurement, et la portion engagée dans les patins : deux pieds d'entre-jumelle, et deux pieds d'éloignement des murs.

(A *liegend*) *Pedicinus lapis*. Patins des jumelles, autrement dit pierre creusée pour leur en servir (*Lapides silices*), cotée par erreur sans doute P. V. Il est aisé de voir que les jumelles ayant, selon le commencement de ce Chapitre, deux pieds de grosseur et autant d'intervalle, cette pièce ne pouvoit pas avoir moins de six pieds et demi. Il faut remarquer (A a) *Foramina longa*, l'entr'ouverture, autrement dit, le logement des aiguilles, de trois pieds neuf pouces en hauteur sur six doigts de largeur : (A b) *Foramen primum*, la mortaise a un pied et demi de terre ; (A c) *Capitulum*, le chapeau des jumelles. La mortaise (A b) dont nous venons de parler, est destinée à recevoir le tenon de l'entretoise qui forme le poitrail des jumelles, pièce absolument nécessaire pour relever l'arbre, au lieu que l'entr'ouverture (A a) est destinée à douze aiguilles de six doigts d'équarissage : il n'y en a que quatre d'employées, parce que l'arbre n'est pas abaissé sur le poitrail; on peut, quand il touche au poitrail, les placer toutes, vu que du poitrail au commencement de leur logement il y a la hauteur de l'équarissage de l'arbre. Il y en auroit cinq sous l'arbre s'il touchoit au chapeau qui couronne les jumelles.

(B) *Stipites*, les poteaux. Deux pieds de diamètre et dix pieds de hauteur, y compris le tenon qui les termine supérieurement, et la partie engagée dans le patin. Il faut observer 1.° la rondeur que nous leur supposons, non-seulement pour répondre au mot *stipes*, qui veut dire souche, mais encore par une raison sans réplique que nous donnerons en son lieu ; 2.° leur distance des jumelles que nous avons portée à dix-huit pieds, au lieu des seize du texte: la raison que nous venons d'annoncer est encore celle qui nous porte à ce changement, mais nous sommes forcés de la placer ailleurs; enfin leur hauteur d'un pied en sus des jumelles pour racheter celle du chapeau de celles-ci, vu qu'ils en sont dépourvus en faveur du jeu de l'arbre en sa pointe.

(B *liegend*) *Silex*, patin des poteaux ou dez, dans lesquels leurs pieds sont entaillés.

(C) *Sucula*, le treuil. Neuf pieds de longueur, sans compter celle de ses tourillons. Il faut en observer les colets (C d) que nous avons suppléés, ainsi que les liens en contre-fiches qui les assujettissent par-dessus et en contre-bas, de manière à résister à tout effort tendant à l'élever; nous nous sommes fondés dans cette addition sur ce qu'il étoit hors de toute vraisemblance, qu'on eût prolongé jusqu'à vingt-cinq pieds un arbre, auquel vingt-un pied quelques pouces, selon le texte, ou vingt-trois et demi, suivant notre correction, auroient suffi, si le treuil avoit été appliqué aux poteaux. Enfin nous l'avons placé très-près de terre; nous devions même l'en approcher davantage, vu que le pied de l'arbre descend à vingt-quatre pouces près de ce même niveau.

(D) *Praelum*, l'arbre. Vingt-cinq pieds de longueur, y compris la partie engagée entre les jumelles. *Lingula*, laquelle a deux pieds et demi de longueur, avec un pouce de liberté, Chap. 19. Il faut observer les épaulemens latéraux (D f) qui l'empêchoient de s'engager trop avant dans les jumelles, et la clef en arrière (D g) qui l'empêche de se dégager de dessous les aiguilles. Le texte ne parle point de ces derniers objets. On voit à sa pointe le cable, à l'aide duquel on l'abaisse; on suppose l'arbre formé, comme ils le sont de nous jours, de quatre tiges équarries, réunies par côté les unes aux autres, et liées ensemble par des clefs de bois qui traversoient, celle-ci les deux tiges inférieures, celles-là les deux supérieures, d'autres les deux de devant, d'autres enfin les deux de derrière; ces clefs avoient une tête, et recevoient en l'autre bout une clavette ou un coin, ce sont là les *confibulae* et les *cunei* du texte, chap. 12. Dans la Fig. III la surface supérieure de l'arbre est interrompue par le chapeau des jumelles et par une poutre dont nous rendrons compte. Dans la Fig. II, Pl. I on n'en voit qu'une très-petite partie près de la pointe, et d'autre part le bout du pied.

(E E) *Summa torculario latitudine*, longueur totale du hangard soixante et six pieds. Nous admettons cette longueur comme juste, mais non la largeur.

(F F) *Pavimentum binis vasis*, la surface du hangard,

qu'occupent deux pressoirs et deux *trapètes*, y compris les dégagemens nécessaires pour chacun des deux équipages complets, longue de trente-quatre pieds selon le texte, mais par erreur, puisque la moitié de soixante-six n'est que trente-trois.

(G G) *Trapetibus locus*, espace ménagé entre l'un et l'autre pressoir d'une des couples, pour loger les *trapètes*, long de vingt pieds.

(H H) *Vectibus locus*, passage des voitures. Ce *vectibus* ne peut pas s'entendre des leviers, car la manœuvre des leviers ne devoit pas se faire de ce côté, sinon les deux pressoirs opposés par bouts n'auroient pas pu travailler ensemble; ainsi nous l'entendons comme s'il y avoit *vecturis* ou que du temps de Caton *vectus* fût un substantif déclinable comme *fructus*, ce qui n'est pas hors de vraisemblance. Mais cet espace n'avoit pas vingt-deux pieds comme porte le texte, il en avoit dix-huit seulement; nous le verrons bientôt.

(I I) *Ab stipite extremo ad parietem*, espace entre la paire de poteaux les plus éloignés des premières jumelles d'où l'on est parti, jusqu'à la muraille qui est derrière les jumelles opposées aux premières, c'est-à-dire, entre la paire de poteaux et le mur d'ados des jumelles du même pressoir. Le texte ne donne que vingt pieds à cet espace, mais nous lui en donnons vingt-deux, toujours par la raison que nous sommes obligés de renvoyer encore.

(J J) *Summa torculario longitudine*, largeur nécessaire au hangard. Certainement l'*uti contractiora sient* du commencement du Chap. 18 seroit bien mal rempli, si le texte n'étoit ici corrompu comme en mille autres lieux. Nous avons réduit cette mesure à trente-six pieds; seize pieds de moins que ne porte le texte, où il est côté P. I, II.

(K L) *Trabes plana*, un des quatre tours de poitrails : il est désigné en ponctué en K K L Fig. I pour une des deux poutres abouties, et en L L K Fig. II pour la seconde de ces poutres, complétant un des deux cours nécessaires pour deux pressoirs établis bout à bout. Le cours qui complette cette première paire, est désigné par les mêmes lettres, et en ponctué. Les deux cours des deux autres pressoirs sont aussi dé-

signés par les mêmes lettres, mais en lignes pleines, Fig. III et IV, à la réserve de ce que cache le massif de maçonnerie que présente la dernière. On voit ces deux cours par côtés, Pl. II, Fig. I; nous avons déchiré l'antérieure à l'effet de découvrir les moufles.

Nous les supposons ici composés chacun de deux poutres seulement; ils pouvoient l'être de trois : dans le premier cas chaque poutre, selon le texte, avoit trente-sept pieds de longueur, et il n'y avoit rien de trop : en effet les deux formoient par-là soixante-quatorze pieds, mais, dira-t-on, le logement n'en avoit que soixante-six; voilà donc en apparence huit pieds de trop : mais il faut observer que cette charpente, destinée à porter sur chaque pressoir un massif de maçonnerie de quarante milliers de poids au moins, n'auroit aucune solidité, faute de liens et de contrevents, si ces poutres n'eussent été entées l'une à l'autre pour ne faire qu'une seule pièce, et si de plus elles n'avoient eu de franches et bonnes portées sur les murs de pourtour du hangard; or deux pieds ôtés de huit pour les portées, reste six pour les entures, il n'y a rien de trop.

Voyons de quelle longueur ces poutres devoient être dans le second cas, c'est-à-dire, lorsqu'elles étoient composées de trois entées par entailles. Il est clair qu'il s'agit ici de suppléer à des poutres de trente-sept pieds de longueur, pour former les quatre cours de poitrails, qui demandoient huit poutres de cette mesure. Mais le texte ne donne à chacune des trois qui doivent équivaloir à deux, que vingt-deux pieds de longueur, et ce n'est pas assez, car les trois aboutés ne font que soixante-six pieds, et ce n'est-là que la mesure du vuide. il ne reste rien pour les entures, ni pour les portées dans les murs, néanmoins nous voyons clairement que la mesure soixante-six pieds est exacte, et cadre avec la longueur des arbres et les autres principales mesures, même avec celles qui sont le plus visiblement falsifiées dans les détails : car, si c'est afin que cette longueur de vingt-deux pieds fût suffisante, qu'on n'a mis que seize pieds entre les jumelles et les poteaux du même pressoir, on ne s'est pas accordé avec soi-même,

car on a ensuite mis vingt-deux pieds entre les deux paires de poteaux opposées en face : or deux fois seize et vingt-deux font cinquante-quatre, qui joints à quatre fois deux, ou huit pour les diamètres des jumelles et poteaux, et à deux fois deux, ou quatre pour les intervalles des jumelles aux murs, font soixante-six ; or s'il y a vingt-deux pieds de distance entre poteaux, sur quoi portera la poutre de vingt-deux pieds qui doit s'étendre de l'un à l'autre ? Il est donc bien visible que la plupart de ces mesures sont corrompues, et qu'on ne doit faire de fond sur aucune de celles qui sont articulées dans le texte, à moins qu'elles ne s'accordent avec un système possible en tous ses détails. Celui que nous avons adopté nous semble tel, et nous n'avons pu concevoir que celui-là, dont les parties ne fussent pas en contradiction les unes avec les autres.

Selon notre système, une des plus importantes fonctions des poteaux étoit de guider la pointe de l'arbre, de façon qu'il pût monter et descendre sans gêne, mais non se porter soit à droite, soit à gauche, de plus d'un pouce ou deux : sans cela, pour peu que le tas à pressurer eût été plus compressible d'un côté que de l'autre, inconvénient inévitable, il se seroit éboulé, l'arbre seroit tombé de côté, ou du moins eût singulièrement forcé les jumelles. Voilà la raison principale de l'approximation des poteaux dans notre dessein, sur quoi le texte au surplus nous laissoit toute liberté.

Nous les mettons à dix-huit pieds de leurs jumelles, c'est-à-dire, que nous partageons en trois intervalles égaux la longueur qui se trouve entre une paire de jumelles et la paire qui lui est opposée en face (intervalle de cinquante-quatre pieds, reste de soixante-six, ayant soustrait douze pieds pour les diamètres des poteaux, des jumelles et l'écartement du mur de celles-ci, et dont le tiers est dix-huit), nous avons, disons-nous, mis dix-huit pieds au lieu de seize, entre les jumelles et le poteaux, 1.° parce que l'arbre à vingt-cinq pieds de longueur totale est visiblement plus court que long, relativement au reste de l'édifice et à sa destination ; 2.° parce que les anciens entendoient trop bien ce qu'ils faisoient pour réduire un arbre ou quatre arbres jumellés à un équarissage parallèle,

ayant à en faire un levier, dont les bras pouvoient, sans rien perdre de la force qui leur étoit nécessaire, diminuer bien plus sensiblement en tirant à leur pointe, que les arbres ne diminuent naturellement; 3.° parce que ce levier ayant deux pieds de largeur entre les jumelles, ne pouvoit pas en avoir moins de deux et demi en avant des jumelles pour fournir aux épaulemens latéraux indispensablement nécessaires, et que si cette partie de l'arbre eût passé franchement entre les poteaux, ces poteaux auroient laissé trop de jeu latéral à la pointe; 4.° parce qu'on ne pouvoit employer toute la longueur de l'arbre en qualité de levier en bascule, laissant les poteaux à seize pieds, sans allonger outrément les colets du treuil, conséquemment sans les trop affoiblir; 5.° enfin, parce qu'il eût fallu démolir toute la machine pour en renouveller l'arbre, s'il n'y eût eu que seize pieds entre les jumelles et les poteaux : or cet arbre cassoit quelquefois, car il est recommandé dans le texte d'en avoir un toujours prêt à être substitué à celui qui viendroit à se briser, Chap. 12. C'est encore pour faciliter l'introduction du nouvel arbre que nous arrondissons les poteaux; il est visible que leur équarissage eût été un obstacle, car malgré les dix-huit pieds que nous donnons au lieu de seize, malgré tout l'avantage qu'on pouvoit tirer de l'exhaussement de la pointe jusqu'aux poitrails, tandis qu'on laissoit traîner le pied, il n'y avoit effectivement que la place absolument nécessaire pour cette introduction, et l'équarissage des poteaux l'eût rendu insuffisante. Mais, dira-t-on peut-être, l'arbre n'avoit que faire d'être guidé en sa pointe, les jumelles puissantes, comme elles le sont, devoient suffire, elles n'avoient pas un chapeau pour rien, les poitrails pouvoient porter en encorbellement dessus ce chapeau, et répondre aux poteaux écartés l'un de l'autre de toute la longueur du treuil, qui seroit bien plus conforme à l'usage, tant des anciens que des modernes, s'il avoit ses tourillons à ses bords, l'arbre alors auroit été introduit le pied premier entre les poteaux.

Il eût donc fallu mettre neuf pieds entre les poteaux, et donner trois pieds et demi de portée sur le vuide au chapeau des jumelles; donner treize pieds de largeur à une machine

qui en a assez de six. Regarde-t-on comme une fosse cotte les VIIII du treuil outre les tourillons? mais le cable en devoit occuper au moins quatre pieds dans le milieu, et il n'en falloit pas moins de deux à chaque bout pour le jeu des leviers gênés par les poteaux; ces mesures porteroient toujours la largeur totale de la machine à douze pieds au lieu de six qui lui suffisent, et la largeur du hangard à plusieurs pieds de plus que le nécessaire, non cependant jusqu'aux LII du texte. Mais, ce qui est décisif, toute la longueur de l'arbre n'eût pas été mise à profit, ou les colets du treuil prolongés jusqu'à plus de quatre pieds, eussent été fort chancelans, laissant de côté l'impossibilité réelle de supprimer les guides de la pointe de l'arbre, sans s'exposer aux accidens toujours préjudiciables et quelquefois funestes. Si donc nos changemens dans le texte sont visiblement autant de corrections bien fondées, celles qui concernent les poutres, dont trois doivent suppléer à deux de trente-sept pieds de longueur, ne sont pas moins légitimes: il est évident que si le fort emportant le foible, de deux mesures Caton n'a pris que la plus forte, il a dû écrire vingt-cinq pieds de longueur au lieu de vingt-deux. Mais peut-être avoit-il écrit deux de vingt-cinq et une de vingt-deux, et que ce passage a comme tant d'autres été défiguré par les copistes.

(M) Portée des cours de poitrails sur les murs du pourtour: chacune des deux poutres qui forment un cours passe du mur sur le chapeau des jumelles à l'aplomb de ces piliers, ensuite sur les poteaux dont le diamètre est égal à la largeur du fardeau qui les charge; et enfin s'ente à sa seconde dans le milieu de leur largeur commune.

(N) *Trabecula*, autre poutre servant d'étressillon entre un pressoir à droite et un à gauche, et posée entre le passage des voitures et le mur. Cette poutre est indiquée en N par des lignes ponctuées, et c'est le lieu qui semble prescrit par le texte, si nous entendons ici par *canales* les bassins des pressoirs ou leurs fosses, comme il faut l'entendre plus bas par *canalis rotunda*. Mais elle ne pouvoit pas servir de chapeau aux jumelles, premièrement parce qu'elle n'avoit qu'un pied, secondement parce qu'elle n'avoit que vingt-trois pieds et demi ou

vingt-quatre selon une autre leçon, et qu'il lui en eût fallu trente-quatre; elle n'eût servi de rien dans les deux pieds qui séparent les jumelles du mur; ce mur faisant avec le plus grand avantage ce que cette poutre, qu'on ne peut considérer que comme un étressillon, pouvoit faire. Mais il est visible qu'elle n'étoit pas sans utilité à quelques pouces au-delà du milieu de l'intervalle, qui se trouve entre le mur M et la ligne capitale RR, qui divise en deux parties égales la longueur du hangard. Voyez N. Nous sommes donc forcés de traduire ici *canales* par le passage des voitures: effectivement le poids des voitures creusant le terrein, ce passage avoit l'air d'un canal relativement au reste du plein-pied.

Ce n'est pas tout; *sub* ne veut pas dire dessous, car certainement ces poutres sous les poitrails n'auroient aucun soutien; d'un autre côté, si on les suppose sur le chapeau des jumelles sous les poitrails, elles en fussent l'appui; il est donc bien évident qu'il faut ou lire *super* ou donner à *sub* la même signification, ce qui n'est pas sans exemple dans l'ancienne latinité.

(O) *In iis trabeculis trabes*, bouts de poutres ou forts madriers dont nous avons besoin ici, 1.° pour compléter le chapeau et former sur ces poitrails, qui laissent entre eux un vuide de deux pieds, le lit de la maçonnerie suspendue; 2.° pour fournir des points de suspension aux moufles; 3.° enfin pour prolonger la pièce N par les deux bouts, à l'effet qu'elle contrebute les deux pressoirs opposés par flancs de dehors en dedans, comme elle les contrebutoit de dedans en dehors. Je veux dire qu'il est nécessaire qu'un bout de bois de l'équarissage de l'étressillon ou du moins approchant, s'aboutisse à cette pièce par entaille à mi-bois sur le poitrail où elle arrive, si elle a vingt-quatre pieds comme on le lit dans quelques éditions, s'étende en droite ligne par-dessus le second cours de poitrails, et pénètre au moins de demi pied dans le mur, comme nous l'avons figuré en O.

(OE) *Parietes*, murailles, ou plutôt massif de maçonnerie qui devoit peser au moins quarante milliers. Nous chargeons les pieds de nos jumelles, c'est ce que nous nommons

les enraciner, les anciens en chargeoient la tête; les nôtres sont des tirans, les leurs étoient des pieds droits, des piliers et des piliers très-chargés; car, pour résister à l'effet des leviers combinés qui composoient cette machine, il n'y avoit pas trop de quarante milliers de poids en maçonnerie sur un pressoir médiocre. Voyez Fig. IV, Pl. I, et Fig. I, Pl. II. Nous n'avons pas cru que ces massifs de maçonnerie s'étendissent au-delà de l'aplomb des jumelles et des poteaux, vu l'inutilité d'une telle prolongation pour l'effet des machines et la privation des jours élevés qu'elle auroit occasionné.

(P) *Area*, l'aire qui tenoit lieu de notre maie, elle est cotée six pieds de diamètre, et cela suffisoit bien pour l'olive: il y a lieu de croire que pour le raisin elle étoit plus grande.

(P *liegend*) *Canalis*, le bassin dans lequel l'aire se vuidoit, et où l'on puisoit la liqueur exprimée. Il n'avoit que faire des quatre pieds et demi de diamètre que lui donne le texte, mais la profondeur étoit essentielle, et il n'en est rien dit suivant la leçon commune, c'est pourquoi nous prenons trois pieds pour le diamètre, et le pied trois quarts restant pour sa profondeur, en lisant *latum P. III*, *altum P. ISΞ*.

(Q) *Caeterum pavimentum*, le pavé général de la totalité du hangard, différent de celui des maies ou aires, et des bassins, qui était de ciment de têts poli à l'huile: en effet ce pavé général n'étant qu'en ciment ordinaire, nous persuade que l'*arida testa* qu'on employoit pour former l'enduit de l'aire et du bassin doit être rendu par ciment de têts, lequel étoit incontestablement le meilleur, vu que la poterie étoit de bien meilleure terre que les briques et les tuiles, et que la cuisson en étoit bien plus parfaite.

(RR) Ligne capitale du plan passant par le milieu de l'une et de l'autre porte à charrois, et divisant en deux parties égales la longueur du hangard.

(T) *Trapeti*, les quatre *trapètes*, savoir: un en T 1 dépouillé de tout agrais et réduit au bassin, *Mortarium*: un en T 2 avec l'essieu seulement, *Cupa*: un en T 3 avec l'essieu chargé des deux meules, et rangé de manière à montrer qu'ils ne gênent ni les voitures dans leurs passages, ni le jeu de celui

qui les avoisine : enfin un en T 4 rangé à dessein de faire appercevoir les manœuvres aux pressoirs. Mais avant de passer aux *trapètes*, il nous reste à expliquer le surplus des détails du pressoir, qui sont rappelés par la Fig. I de la Pl. II, savoir :

(α) *Vectes* Les barres ou leviers à l'aide desquels on tournoit le treuil. Nous avons supposé au treuil les deux leviers de douze pieds.

(β) La corde des leviers que nous entendons par *Capistrum*. Il est facile de voir que sans cette corde la longueur de ces barres eût été inutile.

(λ) Les leviers de dix pieds avec leur corde, et ceux de huit pieds sans corde, vu leur peu de longueur, figurés dressés contre le mur du pressoir.

(γ) *Funis loreus*, Chap. 12, les deux montans du cable qui du treuil s'élève en double pour embrasser la pointe de l'arbre, où sans doute il étoit fixé.

(δ) *Trochleae*, les moufles au-dessus de cette même pointe qui servent à relever le cable : la corde de ces moufles est double, et pend en arrière des deux montans du cable ; une partie de ces objets se trouve dessinée sur un des ventaux de la porte d'entrée. Les hausses sous la pontrelle qui suspend les moufles étoient si naturelles à imaginer et si nécessaires pour ne pas perdre une partie très-importante du jeu de l'arbre, que nous n'avons pu nous refuser à ce supplément.

(ε) *Asserculum*, le pied-droit sur lequel nous supposons qu'on mettoit l'arbre en bascule, quand il falloit commencer une serre ou achever de la relever: il seroit sous sa pointe entre les poteaux, s'il s'agissoit de soulager les moufles ou de les serrer dans le *Carnarium* du Chap. 63.

(θ) *Orbis olearius*, la table de charge qui recouvroit le tas à pressurer.

(φ) *Fibulae*, huit aiguilles dressées contre le mur, n'y en ayant que quatre sous l'arbre ; il y en auroit cinq, s'il touchoit au chapeau. Il n'y a place pour les douze que quand l'arbre repose sur le poitrail des jumelles.

Nous avons représenté Pl. II un pressoir à huile, et non un pressoir à vin ; ces derniers différoient essentiellement des au-

tres, comme on voit par le Chap. 19: *In vasa vinaria* etc., passage que nous avons ponctué tout autrement qu'il ne l'est dans le texte, en ajoutant au mot *absient* celui de *Capitulo*, fondés sur l'impossibilité de trouver aucun sens à la phrase sans ces changemens, et sur ce qu'elle en présente un très-juste à l'aide de ces corrections. En effet les sacs d'olives n'ayant jamais à s'affaisser beaucoup à chaque serre, l'arbre du pressoir à huile n'avoit jamais de grands arcs à parcourir. Mais les pressureurs eussent été exposés à se heurter la tête sous l'arbre élevé au plus haut de son chemin, si leur manipulation les eût obligés de travailler sous une poutre aussi près de terre, aussi ne l'exigeoit-elle pas, mais celle du pressurage du raisin en fit une nécessité; il fut de tout temps indispensable de travailler sous l'arbre pour former le sac, le couper, le relever: voilà donc une cause de l'exhaussement prescrit. Mais pourquoi deux pieds? pourquoi cette aiguille particulière? Observons d'abord que si le repos de l'arbre fût resté fixé sous le chapeau immédiatement, l'exhaussement en question n'eût produit qu'un excès de liberté sous cette pièce, et que cette même pièce étant appuyée en bascule sur son pied-droit, n'auroit eu, comme celle du pressoir à huile, qu'un pied de liberté pour élever sa pointe à l'effet d'abaisser son pied et de commencer une serre: or il est clair que ce premier temps de chemin, suffisant pour une pressurée d'olives, ne peut jamais suffire pour une pressurée de raisins. Cette aiguille étoit donc ajoutée pour fixer le repos de l'arbre à un pied et demi plus bas, respectivement aux poitrails, que dans les pressoirs à huile; pour donner à cet arbre deux pieds et demi de jeu au lieu d'un, en même temps qu'en mettant six pouces de plus entre le corps de l'arbre en son repos et le sol, on obvioit à tout danger de se heurter la tête en travaillant sous ce même arbre. Quant à l'aiguille, c'est moins pour lui donner de la force, que pour le rendre stable en son logement, qu'on lui a donné plus d'équarissage qu'aux autres. En effet, de la différence de six doigts au demi-pied, il résultoit de chaque côté un épaulement de neuf lignes de saillie pour sou-

tenir l'aiguille et l'empêcher de descendre avec le pied de l'arbre.

Passons enfin au *trapète* et jettons les yeux sur le bas de la Pl. II, Fig. II.

(U) *Mortarium*, élévation par moitié de l'extérieur du bassin d'un *trapète*.

(*U liegend*) Coupe correspondante. On y distingue en (u a) *Labrum*, la coupe du rebord, par laquelle on peut juger de la forme, que nous supposons à cette partie, sur les raisons que nous donnerons; le texte ne l'indique point: en (u. bb) la largeur du champ du bassin: en (u c) *milliarium*, la moitié de la coupe du miliaire: en (u d) la moitié de la largeur de la boîte centrale, dans laquelle étoit reçu le pied de la colonne et les coins de saule, qui la maintenoient dans son plomb.

(V) *Columella*, moitié de l'extérieur de cette colonne.

(*V liegend*) Coupe correspondante. La colonne est le principal axe de mouvement de la machine.

(W) *Cupa*, moitié de l'extérieur de l'essieu. Cette pièce forme en même temps l'essieu des deux meules et les bras de leviers, à l'aide desquels on les tourne. L'essieu est l'axe horizontal de leur rotation, comme la colonne est l'axe vertical de son mouvement circulaire.

(*W liegend*) Coupe correspondante. La colonne étoit reçue dans l'essieu (W) percé pour cet effet dans son juste milieu, et garni dans son trou d'une boîte ou canon de fer, *fistula ferrea*, on voit la coupe de cette boîte en (e); elle étoit retenue inférieurement par une platine de fer percée, *tabula ferrea*, on voit la coupe de cette platine en (f) et celle des lames, *laminae*, qui revêtissoient les deux parois transverses du trou quarré percé dans l'essieu, *foramina*.

(X) *Orbis*, extérieur d'une meule en place.

(*X liegend*) Coupe correspondante. On voit en (g g) *modiolus*, la coupe du moyeu d'olivier *orchis*; on voit que les meules ne touchoient point au champ (b b) du bassin, ni au miliaire (c), ni au rebord (a); mais malgré le doigt de liberté recommandé par le texte entre les meules et cette dernière partie, elles ne pouvoient faire leurs révolutions sans

toucher au rebord, à moins qu'il ne fût formé comme la figure le désigne, et que les meules ne fussent délardées tout autour : les anciens leur donnoient réellement cette forme ; puisque Caton, parlant de leurs dimensions au sortir de la carrière, leur donne plus d'épaisseur que de largeur au bassin, dans lequel elles doivent rouler, Chap. 25.

Il falloit des rondelles, *armillae*, entre l'épaulement de l'essieu et la meule pour préserver l'un et l'autre d'une trop prompte usure, et pour ranger la meule dans le plan vertical distant d'un doigt de celui du miliaire, comme il en falloit entre la meule e l' S *Clavus* qui la retenoit en place ; on voit les coupes des premiers en (h) pour un côté, et en (i) pour le côté opposé, comme on voit en (k) celle de l' S. On n'a point figuré les quatre pièces de fer en forme de goutière, *imbrices*, dont la partie de l'essieu destinée à remplir le moyeu devoit être revêtue, et l'on ne voit qu'une très-petite partie de la frette, *foramen librarium*, qui embrassoit ces quatre pièces à la sortie du moyeu en (l), du côté (X). Mais il est facile de suppléer à la figure, et de se former une idée juste et claire de cette armature.

(Y) *Cupulae*, pieds-pendans, dépendances de l'essieu.

(*Y liegend*) Coupe relative, par laquelle l'on voit de quelle manière ces pièces sont taillées, pour s'implanter dans les trous garnies de lames de fer, et s'attacher fermement à l'essieu.

Il est évident par le texte que la perfection du *trapète* résidoit principalement dans la justesse avec laquelle les meules faisoient leurs révolutions en observant constamment un intervalle d'un doigt entre leur surface postérieure et la miliaire antérieure, et le rebord cylindrique et le fond du bassin, et cela crainte qu'elles ne cassassent les noyaux des olives. Il s'ensuit que ces meules, malgré leur poids qui, pour chacune, ne s'écartoit guère d'un milier, étoient suspendues à leur essieu toutes les fois qu'elles n'avoient aucune résistance sous elles, aussi cet essieu étoit-il garni de fer, en dessus pour tous les cas où il devoit suspendre les meules, en dessous pour tous ceux où les fruits à triturer devoient soutenir les meules, et par leur entremise solliciter l'essieu à s'élever, comme il n'é-

toit garni en avant et en arrière, parce que, sans doute, on tournoit les meules tantôt en un sens, tantôt en l'autre. Il falloit donc que cet essieu fût lui-même suspendu par la colonne où par quelqu'autre appui; si c'étoit par la colonne, la platine (f) étoit une platine de frottement et reposoit sur un épaulement fourni par la colonne. Mais alors que voudront dire les phrases *inter cupam dextra sinistra pertundito, et si orbes altiores erunt?* à quoi bon, disons-nous, ces trous intérieurement garnis de fer et percés en dessous de l'essieu? car *replicato in inferiorem partem* ne laisse plus de doute qu'entre le dessus et le dessons; mais ces trous en dessus n'offrent aucune idée qu'on puisse concilier avec celles qni résultent des passages clairs de ces Chapitres, or de quoi serviroient ces trous dans les cas où l'essieu, défendu par une bonne platine de frottement, tourneroit sur un épaulement fourni par la colonne, et comment releveroit-on l'essieu et les meules en appliquant sur le miliaire de petits ronds de bois percés et enfilés par la colonne, *orbiculos ligneos?* Sur ces considérations nous avons conçus ces trous en dessous de l'essieu, et étendu par le mot *capulae*, des pièces de bois formant deux grosses exubérances sous l'essieu, et attachées au moyen d'un de leurs bouts, taillé en tenon quarré et ajusté au trou qui le reçoit, pièces pendantes non jusqu'au miliaire, mais jusqu'au tourteau supérieur d'un tas de tourteaux appliqués les uns sur les autres sur le miliaire, et enfilés par la colonne pour servir de palier à ces exubérances. Nous nous les figurons, disons-nous, frottantes en glissant sur le tourteau supérieur, dont l'épaisseur jointe à celle des autres tourteaux, à la longueur qu'elles ont elles-mêmes, et à la hauteur du miliaire, forme précisément celle qu'il faut pour soutenir les meules à un doigt du champ du bassin. Le frottement usoit les pieds-pendans de l'essieu et le tourteau supérieur. La précaution qu'on prenoit pour la conservation du trou vient à l'appui de l'idée que nous nous formons de leur fréquent renouvellement; mais les tourteaux ne devoient pas s'user beaucoup moins vîte, et pour en enfiler un, il falloit démonter toute la machine, ce qui ne s'accorde pas si bien avec notre idée, néanmoins il faut

considérer que le tourteau supérieur pouvoit être fait de tel bois, et avec tel soin qu'il durât plusieurs années ; dès-lors il pouvoit être d'une seule pièce et placé avant l'essieu ; les autres étoient en deux moitiés semi-circulaires; on les glissoit sous le premier, minces ou épais, comme il le falloit, et sitôt qu'il en étoit besoin, sans rien démonter. On plaçoit de même, sans rien démonter que les tourteaux de deux pièces, de nouveaux pieds-pendans, s'il le falloit.

(Z) *Orbiculus ligneus*, tourteau de bois sur lequel les pièces (Y) frottent et glissent circulairement, en conséquence du mouvement de l'essieu.

(Z) Coupe relative : au-dessous de ce tourteau principal on en voit de minces : ceux-ci, selon nous, sont de deux pièces semi-circulaires, pour qu'on pût les mettre et les ôter sans rien démonter, ce qui n'étoit praticable que par ce moyen seul. Quant à celui sur lequel glissent les pieds-pendans, il duroit sans doute long-temps, mais il falloit tout démonter quand il s'agissait de le renouveler ; nous pensons en effet qu'il étoit d'une seule pièce : on renouveloit les pieds-pendans sans démonter autre chose que les tourteaux en deux pièces, pour rabaisser le supérieur jusque sur le miliaire.

INDEX EORVM


QVAE IN HOC PRIMO VOLVMINE
RERVM RVSTICARVM SCRIPTORVM
CONTINENTVR.


PRIMI VOLVMINIS FINIS


Typographi Monitum

Ne forte in descriptione Trapeti Torcularii *exprimenda error in numeris Figurarum irreperet, eandem Tabularum seriem, quam Schneiderus suae editioni parum apte assignaverat, servavimus. Proinde Tabulae III et IV, quae ad Ornithonem* (uccelliera) *a Varrone libro tertio memoratum referuntur, sequenti volumine cum descriptione prodibunt.*


FACVLTATE OBTENTA


Fig. II
Fig. I
T 4
T 2
N
Q
P
p
L
K
A
B
C
H
I
J
G
R





Fig II
X
X
W
W
G
G
a
b
U
b
c
d
h
i
k
k
l
Y
V
1
2
3 Pied.


Torcularium Stabien Villa Vega.




Torcularium Stabiense Acad Herculanensium.




Torcularium Catanis concinnatum ab Aradem H



Mola olearia Stabiensis F. la Vega











Moleae oleariae Stabienſis reconcinnatae a Fr. la Vega p



Mola olearia Catonis concinnata ab Acc



Mola olearia Sta



.Palm.
Ped.ant.ro

Ad Varronem 128 p. 178.

Tabula XII.

Annus Julius ſive Tabula Cæſaris Di

d. VIII. Sol Capricornum adit XVI. cal. Ja
Bruma IX. cal. Januar.
d. XIV.
d. XXIII. Sol Aquarium adit XVII. cal. Fel
d. XC. Favonius incipit ſpirare. Veris ini
d. XLV. Sol Piſces adit XV. cal. Mart.
d. VIII. Sol Arietem adit XVI. cal. April.
d. XCI. Æquinoctium vernum IX. cal. Ap
d. XLVI. IX. Sol Taurum adit XV. cal. Maii.
d. XII. Robigalia VII. cal. Maii.
d. XXIII. Floralia IV. cal. Maii.
d. XCIV. Vergiliæ mane oriuntur Æſtatis
d. XLVI. Sol Geminos adit XIV. cal Jun.
d. VIII. Sol Cancrum adit XIII. cal. Qui
d. XCIV. d. XLVI. Solſtitium VI. cal. Quint.
d. XXIV. Procyon oritur mane idib Quint.
d. XXIII. Sol Leonem adit Canicula mane
d. XCII. Fidis mane occidit Autumnus in
d. XLVIII. Sol Virginem adit XIII. cal. Sep
d. VIII. Sol Libram adit XIII. cal. Octol
d. XCI. d. XIV. Æquinoctium autumni VI. cal. (
d. XIII. Sol Nepam adit XIV. cal. Nove
d. XXCIX. Vergiliæ mane occidunt Hiemis
Sol Sagittarium adit XIV. cal. D
d. XLIV.

Ann. I

d. VIII. Sol Capricornum adit XVI. cal.
d. XXCII. Bruma IX. cal. Januar.
Veris initium VII. id. Febr.